

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/









1492

DIONYSII HALICARNASSENSIS

HISTORIOGRAPHIC

H. E.

EPISTOLAE

AD CN. POMPEJUM, AD Q. AELIUM TUBERO

ET

AD AMMAEUM ALTERA.

CUM

PRIORUM EDITORUM SUISQUE ANNOTATIO

EDIDIT

CAROLUS GUILELMUS KRÜGI

STOLPE-POMERANUS,

SEMINARIORUM REGG. HAL. PHILOLOGICI ET THE

NUPER SODALIS,

NUNC SCHOLAE BERNBURGENSIS CONRECTOR.

SUBJECTAE SUNT EJUS

COMMENTATIONES CRITICAE ET HISTOI

DE

THUCYDIDIS HISTORIARUM PARTE POSTREM

HALIS SAXONUM

IN BIBLIOPOLIO GEBAUERIANO

MDCCCXXIII.



CHR. GODOFR. SCHÜTZIO

AUG. SEIDLERO

FRIDERICO KOCHIO

PRAECEPTORIBUS SUIS

SUMMA PIETATE COLENDIS

HOC SUORUM STUDIORUM TIROCINIUM

D. D. D.

AUCTOR.



Inter rhetores Graecos, quot quidem aetatem tulerunt, nullus majoribus efferri solet laudibus, quam Dionysius Halicarnasseus. Sagacitatem, acumen, subtilitatem, acrem pulchri sensum, omnes denique virtutes, quas in critico insigni requirimus, certatim ei tribuunt ac si qui ab ejus judiciis recedendum sibi esse intellexerant, dubitanter id conati ingenium viri auctoritatemque in dubium vocare non ausi sunt [1]). Cunque permulta sint in scriptoribus Graecis, quae Graeci melius quam nos sentire potuerint, non immerito ei viro auscultatum esse censeas, cujus judiciis vetres ipsi aliquantum tribuerunt [2]). Quamquam etiam fuerunt, qui aliter de eo judicarent. Ita Jo. Sicelioti Commentario MS. ubi disputat, „posse aliquem de scribendi forma bene judicare nec tamen ipsum

---

1 Veluti Ast. de Plat. Phaedro p. 42. Schleiermacher. ad Plat. interpret. germ. I, 1, p. 78. Weisk. in disput. de ingen. Xenoph. hujus editioni praemissa T. I. p. XLIX. Heilmannus loco mox laudando. Nonnulli adeo prava critici judicia ab ingenio Graecorum omnino repetere conati sunt, quemadmodum Creuzero praeeunte, (v. Herod. et Thuc. p. 88. de arte hist. p. 206. 265.) Eberhard Aesthet. T. IV. p. 284. sqq. Cf. Wachsmuth Entwurf einer Theorie der Gesch. p. 109. 135. et Commentatt. p. 261. n. 63.

2 v. testimonia in Schaeferi ed. libri de Compos. p. XXX. Alia reperiuntur apud Fabricium Harles. Saepeque Scholiastae ad oratt. Gr. Dionysii et Caecilii, ejus amici, auctoritate utuntur.

bene fcribere et contra, hoc modo pergit: αὐτίκα ὁ Λογγῖνος, ὡς οἱ φιλόλογοι δεικνύουσιν, ἄριστος ἐπιμερίσαι λόγων ἰδέας, δημιουργῆσαι δὲ τούτους ἥκιστα, καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς καὶ ὁ Σμυρναῖος Ἀριστείδης περὶ ἰδεῶν τι καὶ τέχνης γράψαντες βοῦτα κάρας ἡ παροιμία φησιν· (leg. βᾶτα κάρας et v. Gisb. Koenium, V. C. ad Gregor. de dial. p. 51. [p. 125. Schafer.]) δημιουργοὶ δὲ λόγων πολλῶν καὶ καλῶν· εἰκότως· ἡ γὰρ πρὸς θάτερον σπουδὴ καὶ ἐπιμέλεια τὸ ἕτερον ὑφαιρουμένη" [3].

Atque ex criticis Dionyfii fcriptis nulla fere magis a viris doctis dilaudata funt quam ea, in quibus hiftoricorum cenfuram agit. Ita Voffius in libro de arte hiftorica ubique ejus auctoritatem advoca: [4]; idem alio loco Epiftola ad Pompejum nihil fibi κριτικώτερον videri profitetur [5]; Heilmannus in Commentatione de Thucydidis indole ac dicendi genere Judicium de Thucydide, tametfi quaedam in eo reprehendit, in univerfum tamen laudat et inprimis egregum effe, ubi de oratione agat, pronuntiat [6]; Becius optime rhetorem noftrum de crifi hiftorica meruiffe affirmat [7]; eundemque quanti Creuzerus faciat nemo ignorat [8]. Quid quod ipfe recentiorum princeps hiftoricorum, Joannes Müllerus, infigni laude Dionyfii hiftoriographica ornavit [9].

---

3) Ruhnken. differtat. de Longino in opufcc. orator. philolog. et crit. p. 329.
4) v. inprimis c. XX.
5) de hiftoricis Graecis p. 18.
6) p. 92. fqq. in ejus opufcc. a Danovio editis.
7) in commentatione: Ueber die Quellen und Schrif der griechifchen Völkergefchichte, praemiffa Gold' tii hiftoriae Graecorum p. LX.
8) in libro de Herod. et Thuc., de arte hift. et al'
9) Briefe an Bonftetten, herausg. von Frideri T. II. p. 357. fq.: Im zweiten Theil machte mir viel Vergnügen, er handelt von der Mani rodot, Xenophon, Lyfias, Ifocrates, Demo'

Non hujus loci est, Nostri de crisi in universum merita examinare accuratius. Sed si reputaveris, Graeciam, mature hoc genere doctorum feracem, tantum rhetorum proventum tulisse, ut jam Aristoteles copiosam segetem in horreum suum conducere potuerit [10]), cumque ejusdem generis semina ad foecundis Nili ripas Ptolemaeorum manu sparsa essent, haec ibi uberrima cepisse incrementa, omnino autem postmodum tanta hujus artis campum industria fuisse cultum, ut Quintilianus timuerit, ne ex eo minorem gratiam iniret liber suus, quod pleraque non inventa per se, sed ab aliis tradita contineat [11]): non poteris, quin Dionysium multa eorum, quae nobis ut sua venditat, aliis accepta retulisse censeas, cum haec sine usuris mutuandi ratio (plagii nomine vulgo notant) in antiquitate longe facilior, quam apud nos fuerit, nec abhorrere videatur a Dionysii ingenio [12]). Quod cum ex nonnullis locis certo intellexerim, condonabunt ejus admiratores, si v. c. ubi de eorum, qui in eodem atque ipso argumento elabora-

---

erklärte und erneuerte mir, was ich bei denselben gefühlt; *er gibt vortreffliche Regeln der Schreibart und Einrichtung einer guten Geschichte.*

10) cf. Cic. de invent. II, 2. et Manso Ueber die Bildung der Rhetorik unter d. Griechen in Verm. Abhandll. u. Aufsätze, p. 8.

11) v. III, 1, 6. Ex hoc libro, collatis Spaldingii annotationibus, brevem rhetorices historiam haurire poterunt, quibus Hardioni dissertationes et Matteri liber non ad manus sunt. Nec contulisse poenitebit Heyn. de gen. saec. Ptolem. in opuscc. T. I. p. 98. sqq. Beck Anleitung zur Kenntniss der allg. Welt- und Völkergesch. T. II. p. 278. sq. id. de philol. saeculi Ptol. magis tamen de noxia πολυμαθίας vi exponens. Wolf. prolegg. ad Hom. p. CLXXX. sqq. et de priore aetate Manso dissert. l.

12) v. Commentatt. p. 261. sq. n. 67.

rint, libris contemtim loquitur [13]), assensum sustinere audeo, quamquam, perditis illorum libris, certis rationibus dubitationes meas fulcire non possum. Sed esse tamen, quae ut ita sentiam me commoverint, mox, opinor, patebit.

Si verum est, quod in proverbio dici solet, aequali aequalem delectari (studiorum enim similitudo si non copulavit amicitiam, at ex copulata gigni solet) non fieri potest, quin ad Dionysium aestimandumnonnihil conferat cognitum ejus viri ingenium, quo llum familiariter usum esse constat [14]). Quis non vide celeberrimum aetatis suae rhetorem me dicere Cecilium Calactinum [15])? quem cum non ex ipsius lbris (interciderunt enim ad unum omnes) judicare pssimus, ex aliorum scriptis, in quibus passim ejus sentio fit, quae huc pertinent colligenda sunt.

Quemadmodum Dionysius, ita Caecilius quque eximiae doctrinae et eruditionis videtur fuisse; qam

---

13) v. De Compos. p. 14. Schaefer. Jud. de Dinrcho p. 630. 10. ubi τοὺς ἐκ Περγάμου γραμματικοὺς esseτοὺς περὶ Κράτητα, ut non de Aristarcho cogitare debueriSylburg., monet Wolf. prolegg. ad Homer. p. CCLXXVI. n. 64.

14) v. Ep. ad Pomp. III, 20. Quint. III, 1, 16.

15) Eudoc. p. 268: Καικίλιος Καλαντιανός, (Καλαντὶς δι π λις Σικελίας) ῥήτωρ σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τοῦ σεβα Καίσαρος καὶ ἕως Ἀδριανοῦ, πρότερον καλούμενος Ἀχ γαθος, τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος ἔγραψε βιβλία πολλά· Φρυγῶν β', ἀποδείξεις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λέξιν καλλι συνης· ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον· σύγκρισιν Δημοσθένο Κικέρωνος· τίνι διαφέρει ὁ Ἀττικὸς ζῆλος τοῦ Ἀσιανοῦ τοῦ Ἀσιανοῦ· περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων de in Pseudo-Plutarchi idem argumentum trac bro, ut a scholiastis oratorum saepe laudatur. enim hic Caecilii liber propemodum πινάκων au obtinuisse.) σύγκρισιν Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνοι μοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι καὶ ποῖοι τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥ ἄλλα πλεῖστα. Cf. Suid. et Toup. ad Longin

ſatis teſtatur librorum, quos compoſuiſſe traditur, copia. Nec tantum plurima rhetorici argumenti ſcripta condiderat, ſed etiam hiſtoriae operam impenderat, librumque περὶ δουλικῶν πολέμων elucubraverat [16]). Idemque, hic etiam Dionyſii geminus, περὶ ἱστορίας ſcripſiſſe perhibetur [17]).

Sed optime hanc ſimilitudinem cognoſcas ex cognata utriusque critici indole atque ingenio. Et Caecilius quidem neutiquam is videtur fuiſſe, qui quasvis diverſorum dicendi generum virtutes pariter ponderans omnium ſcriptorum aequum ſe idoneumque cenſorem exhibuerit: Lyſiae tenuitatem admiratus Platonis elatum ingenium nec aſſequi potuit nec dignari [18]). Simulque praeconceptis opinionibus occaecatus ea ſe cupiditate duci paſſus eſt, ut ſcriptorum fere non cenſorem, ſed laudatorem vituperatoremve

---

16) v. Athen. VI. p. 272. f. ibique Caſaub.

17) v. Athen. XI. pag. 466. a. Non equidem ignoro, Schweighaeuſerum in ind. ad Athenaeum ſuſpicari hunc librum eſſe eundem atque eum, quem Suid. et Eudoc. poſtremo loco nominent. Sed haec eſt conjectura nullo argumento niſa. E contrario, qui Ciceronem a Caecilio ita lectitatum eſſe meminerit, ut hic illius cum Demoſthene comparationem exhibuerit, is non improbabile cenſebit, utrumque librum Ciceronis monitu ab eo compoſitum eſſe, cum Antonius de orat. II, 15. hiſtoriam nusquam ſeparatim inſtructam rhetorum praeceptis queratur, et in Bruto c. XI. Atticus ea tangat quae rhetores ementiantur in hiſtoriis. Qui alia non moraretur hic Quintum Caecilium Epirotam, Attici libertum, et in Dionyſio M. Pomponium Dionyſium, et ipſum Attici libertum, quem indices Cicer. multis partibus truncatum ἐδιχοτόμησαν, odoraretur.

18) Longin. περὶ ὕψους XXXII, 8. Ὁ Κεκίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάῤῥησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις· φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὑτόν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα ἢ Λυσίαν φιλεῖ.

egerit. Atque horum ego criminum, quae quanta in critico ſint nemo non intelligit, nec Dionyſium expertem praeſtiterim. Quem tantum abeſt, ut cum Moro [19]), dictionum quarundam ſimilitudine inducto, ob poëticum ingenium cum Longino contendendum eſſe credam, ut toto coelo utrumque diſtare cenſeam nec aſſequar, quomodo qui utrumque legerit librum περὶ ὕψους ad Dionyſium auctorem referre potuerit [19 b]). Quam ſententiam ſexcentis argumentis refellere poſſem, ſi dignam, quae reſpiceretur, haberem. Quod autem cupide Caecilium judicaſſe monuimus, idem de Dionyſio quoque dici poſſe, ſatis hic, opinor, oſtendit iis, quae paſſim de Platone et Thucydide disputavit. In quibus inſignis, qua eos reprehendit, confidentia, oblitus ille quod alii critici et praeceptis et exemplis ſuis ſanxerunt, ut ne temere veteres vituperarentur [20]), tanto magis offendit, cum multa, quae ab ingenio (φύσει) cujusvis ſcriptoris deberet, ab arte et voluntate (προαιρέσει) repetere ſolitus, alibi tanquam de opifice rhetorico de utroque loquatur [21]). Cum

---

19) praefat. ad Longin. p. XIV.

19 b). Non negligendum erat Ruhnkenii judicium in diſſ. de Longino §. XII. extr.: „Nec facile adducor, ut eum quicquam Dionyſio Halicarnaſſenſi debere credam." Eidem aliisque aſſentiens paulo aequius de Longino judico quam Voſſ. Epiſt. mythol. T. I. pag. 186. ſq. T. II. p. 61. 177.

20) Schol. ad Sophocl. Aj. v. 814: εἰκῆ γὰρ κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ ὅσιον. cf. Leſſing. Dramaturgie, p. 166. opp. omn. T. XXV: Ich bin überzeugt, daſs das Auge des Künſtlers gröſstentheils viel ſcharfſichtiger iſt, als das ſcharfſichtigſte ſeiner Betrachter. Unter zwanzig Einwürfen, die ihm dieſe machen, wird er ſich von neunzehn erinnern, ſie während der Arbeit ſich ſelbſt gemacht und ſie auch ſchon ſich ſelbſt beantwortet zu haben.

21) de Compoſ. p. 406: ὁ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ

enim sui ingenii modulo illos metiretur, non cogitavit rem provisam non invita sequi verba, nec pusilla quadam diligentia, sed pectoris et mentis vi ejusmodi viros fieri disertos ac sponte orationem ex animo hoc illove modo affecto colorem ducere insigniaque ingenia regulis satisfacere inscia. Quod autem eo progreditur, ut Thucydidem emendare et quo ille modo scribere debuerit docere sustinet, meminerimus, quid olim Alexander M. Parmenioni, ut conditiones a rege Persarum sibi oblatas acciperet suadenti responderit: facerem ita si Parmenio essem [22]).

Haec satis sunto de Dionysio critico in universum. Jam pauca adjiciam, quibus quomodo de crisi historica promeruerit appareat. Atque hic tanto majore laude dignus videbitur, cum primus peculiaribus libris de hoc argumento egerit, quamquam alii, veluti Polybius, et fortasse Ephorus ac Theopompus multa, quae huc pertinerent, egregie monuerant.

Artis cujusvis praecepta cum maximam partem ab exemplaribus duci soleant, sequitur, ut sicubi in eodem genere exemplaria indolis valde inter se diversae excellunt, diversa etiam fiant praecepta, prout artis scriptor hoc illudve opus, ad quod leges suas accommodet, potissimum inspicit. Atqui in historicis Graecis cum ea, quam Herodotus inierat, via, a pragmatica, quae dicitur, res perscribendi ratione, quam Theopompus (huic enim haec laus vindicanda est) commoverat, Polybius excoluerat, toto coelo distaret, Dionysius autem Homerum historicorum maximis ubique laudibus efferat, consentaneum videtur, ut criticus ab ejus potissimum opere praecepta, quae ex-

---

διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Cf. Spalding. ad Quintil. institt. oratt. VIII, 6, 64. Similiter de Thucydide loquitur Jud. de Thuc. XXIV, 2. Ep. II. ad Amm. II, 2, 3. Cf. Lucian. Rhett. praec. 14. p. 263. Wolf.

22) Arrhian. Alex. exped. II, 25.

ſignificat, quae ex rerum fauſtarum contemplatione oriatur. Quaſi vero tragica hominum fortuna in ſcena tantum nos delectet doceatque, in hiſtoriae pulpitis non doceat, non delectet [34]). Ita qui judicat, eum ego hiſtoriam ex hiſtoria tollere dixerim.

Hinc etiam factum eſt, ut Dionyſius tametſi hiſtoriam veritatis ſacerdotem praedicat [35]), tamen hac haudquaquam nimium adſtringi voluerit, cumque prima ſit hiſtoriae lex, ne quid falſi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat [36]), huic eatenus videtur obſequendum eſſe ſtatuiſſe, ut, ſi forte, res omnino non factas fingi vetuerit, ſed quae facta eſſent, ea ſi ſcriptor vel patriae amore vel gratia ductus aut ſileret aut pro rationibus ſuis aliquantum immutaret non improbaverit [36 b]). Tale quid qui ſignificavit artis ſcriptor, quid eum feciſſe cenſebimus hiſtoricum? Nec injuria, opinor, ſtatueris, ex ejusmodi potiſſimum fontibus hortulos ſuos irrigaſſe ſerioris aetatis hiſtoriae corruptores quales Lucianus exagitat. Quorum aliquis ἐπὶ τέλει τοῦ Φροιμίου ὑπισχνεῖτο διαῤῥήδην καὶ

ἱστορίας, ὅτι τοιούτους ἐζήλωσαν αὐτοὶ βίους, οἵας ἐξέδωκαν τὰς γραφάς. Ἐπιεικῶς γὰρ ἅπαντες νομίζουσιν, εἰκόνας εἶναι τῆς ἑκάστου ψυχῆς τοὺς λόγους. Sed orationis formam, non materiem. Inepta igitur abuſus eſt ab Ariſtotele mutuata ſententia. V. Sylburg. De praecepto ipſo appoſite Wachsmuth. l. l. p. 120. ſq. n.: Wunderlich iſt der Gedanke des Dionyſius von Halicarnaſſus, der Hiſtoriker ſolle ein angenehmes Sujet wählen. Dionyſius gibt eine Klugheitsregel für den Künſtler, nicht ein Geſetz für die hiſtoriſche Kunſt, die das Angenehme nicht in dem Stoffe ſucht, ſondern es ihm in der Darſtellung geben ſoll.

34) Cf. Egregium Schilleri locum in disputatione: Ueber das Erhabene, p. 27. T. III. ed. 1801.

35) Jud. de Thuc. VIII, 1. Caeteri loci, quos Schulin. p. 7. laudat veritatem in univerſum commendant.

36) Cic. de or. II, 15.

36 b) V. Ep. ad Pomp. III, 9. Jud. de Thuc. XIX, 4 ſqq.

σαφῶς, ἐπὶ μεῖζον μὲν αἴρειν τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσειν καὶ αὐτός, ὡς ἂν δύνηται [37]). Nec fortaſſe erraverit, qui Dionyſium, aliquot locis a Luciano notatum credat. Ita cum ille in hiſtoria utilitatem ſimul et delectationem requirat, hic: ὅσοι, inquit, οἴονται καλῶς διαιρεῖν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, καὶ διὰ τοῦτο εἰσποιοῦσι καὶ τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτήν, ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι· ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου συνάγεται. — — Ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ τὸ ἴδιον ἐντελές, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγον τοῦ κάλλους φροντιεῖ [38]). Nimirum cum aliis aliud jucundum ſit, intellexit, ſi delectationem hiſtoriae ſectandam eſſe concederetur, venam pravam totum ejus corpus corrupturam eſſe: qualem in Dionyſii Archaeologia deprehendimus Romanorum gratiam, qua ductus auctor non hiſtoriam ſcripſit, ſed panegyricum exhibuit. Porro cum Dionyſius quod in Antiquitatum principio ſatis mira ratione ſecutus eſt, hiſtorico lectorem in exordio etiam benevolum eſſe reddendum ſignificet [39]), Lucianus: ὁπόταν δὲ καί, inquit, φροιμιάζηται, ἀπὸ δυοῖν μόνοιν ἄρξεται, οὐχ ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς εὐνοίας παρεὶς προσοχὴν ἢ εὐμάθειαν εὐπορίσει τοῖς ἀκούουσιν [40]). Egregie enim perſpexit, removendam eſſe ex hiſtoria hiſtorici perſonam, nedum ut ſcriptor de ſuis ipſe laudibus agat: quae ſi munere ſuo, qua par eſt, ratione, functus fuerit, ſponte accreſcent. Sed redeam, unde degreſſus ſum.

Vidimus adhuc quomodo, cum ex ſcriptoris animo ira ſtudiumque et ſimiles affectus ita abſterſi eſſe debeant, ut ex ejus mente, quaſi puro ſplendidoque

37) l. l. p. 175.
38) ib. p. 169. cf. p. 166. ſqq. 170. 202.
39) Ep. ad Pomp. III, 5. cf. Jud. de Thuc. XIX, 3.
40) l. l. p. 211. ſq.

rint, libris contemtim loquitur [13]), aſſenſum ſuſtinere audeo, quamquam, perditis illorum libris, certis rationibus dubitationes meas fulcire non poſſum. Sed eſſe tamen, quae ut ita ſentiam me commoverint, mox, opinor, patebit.

Si verum eſt, quod in proverbio dici ſolet, aequali aequalem delectari (ſtudiorum enim ſimilitudo ſi non copulavit amicitiam, at ex copulata gigni ſolet) non fieri poteſt, quin ad Dionyſium aeſtimandumnonnihil conferat cognitum ejus viri ingenium, quo illum familiariter uſum eſſe conſtat [14]). Quis non vide celeberrimum aetatis ſuae rhetorem me dicere Caecilium Calactinum [15])? quem cum non ex ipſius libris (interciderunt enim ad unum omnes) judicare poſſimus, ex aliorum ſcriptis, in quibus paſſim ejus mentio fit, quae huc pertinent colligenda ſunt.

Quemadmodum Dionyſius, ita Caecilius quoque eximiae doctrinae et eruditionis videtur fuiſſe; quam

---

13) v. De Compoſ. p. 14. Schaefer. Jud. de Dinrcho p. 630. 10. ubi τοὺς ἐκ Περγάμου γραμματικοὺς eſſe τοὺς περὶ Κράτητα, ut non de Ariſtarcho cogitare debueriSyl burg., monet Wolf. prolegg. ad Homer. p. CCLXXV n. 64.

14) v. Ep. ad Pomp. III, 20. Quint. III, 1, 16.

15) Eudoc. p. 268: Καικίλιος Καλαντιανός, (Καλαντὶς δὲ πόλις Σικελίας) ῥήτωρ σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τοῦ σεβαστοῦ Καίσαρος καὶ ἕως Ἀδριανοῦ, πρότερον καλούμενος Ἀρχάγαθος, τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος ἔγραψε βιβλία πολλά· κατὰ Φρυγῶν β', ἀποδείξεις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λέξιν καλλιρρημοσύνης· ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον· σύγκρισιν Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος· τίνι διαφέρει ὁ Ἀττικὸς ζῆλος τοῦ Ἀσιανοῦ· κατὰ τοῦ Ἀσιανοῦ· περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων· de in Pſeudo-Plutarchi idem argumentum tract bro, ut a ſcholiaſtis oratorum ſaepe laudatur. enim hic Caecilii liber propemodum πινάκων aucto obtinuiſſe.) σύγκρισιν Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου· Δημοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι καὶ ποῖοι νόθοι· τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι ἄλλα πλεῖστα. Cf. Suid. et Toup. ad Longin. I

ſatis teſtatur librorum, quos compoſuiſſe traditur, copia. Nec tantum plurima rhetorici argumenti ſcripta condiderat, ſed etiam hiſtoriae operam impenderat, librumque περὶ δουλικῶν πολέμων elucubraverat [16]). Idemque, hic etiam Dionyſii geminus, περὶ ἱστορίας ſcripſiſſe perhibetur [17]).

Sed optime hanc ſimilitudinem cognoſcas ex cognata utriusque critici indole atque ingenio. Et Caecilius quidem neutiquam is videtur fuiſſe, qui quasvis diverſorum dicendi generum virtutes pariter ponderans omnium ſcriptorum aequum ſe idoneumque cenſorem exhibuerit: Lyſiae tenuitatem admiratus Platonis elatum ingenium nec aſſequi potuit nec dignari [18]). Simulque praeconceptis opinionibus occaecatus ea ſe cupiditate duci paſſus eſt, ut ſcriptorum fere non cenſorem, ſed laudatorem vituperatoremve

---

16) v. Athen. VI. p. 272. f. ibique Caſaub.

17) v. Athen. XI. pag. 466. a. Non equidem ignoro, Schweighaeuſerum in ind. ad Athenaeum ſuſpicari hunc librum eſſe eundem atque eum, quem Suid. et Eudoc. poſtremo loco nominent. Sed haec eſt conjectura nullo argumento niſa. E contrario, qui Ciceronem a Caecilio ita lectitatum eſſe meminerit, ut hic illius cum Demoſthene comparationem exhibuerit, is non improbabile cenſebit, utrumque librum Ciceronis monitu ab eo compoſitum eſſe, cum Antonius de orat. II, 15. hiſtoriam nusquam ſeparatim inſtructam rhetorum praeceptis queratur, et in Bruto c. XI. Atticus ea tangat quae rhetores ementiantur in hiſtoriis. Qui alia non moraretur hic Quintum Caecilium Epirotam, Attici libertum, et in Dionyſio M. Pomponium Dionyſium, et ipſum Attici libertum, quem indices Cicer. multis partibus truncatum ἐδιχοτόμησαν, odoraretur.

18) Longin. περὶ ὕψους XXXII, 8. Ὁ Κεκίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάῤῥησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις· φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὑτόν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα ἢ Λυσίαν φιλεῖ.

egerit. Atque horum ego criminum, quae quanta in critico ſint nemo non intelligit, nec Dionyſium expertem praeſtiterim. Quem tantum abeſt, ut cum Moro [19]), dictionum quarundam ſimilitudine inducto, ob poëticum ingenium cum Longino contendendum eſſe credam, ut toto coelo utrumque diſtare cenſeam nec aſſequar, quomodo qui utrumque legerit librum περὶ ὕψους ad Dionyſium auctorem referre potuerit [19 b]). Quam ſententiam ſexcentis argumentis refellere poſſem, ſi dignam, quae reſpiceretur, haberem. Quod autem cupide Caecilium judicaſſe monuimus, idem de Dionyſio quoque dici poſſe, ſatis hic, opinor, oſtendit iis, quae paſſim de Platone et Thucydide disputavit. In quibus inſignis, qua eos reprehendit, confidentia, oblitus ille quod alii critici et praeceptis et exemplis ſuis ſanxerunt, ut ne temere veteres vituperarentur [20]), tanto magis offendit, cum multa, quae ab ingenio (φύσει) cujusvis ſcriptoris deberet, ab arte et voluntate (προαιρέσει) repetere ſolitus, alibi tanquam de opifice rhetorico de utroque loquatur [21]). Cum

---

19) praefat. ad Longin. p. XIV.

19 b). Non negligendum erat Ruhnkenii judicium in diſſ. de Longino §. XII. extr.: „Nec facile adducor, ut eum quicquam Dionyſio Halicarnaſſenſi debere credam." Eidem aliisque aſſentiens paulo aequius de Longino judico quam Voſſ. Epiſt. mythol. T. I. pag. 186. ſq. T. II. p. 61. 177.

20) Schol. ad Sophocl. Aj. v. 814: εἰκῆ γὰρ κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ ὅσιον. cf. Leſſing. Dramaturgie, p. 166. opp. omn. T. XXV: Ich bin überzeugt, daſs das Auge des Künſtlers gröſstentheils viel ſcharfſichtiger iſt, als das ſcharfſichtigſte ſeiner Betrachter. Unter zwanzig Einwürfen, die ihm dieſe machen, wird er ſich von neunzehn erinnern, ſie während der Arbeit ſich ſelbſt gemacht und ſie auch ſchon ſich ſelbſt beantwortet zu haben.

21) de Compoſ. p. 406: ὁ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ

enim sui ingenii modulo illos metiretur, non cogitavit rem provisam non invita sequi verba, nec pusilla quadam diligentia, sed pectoris et mentis vi ejusmodi viros fieri disertos ac sponte orationem ex animo hoc illove modo affecto colorem ducere insigniaque ingenia regulis satisfacere inscia. Quod autem eo progreditur, ut Thucydidem emendare et quo ille modo scribere debuerit docere sustinet, meminerimus, quid olim Alexander M. Parmenioni, ut conditiones a rege Persarum sibi oblatas acciperet suadenti responderit: facerem ita si Parmenio essem [22]).

Haec satis sunto de Dionysio critico in universum. Jam pauca adjiciam, quibus quomodo de crisi historica promeruerit appareat. Atque hic tanto majore laude dignus videbitur, cum primus peculiaribus libris de hoc argumento egerit, quamquam alii, veluti Polybius, et fortasse Ephorus ac Theopompus multa, quae huc pertinerent, egregie monuerant.

Artis cujusvis praecepta cum maximam partem ab exemplaribus duci soleant, sequitur, ut sicubi in eodem genere exemplaria indolis valde inter se diversae excellunt, diversa etiam fiant praecepta, prout artis scriptor hoc illudve opus, ad quod leges suas accommodet, potissimum inspicit. Atqui in historicis Graecis cum ea, quam Herodotus inierat, via, a pragmatica, quae dicitur, res perscribendi ratione, quam Theopompus (huic enim haec laus vindicanda est) commoverat, Polybius excoluerat, toto coelo distaret, Dionysius autem Homerum historicorum maximis ubique laudibus efferat, consentaneum videtur, ut criticus ab ejus potissimum opere praecepta, quae ex-

---

διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Cf. Spalding. ad Quintil. instit. oratt. VIII, 6, 64. Similiter de Thucydide loquitur Jud. de Thuc. XXIV, 2. Ep. II. ad Amm. II, 2, 3. Cf. Lucian. Rhett. praec. 14. p. 263. Wolf.

22) Arrhian. Alex. exped. II, 25.

hibet, duxerit. Atque ita factum esse nonnulli statuerunt, idque inprimis probari posse videatur ex epistola ad Pompejum [23]). At enimvero quantumvis pulcherrimae sint longe lateque peregrinatae Herodoti Musae, non tamen omnino earum forma cultusque historico adamandus et amplectendus videri potest, ipsumque Dionysium summis laudibus eas ornantem non satis praeceptis suis constare facile doceri potest, ut popularis sui studio nimium dedisse videatur [23 b]). Rectius haud dubie contendas, Theopompi ratione eum tamquam norma historici et regula usum esse. Nihil dicam, quod hunc conspicuo amore praedicat, ab aliisque reprehensum studiose defendit [24]): majoris momenti est, quod quae in illo praecipue laudat, eadem sibi ipse tribuit [25]).

Critici officium duplex est. Ac primum quidem, consummati operis specie animo informata, praecepta ponat oportet: deinde nec ira nec studio motus, sed acri pulchritudinis sensu ductus, praeceptis adhibitis vitia et virtutes dignoscat, quae vere laudem mereantur, quae non mereantur acute discernat, cur mereantur aut non mereantur subtiliter exponat necesse est: quod ut feliciter succedat nec judicium fluctuet, priori officio satisfactum sit opus est.

Actum agerem, si Dionysii historiae scribendae leges hoc loco collectas proponerem: quod cum antea facere statuissem, nunc eo munere supersedere possum,

---

23) 3, 1. sqq.

23 b) In quo laudando egregie argutatur arte rhet. XI, 4. p. 332. sqq. Sch. cl. Gottl. ad Menex. c. Erf. ad Soph. Oed. R. 1237. interprr. ad l. de Comp. p. 42. sq. et Wyttenb. ad Julian. p. 209.

24) ib. 6, 8. ibique annot.

25) cf. Archaeol. prooem. V, 48. p. 955. sq. c. 56. p. 978. c. 75. p. 1027. VII, 66. p. 1470. c. 70. p. 1481. XI, 1. p. 2156. sqq.

cum Schulini diligentia quae huc pertinent pleraque excerpta dederit [26]). Sed in univerſum quaedam de horum praeceptorum indole propoſuiſſe non abs re fuerit. Atque quod illae mancae ſunt nec omni ex parte hiſtorici officia definiunt, nemo Dionyſio vitio vertet, cum non artem hiſtoricam exhibere voluerit, ſed artis tantum regulas advocarit, quibus in judicandis ſcriptoribus uteretur. Sed in iis, quae disputat, plura inſunt, quae eum falſiſſimas de arte hiſtorica ſententias aluiſſe declarent, eaque eum non ab aliis ſe dedoceri paſſum eſſe mireris. Sic vix ei condonari poteſt, quod ita hiſtoricum mundanum eſſe oportere a Polybio non didicerit, ut Thucydidem reprehendat, quod non patriae laudi conſuluerit [27]), omninoque illud bellum perſcripſerit, quod nunquam commotum eſſe oportuerit, ſin minus oblivioni traditum a poſteris ignorari debuerit [28]). Nimirum cum Thucydides [29]), Polybius [30]), Lucianus [31]) hiſtoriam κτῆμα ἐς ἀεί eſſe debere contendant, Dionyſius, ſe eam ἀγώνισμα et ἐπίδειξιν, qua hiſtoricus lectoribus gratificetur et ſuae laudi proſpiciat, eſſe velle et praeceptis ſignificat et exemplo ſuo declarat [32]). Hinc primum eſſe ait ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ κεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις [33]) eamque ſe delectationem intelligere

---

26) de Dionyſii Halic. hiſtorico, praecipuo hiſtoriae juris Romani fonte diſſert. inaug. in Acad. Heidelb. praemio ornata. Heidelb. 1820. 4.
27) Ep. ad Pompej. III, 9. ibique annot. Jud. de Thuc. XIX, 1. ſqq. XLI, 7. ſq.
28) Ep. ad Pompej. III, 4.
29) I, 22.
30) III, 31. extr.
31) de conſcr. hiſt. p. 163. 205. 216. 218. Bip.
32) v. inpr. Archaeol. prooem.
33) Ep. ad Pomp. IV, 2. Miram hujus praecepti rationem in Archaeol. prooem. p. 3. 10. inculcat, hanc: ne hiſtorici δόξαν ἐγκαταλείπωσι τοῖς ἀναλαμβάνουσιν αὐτῶν τὰς

ſignificat, quae ex rerum fauſtarum contemplatione oriatur. Quaſi vero tragica hominum fortuna in ſcena tantum nos delectet doceatque, in hiſtoriae pulpitis non doceat, non delectet [34]). Ita qui judicat, eum ego hiſtoriam ex hiſtoria tollere dixerim.

Hinc etiam factum eſt, ut Dionyſius tametſi hiſtoriam veritatis ſacerdotem praedicat [35]), tamen hac haudquaquam nimium adſtringi voluerit, cumque prima ſit hiſtoriae lex, ne quid falſi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat [36]), huic eatenus videtur obſequendum eſſe ſtatuiſſe, ut, ſi forte, res omnino non factas fingi vetuerit, ſed quae facta eſſent, ea ſi ſcriptor vel patriae amore vel gratia ductus aut ſileret aut pro rationibus ſuis aliquantum immutaret non improbaverit [36 b]). Tale quid qui ſignificavit artis ſcriptor, quid eum feciſſe cenſebimus hiſtoricum? Nec injuria, opinor, ſtatueris, ex ejusmodi potiſſimum fontibus hortulos ſuos irrigaſſe ſerioris aetatis hiſtoriae corruptores quales Lucianus exagitat. Quorum aliquis ἐπὶ τέλει τοῦ Φροιμίου ὑπισχνεῖτο διαῤῥήδην καὶ

ἱστορίας, ὅτι τοιούτους ἐζήλωσαν αὐτοὶ βίους, οἵας ἐξέδωκαν τὰς γραφάς. Ἐπιεικῶς γὰρ ἅπαντες νομίζουσιν, εἰκόνας εἶναι τῆς ἑκάστου ψυχῆς τοὺς λόγους. Sed orationis formam, non materiam. Inepta igitur abuſus eſt ab Ariſtotele mutuata ſententia. V. Sylburg. De praecepto ipſo appoſite Wachsmuth. l. l. p. 120. ſq. n.: Wunderlich iſt der Gedanke des Dionyſius von Halicarnaſſus, der Hiſtoriker ſolle ein angenehmes Sujet wählen. Dionyſius gibt eine Klugheitsregel für den Künſtler, nicht ein Geſetz für die hiſtoriſche Kunſt, die das Angenehme nicht in dem Stoffe ſucht, ſondern es ihm in der Darſtellung geben ſoll.

34) Cf. Egregium Schilleri locum in disputatione: Ueber das Erhabene, p. 27. T. III. ed. 1801.

35) Jud. de Thuc. VIII, 1. Caeteri loci, quos Schulin. p. 7. laudat veritatem in univerſum commendant.

36) Cic. de or. II, 15.

36 b) V. Ep. ad Pomp. III, 9. Jud. de Thuc. XIX, 4 ſqq.

σαφῶς, ἐπὶ μεῖζον μὲν αἴρειν τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσειν καὶ αὐτός, ὡς ἂν δύνηται [37]). Nec fortaſſe erraverit, qui Dionyſium, aliquot locis a Luciano notatum credat. Ita cum ille in hiſtoria utilitatem ſimul et delectationem requirat, hic: ὅσοι, inquit, οἴονται καλῶς διαιρεῖν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, καὶ διὰ τοῦτο εἰςποιοῦσι καὶ τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτήν, ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι· ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου συνάγεται. — — Ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ τὸ ἴδιον ἐντελές, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγον τοῦ κάλλους φροντιεῖ [38]). Nimirum cum aliis aliud jucundum ſit, intellexit, ſi delectationem hiſtoriae ſectandam eſſe concederetur, venam pravam totum ejus corpus corrupturam eſſe: qualem in Dionyſii Archaeologia deprehendimus Romanorum gratiam, qua ductus auctor non hiſtoriam ſcripſit, ſed panegyricum exhibuit. Porro cum Dionyſius quod in Antiquitatum principio ſatis mira ratione ſecutus eſt, hiſtorico lectorem in exordio etiam benevolum eſſe reddendum ſignificet [39]), Lucianus: ὁπόταν δὲ καί, inquit, φροιμιάζηται, ἀπὸ δυοῖν μόνοιν ἄρξεται, οὐχ ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς εὐνοίας παρεὶς προσοχὴν ἢ εὐμάθειαν εὐπορίσει τοῖς ἀκούουσιν [40]). Egregie enim perſpexit, removendam eſſe ex hiſtoria hiſtorici perſonam, nedum ut ſcriptor de ſuis ipſe laudibus agat: quae ſi munere ſuo, qua par eſt, ratione, functus fuerit, ſponte accreſcent. Sed redeam, unde degreſſus ſum.

Vidimus adhuc quomodo, cum ex ſcriptoris animo ira ſtudiumque et ſimiles affectus ita abſterſi eſſe debeant, ut ex ejus mente, quaſi puro ſplendidoque

---

37) l. l. p. 175.
38) ib. p. 169. cf. p. 166. ſqq. 170. 202.
39) Ep. ad Pomp. III, 5. cf. Jud. de Thuc. XIX, 3.
40) l. l. p. 211. ſq.

ſpeculo res perceptae clara luce refu
colore infectae conſpiciantur [40 b]),
non requiſiverit, ut, quem hoc nc
bus laudandum eſſe conſtat, Thucyd
reprehenderit. Quam perverſa ig
habito ejus criſis evadere debuerit t
bus exponere attinet, cum ſuis quae
rimus. Non tamen hic praetermitt
quam eum propterea vituperandum
eſſe potius, quod hiſtorici animun
eſſe voluerit, ut bonis laetaretur,
Nam quod Poppo dicit [42]): id parti
dium declarare, a quo hiſtoricum
xime alienum eſſe, hoc ſpecioſius
Quis enim, quaeſo, ejus frigoris r
rem ferat, qui vitiis ac virtutibus,
que hominum fortuna non ſe comme
que animi affectionem non aliquat
exprimat? Etenim tale partium ſt
ita et hiſtorici eſt, quem nihil huma
putare oportet. Accedit quod ſcrip
ſe affici patitur, non fieri poteſt,
jure requirit, „ut elocutio et ſcripto

40 b) Lucian. l. l. p. 210: Μάλιστα
παρασχέσθω τὴν γνώμην ἀθόλῳ καὶ σ
κέντρον· καὶ ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μ
αὖτα καὶ δεικνύτω αὐτά, διάστροφον
ρόσχημον μηδέν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥή
τὰ μὲν λεχθησόμενα ἔστι καὶ εἰρήσεται
δεῖ δὲ τάξαι καὶ εἰπεῖν αὐτά. Sic enim
guendum puto pro vulgari: λεχθησό
ται· πέπρακται γὰρ ἤδη; δεῖ δὲ κ. τ
reor, quod B. G. Weiske de hyper
lippi Amyntae f. commiſſ. genitr.
jecit, λεχθησόμενα, ἅ ἔστι κ. τ. λ.
41) Ep. ad Pomp. III, 15.
42) prolegg. ad Thuc. p. 12.

quas narret, cogitatione plane impletum ſignificet, et omnis color ejus earundem rerum naturam referat" [43]).

Quae Dionyſius praeterea in hiſtorico requirit, ut ſubacti judicio inſtructus multoque philoſophorum et oratorum (politicorum) imperatorumque uſu atque conſuetudine ſit eruditus, haec ſimiliaque quibus qui feliciter in hoc genere verſaturus eſſet praeditum praeparatumque eſſe voluit, cum bene disputaverit, non eſt, cur percenſeamus [44]).

De inventione hiſtorica locum noſter vix tetigit, niſi quod Thucydidem ac Theopompum collaudat, quorum alter magno ſtudio quibus non ipſe intereſſe potuerit, ea ab iis qui optime quaeque cognoſſent, ſibi referenda curaverit [45]); alter nec ſtudio nec ſumtibus pepercerit, ut quae vellet reſciſceret: unde factum ſit, ut quae ad res geſtas illuſtrandas pertinerent, locorum naturam, urbium populorumque origines, mores, inſtituta, leges, rerum publicarum formas, regum ingenia vitasque explicaverit, et abditas quoque rerum cauſas ſcrutatus ex animorum ratione repetiverit [46]). Haec quamquam egregie disputaverit, multa tamen quae ad res inveſtigandas pertinent omiſſa vides, idque inde explicandum cen-

---

43) ib. p. 264. cf. Lucian. l. l. p. 306.

44) v. Ep. ad Pomp. VI, 2. ſqq. cf. quibus dotibus Lucianus futurum hiſtoricum praeditum velit l. l. p. 197. ſqq.

45) Jud. de Thuc. VI, 1.

46) Ep. ad Pomp. VI, 3. ſqq. cf. n. 25. Etiam Lucianus hunc locum paucis tantum perſtringit pag. 208: Τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ οὐχ ὡς ἔτυχε συνακτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ ταλαιπώρως πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀνακρίνοντα, καὶ μάλιστα μὲν παρόντα καὶ ἐφορῶντα· εἰ δὲ μὴ τοῖς ἀδεκαστότερον ἐξηγουμένοις προσέχοντα καὶ οὓς εἰκάσειεν ἄν τις ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι. Κἀνταῦθα ἤδη καὶ στοχαστικός τις καὶ συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου ἔστω.

ſeas, quod, quae Creuzeri eſt opinio,[47]) critica haec ratio, quatenus ſit ſtudium ſubſidiis hiſtoricis nixum et clare cogitatis legibus adſtrictum, unice vindicanda ſit recentioribus. Sed ut hanc ſententiam non omnino veram eſſe arbitror (quis enim, ut nihil dicam hujus artis inventorem Thucydidem [47 b]), Polybium ejusmodi leges ſecutum neget? quis denique criticae aetatis, Ptolemaeorum dico, ſtudia non ad hiſtoriam redundaſſe animum inducat?) ita hoc loco ea uti nolim, cum aliam probabilioremque cauſam afferre poſſe videar. Etenim Dionyſius non omnino egit de arte hiſtorica ſed inſignia quorundam hiſtoricorum opera cenſuit et ſicuti qui picturarum vitia virtutesque exponet, non antea de coloribus eorumque praeparatione agendum ſibi putabit: ita ille quoque qua ratione res antequam perſcriberentur pertractari deberent, non pluribus ſibi perſequendum duxit.

Jam accedimus ad ipſam hiſtorici operis conformationem compoſitionemque. Cui cum finis, quem propoſueris moderetur neceſſe ſit, videndum eſt, qualem hunc ſtatuerit Dionyſius. Qui tametſi in libris hiſtoriographicis non diſerte de eo loquitur, niſi quod mox delectationem, mox utilitatem ex cognitione rerum percipi ſignificat [48]), alibi tamen docendi finem, cui viros magnos laudandi, poſterosque ad eos imitandos aemulandosque inſtigandi negotium ſit, primarium ſibi videri declarat, ideoque hiſtoriam φιλοσοφίαν

47) pronunciata in libro de arte hiſt. p. 259. et probata Wachsmuthio: Entwurf einer Theorie der Geſch. p. 108.

47 b) Heeren Ideen, III, 1. p. 470. ſq.

48) Fallitur enim qui Dionyſium utilitatem plane praeteriiſſe dicit, Poppo l. l. p. 10. V. Ep. ad Pomp. VI, 4. Jud. de Thuc. VI, 4.

κ παραδειγμάτων dicit[49]). Quae sententia cum speciosa t, vix dici potest, quantum detrimenti, diu domi-

---

49) de arte rhet. XI, 2. cf. Antiqq. V. c. 75. pag. 1027: ταῦτα ἡγούμενος εἶναι χρησιμώτατα τοῖς ἀναγνωσομένοις, ἃ πολλὴν εὐπορίαν παρέξει καλῶν καὶ συμφερόντων παραδειγμάτων νομοθέταις τε καὶ δημαγωγοῖς (sic enim pro παιδαγωγοῖς e Vat. scrib.) καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς πολιτεύεσθαι τε καὶ τὰ κοινὰ πράττειν βουλομένοις. ib. XI, 1. pag. 2158. sq. Τοῖς δὲ πολιτικοῖς ἀνδράσι, ἐν οἷς ἔγωγε καὶ τίθεμαι τοὺς φιλοσόφους, ὅσοι μὴ λόγων, ἀλλ' ἔργων καλῶν ἄσκησιν ἡγοῦνται τὴν φιλοσοφίαν, τὸ μὲν ἥδεσθαι τῇ παντελεῖ θεωρίᾳ τῶν παρακολουθούντων τοῖς πράγμασι κοινὸν ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἡγοῦμαι· χωρὶς δὲ τῆς ἡδονῆς περιγίνεται τὸ περὶ τοὺς ἀναγκαίους καιροὺς μεγάλα τὰς πόλεις ἐκ τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας ὠφελεῖν, καὶ ἄγειν αὐτὰς ἑκούσας ἐπὶ τὰ συμφέροντα διὰ τοῦ λόγου· ῥᾷστα γὰρ οἱ ἄνθρωποι τά τε ὠφελοῦντα καὶ βλάπτοντα καταμανθάνουσιν ὅταν ἐπὶ παραδειγμάτων ταῦτα πολλῶν ὁρῶσι, καὶ τοῖς ἐπὶ ταῦτα παρακαλοῦσιν αὐτοὺς φρόνησιν μαρτυροῦσι καὶ πολλὴν σοφίαν. Adde prooem. p. 18. sqq. (Ἐκ τῆς) ἱστορίας ἀκριβῶς γραφείσης συμβήσεται τὰ κράτιστα καὶ δικαιότατα τῶν ἔργων, τοῖς μὲν ἐκπεπληρωκόσιν τὴν ἑαυτῶν μοῖραν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς δόξης αἰωνίου τυγχάνειν καὶ πρὸς τῶν ἐπιγιγνομένων ἐπαινεῖσθαι· ἃ ποιεῖ θνητὴν φύσιν ὁμοιοῦσθαι τῇ θείᾳ καὶ μὴ συναποθνήσκειν αὐτοῖς τὰ ἔργα τοῖς σώμασι· τοῖς δὲ ἀπ' ἐκείνων τῶν ἰσοθέων ἀνδρῶν νῦν τε οὖσι καὶ ὕστερον ἐσομένοις, μὴ τὸν ἥδιστον καὶ ῥᾷστον αἱρεῖσθαι τῶν βίων, ἀλλὰ τὸν εὐγενέστατον καὶ φιλοτιμότατον, ἐνθυμουμένοις, ὅτι τοὺς εἰληφότας καλὰς τὰς πρώτας ἐκ τοῦ γένους ἀφορμὰς μέγα ἐφ' ἑαυτοῖς προσήκει φρονεῖν καὶ μηδὲν ἀνάξιον ἐπιτηδεύειν τῶν προγόνων· ἐμοὶ δὲ, ὃς οὐχὶ κολακείας χάριν ἐπὶ ταύτην ἀπέκλινα τὴν πραγματείαν, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ δικαίου προνοούμενος, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι πᾶσαν ἱστορίαν, πρῶτον μὲν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐμαυτοῦ διάνοιαν, ὅτι χρηστὴ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἐστὶ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ φιλοθεώρους τῶν καλῶν ἔργων καὶ μεγάλων· ἔπειτα χαριστηρίους ἀμοιβὰς ἃς ἐμοὶ δύναμις ἦν, ἀποδοῦναι τῇ πόλει παιδείας τε μεμνημένῳ καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὅσων ἀπέλαυσα διατρίβων ἐν αὐτῇ. Hoc quoque loco idem, quod in Ep. ad Pomp. VI, 8. historicum judicis munere fungi significat. Egregie in eandem sententiam Schillerus: die Weltgeschichte ist

nata, hiſtoriae intulerit, ipſeque Dionyſius quae vel criticus vel hiſtoricus peccavit, eorum illi non pauca refert accepta. Sic enim qui ſentiunt, cum Rouſſavio faciunt neceſſe eſt, qui: la critique d'erudition, inquit, abſorbe tout, comme ſ'il importoit beaucoup qu'un fait fut vrai pourvu qu'on en pût tirer une inſtruction utile. Les hommes ſenſés doivent regarder l'hiſtoire comme un tiſſu des fables, dont la morale eſt très appropriée au coeur humain [50]). Quod quidem judicium ut cum iſto docendi fine apprime conſpirat, ita hiſtoriam omni dignitate gravitateque exuit, immo tollit. Ita ſentientibus hanc poenam irrogaverim, ut nonniſi Valerios Maximos legant, Thucydides et Mülleros ne tangant. Cur enim quae ſola requirunt, moralia, operoſe juſtis et integris ex hiſtoriis hauriant? Nempe bonorum exempla morum requirunt; at malorum in illis multo plura offendent. Providentiae divinae cuncta ſapienter moderantis veſtigia cernere cupiunt; at in plerisque caſus dominari videbitur: hic perverſa ſuccedunt, illic recta proſternuntur; boni occumbunt, ſuperant mali [50b]). Recte igitur Ludov. Vives monuerit: bella et praelia non accurate perſequenda, quae tantum inſtruant animos ad nocendum et vias oſtendant, quis invicem poſſimus laedere [51]). Et vero etiam alia permulta eodem jure ex hiſtoria tollenda fuerint. Inprimis autem prava

---

das Weltgericht (die Braut von Meſſina, in fine). Sed in hac re haud nimium eſſe debere ſcriptorem bene docet Lucianus l. p. 56. laudato cl. de Conſcr. hiſt. p. 166. ne, quod Plutarch. Arat. 38. in Phylarcho reprehendit, καθάπερ ἐν δίκῃ τῇ ἱστορίᾳ τῶ μὲν ἀντιδικῶν διατελῇ, τῷ δὲ συνηγορεύων. — Ad caetera cf. p. 26. ſq. laudata.

50) Ej. opp. T. VIII. pag. 242. not. ed. Amſtel. Probabiliora diſputat T. IX. p. 142. ſq.

50b) Cf. Schiller. l. l.

51) de tradend. diſcipl. Opp. T. I. pag. 5071. cujus loci notitiam Wachsmuthio debeo l. l. p. 131.

vitiorum exempla, nisi punita conspiciantur, sed felici successu gaudeant, oblivioni sint tradenda, ut non immerito Atheniensium Meliorumque colloquium à Dionysio sit reprehensum [52]).

At, inquit, multa alia ex historia disci possunt, inprimis prudentia civilis. Vide modo quam lepide Poppo nonnullos Thucydidis locos ad nostra tempora converterit [53]). Audio. Sed ne dicam quam anceps sit hic gladius, quam pauca fuerint, quibus tota rerum facie conversa, hodieque viris rerum publicarum gubernacula tenentibus eam historia utilitatem praestare valeat, quam non aliunde, faciliori plerumque negotio, percipere queant. Certe haec utilitas non sufficiet, cui historiam ut suae dignitatis disciplinam superstruamus. Recte igitur fecisse videantur, qui nullum externum historiae consilium quaeri oportere opinati ipsam rerum cognitionem ejus finem esse contenderunt [54]).

At enimvero cum ea studiorum nostrorum ratio sit, ut communi quodam societatis vinculo contineantur, eidem orbi inclusae quasi radii ad unum idemque centrum tendant, facile patet etiam historiae suas hic esse partes. Est autem omnium humanitatis studiorum, me judice, illud consilium, ut cunctis, quas natura nobis impertita est, facultatibus pariter et cum concentu quodam excultis, humanum genus, sapientia, virtute voluptateque, [54b]) pro natura sua quam felicissimum evadat. Hujus vero consilii interpres est historia. Nam cum anthropologia et psychologia quibus vel corporis vel animi facultatibus qua ratione instructi simus doceat, historiae munus est ostendere,

---

52) Jud. de Thuc. XXXIX, 1. LXI, 7.
53) Poppo l. l. p. 79. sq.
54) cf. Wachsmuth. l. l. p. 129. sqq.
54b) Non Epicureum me dicere sponte patet. Refero enim haec tria ad trium animi facultatum perfectionem.

quales hae vires diversissimis locis, temporibus, conditionibus se exseruerint, ut genus humanum quodnam iter emensum sit edoctum quo tendat intelligat[55]). Vagaretur enim, si historia careret similisque esset homini, qui e Lethae undis praeteritae, quam degisset, vitae rationis oblivionem bibisset. Ita praeclarum illud nosce te ipsum non tantum ad singulum quemque pertinet, sed ad universum genus humanum. Ex iis, quae modo disputavimus, simul apparet, non recte historiam adstringi civitatis notioni, nisi quis civitates, non quales vulgo sunt, sed quales esse debeant intelligit. Quodsi autem fingere volunt, tum profecto, quandam, ut ita dicam, dei civitatem informare possunt, quae cum humanitate congruat. Sed redeundum est ad Dionysium.

Is igitur cum praeter delectationem docendi finem historiae proposuisset, intellexit, non sola bella, sed Theopompi Polybiique exemplo alia quoque ei recipienda esse, eaque quaenam esse debeant, optime explicat in Archaeologiae prooemio: ubi postquam utilissimum gravissimumque se argumentum elegisse ostendit, hoc modo pergit: *Ἀφηγοῦμαι — τούς τε ὀθνείους πολέμους τῆς πόλεως ἅπαντας, οὓς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐπολέμησε, καὶ τὰς ἐμφυλίους στάσεις, ὁπόσας ἐστασίασαν, ἐξ*

---

55) Sic fere sensisse videntur, qui historiae universalis, cujus partes et quasi rivuli sunt speciales historiae, id esse consilium dixerunt, ut quae sint quomodo facta sint explicet. Ita Schlözer Weltgesch. nach ihren Haupttheilen im Auszug und Zusammenhange p. 71: Weltgeschichte studiren heisst die Hauptveränderungen der Erde und des Menschengeschlechts im Zusammenhange denken, um den heutigen Zustand von beiden aus Gründen zu erkennen. Similiter Kantius: Ideen zu einer allg. Gesch. in weltbürgerlicher Absicht. Schiller: Was heisst und zu welchem Ende studirt man Universalgeschichte? Opp. omn. T. VII. p. 10. sqq. ed. 1819. Gruber. prolus. de disciplinis historiae studium adjuvantibus p. 14.

οἵων αἰτιῶν ἐγένοντο καὶ δι' οἵων τρόπων τε καὶ λόγων κατελύθησαν, πολιτειῶν τε ἰδέας διέξειμι πάσας, ὅσαις ἐχρήσατο βασιλευομένη τε καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν μονάρχων, καὶ τίς ἦν αὐτῶν ἑκάστης ὁ κόσμος, ἔθη τε τὰ κράτιστα καὶ νόμους τοὺς ἐπιφανεστάτους διηγοῦμαι καὶ συλλήβδην ὅλον ἐπιδείκνυμι τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς πόλεως. Σχῆμα δὲ ἀποδίδωμι τῇ πραγματείᾳ οὔθ' ὁποῖον οἱ τοὺς πολέμους ἀναγράψαντες ἀποδεδώκασι ταῖς ἱστορίαις, οὔθ' ὁποῖον οἱ τὰς πολιτείας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν διηγησάμενοι, οὔτε τοῖς χρονικοῖς παραπλήσιον, ἃς ἐξέδωκαν οἱ τὰς Ἀτθίδας πραγματευόμενοι· μονοειδεῖς γὰρ ἐκεῖναι καὶ ταχὺ προσιστάμεναι τοῖς ἀκούουσιν· ἀλλ' ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτὸν ἐναγωνίου τε καὶ θεωρητικῆς ἵνα καὶ τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς διατρίβουσι λόγους καὶ τοῖς περὶ τὴν φιλόσοφον ἐσπουδακόσιν θεωρίαν καὶ εἴ τισιν ἀοχλήτου δεήσει διαγωγῆς ἐν ἱστορικοῖς ἀναγνώσμασιν ἀποχρώντως ἔχουσι φαίνηται [56]). Etiam de vitis excellentium imperatorum agendum eſſe alibi docet: Παντὸς μάλιστα τοῦτο νομίζω προσήκειν τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, μὴ μόνον τὰς πολεμικὰς πράξεις τῶν ἐπισήμων ἡγεμόνων διεξιέναι, μηδ' εἰ πολίτευμα καλὸν καὶ σωτήριον ταῖς πόλεσιν ἀπεδείξαντο ἐξευρόντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς βίους αὐτῶν, εἰ μέτριοι καὶ σώφρονες καὶ μένοντες ἐπὶ τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασι διετέλεσαν ἐπιδεικνυσθαι [57]). Quibus adjicit non ſummam modo rerum proponendam eſſe, ſed exponi quoque debere de cauſis earum et eventis, de locis in quibus geſtae eſſent et id genus pluribus: Τοῖς ἀναγιγνώσκουσι τὰς ἱστορίας οὐχ ἱκανὸν εἰς ὠφέλειαν τὸ τέλος αὐτὸ τῶν πραχθέντων ἀκοῦσαι· ἀπαιτεῖ δὲ ἕκαστος καὶ τὰς αἰτίας ἱστορῆσαι τῶν γινομένων καὶ τοὺς τρόπους τῆς πράξεως καὶ τὰς διανοίας τῶν πραξάντων καὶ τὰ παρὰ τοῦ δαιμονίου συγκυρήσαντα καὶ μηδενὸς ἀνήκοος γενέσθαι τῶν πεφυκότων τοῖς πράγμασι παρακολουθεῖν· τοῖς δὲ πολιτικοῖς καὶ πάνυ ἀναγκαῖον ὑπάρχουσαν τὴν τούτων μάθησιν [58]). Similiter alio

---

56) T. I. p. 22. ſqq.
57) V, 48. p. 255. ſq.
58) V, 56. p. 978. ubi pro τρόπους leg. eſſe τόπους ſuſpicatus ſum p. 55.

loco disputat: Ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐγένοντο, βούλονται παρὰ τῆς ἱστορίας μαθεῖν καὶ τὰς αἰτίας ἀκοῦσαι, δι᾽ ἃς τὰ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα ἔργα ἐπετέλεσαν, καὶ τίνες ἦσαν οἱ τῶν στρατοπέδων ἡγέμονες τῶν τε βαρβαρικῶν καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορῆσαι καὶ μηδενός, ὡς εἰπεῖν, ἀνήκοοι γενέσθαι τῶν συντελεσθέντων περὶ τοὺς ἀγῶνας. Ἥδεται γὰρ ἡ διάνοια παντὸς ἀνθρώπου χειραγωγουμένη διὰ τῶν λόγων ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ μὴ μόνον ἀκούουσα τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ τὰ πραττόμενα ὁρῶσα [59]). Cauſas autem rerum vel propterea exponendas eſſe, ut narrata fidem habeant, ſignificat: Ποθεῖ γὰρ ἕκαστος ἐπὶ τοῖς παραδόξοις ἀκούσμασι τὴν αἰτίαν μαθεῖν καὶ τὸ πιστὸν ἐν ταύτῃ τίθεται μόνῃ [60]). Internis autem hisce argumentis adjicienda eſſe teſtimonia ait: οὐχ ἡγούμενος ἀποχρῆν τοῖς ἀναγράφουσι τὰς ἀρχαίας καὶ τοπικὰς ἱστορίας, ὡς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων αὐτὰς παρέλαβον, ἀξιοπίστως διελθεῖν, ἀλλὰ καὶ μαρτυριῶν οἰόμενος αὐτοῖς δεῖν πολλῶν τε καὶ δυσαντιλέκτων, εἰ μέλλουσι πιστοὶ φανήσεσθαι [61]).

Ex his, quae de rerum varietate, qua hiſtorias diſtinctas eſſe vult, disputat, abunde patet, cur ei minus probata ſit Thucydidis hiſtoria, qui πόλεμον ἕνα καί τινας ἀπνευστὶ διεξέρχεται μάχας ἐπὶ μάχαις καὶ παρασκευὰς ἐπὶ παρασκευαῖς καὶ λόγους ἐπὶ λόγοις συντιθείς [62]). Nec immerito hoc nomine Herodoti varietatem praefert. Ac videatur Thucydides non quidem, quod Dionyſius vult, degreſſiones plures facere potuiſſe: nam earum quoque quas exhibet nonnullae arceſſitae ſunt et a propoſito alienae: ſed aliis de rebus per illa, quae deſcripſit, tempora factis exponere debuiſſe.

---

59) XI, 1. p. 2157. Hinc etiam τὰς καλουμένας ἐκφράσεις (Schilderungen), πολλαχοῦ (τὸν) χειμῶνα γράφειν καὶ λοιμοὺς καὶ λιμοὺς καὶ παρατάξεις καὶ ἀριστείας, in hiſtorias probat Rhet. X, 17. Quibus in lenociniis ne quis nimius ſit bene monet Lucian. l. l. p. 214. ſq. et p. 209.

60) VII, 66. p. 1470.

61) VII, 70. p. 1481.

62) Ep. ad Pomp. III, 12.

Quis non de interno Graecorum ſtatu, de rebus forenſibus, de moribus, de litteris et artibus, pleraque ab eo vel omnino non tacta quíeratur, vel accuratius expoſita habere cupiat? Sed hanc reprehenſionem, utut ſpecioſa ſit, omnino concidere intelliget, qui cogitarit, ſcriptorem non res Graecas illorum temporum perſcribere, ſed ipſius belli Peloponneſiaci hiſtoriam exhibere voluiſſe. Quamquam cum ſic quoque multa de iis, quae dixi, exponere potuiſſet, dicendum eſt, ejus ingenium vel elatius fuiſſe, quam ut rebus minutis, quales multas ex Ariſtophane ejusque interpretibus atque oratoribus cognoſcimus, operam impenderet, vel ita belli ſummam contuitum eſſe, ut quae minus ad ejus rationem explicandam et illuſtrandam facerent, ea quae reſpiceret non ſatis digna habuerit. Ita factum eſt, ut cum ejus aetatis eſſet, qua res pacis omnino minus, quam par erat, hiſtoricorum animos adverterent, hunc defectum nec ipſe expleverit. Alioquin enim, occaſione invitante, dicere poterat de Gorgia [63]) et Diagora [64]) aliisque philoſophis, quos, cum plures eorum audiviſſe feratur, haud ignotos ei fuiſſe neceſſe eſt. Atque ſaeculi corruptos mores eum modo ἀρχῇ τῇ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν tribuiſſe [65]), nec a ſophiſtis repetiiſſe ex parte [66]), inde derivandum videtur, quod ipſe, Anaxagorae diſcipulus, ita eorum placita amplexus erat, ut ἄθεος cre-

---

63) III, 86. cl. Heindorf. ad Plat. Hipp. M. p. 125. et Ruhnken. de Antiph. orat. Att. in Reiskii oratt. Gr. T. VII. pag. 798. Schneider. ad Xenoph. Symp. II, 26. Matthaei ad Dionyſ. Jud. de Lyſ. pag. 458. ſq. Excerpt. e Scholl. ad Hermog. in Reisk. oratt. Gr. VIII. p. 197. ſq.

64) V, 116. cl. Suid. ſ. v. Lyſ. c. Andoc. p. 214. Schol. ad Ariſtoph. Av. 1072. et Nub. 827. ac Weſſeling. ad Diodor. XIII, 6.

65) III, 82.

66) V. ad Jud. de Thuc. p. 176. ſq. annot.

ditus, ſuperſtitionis radices ex animo ſuo evulſerit[67]); nec omnes nimium lucis ſplendorem, quem ſibi innoxium fuiſſe ſentiret, ferre poſſe perſpexerit. Illa autem, quam diximus, unitatis notione (qualis Herodoto obverſata magis, quam obſervata eſt) quod Dionyſius Thucydidem fuiſſe ductum non animadverterit, id aliquatenus eo excuſaveris, quod non abſolutum ſcriptoris opus viderit ideoque minus totius hiſtoriae rationem animo complecti potuerit[68]). At vero ipſe hanc excuſationem reſpuit, cum alibi dicat, Thucydidem οὔτ' ἐφ' ἑνὸς βουληθῆναι τόπου καθιδρύσαι τὴν ἱστορίαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἑλλάνικον ἐποίησαν, οὔτε τὰς ἐξ ἁπάσης χώρας Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις ἐπιτελεσθείσας πράξεις εἰς μίαν ἱστορίαν συναγαγεῖν μιμησάμενος Ἡρόδοτον, τῆς μὲν προτέρας ὑπεριδὼν ὡς εὐτελοῦς καὶ ταπεινῆς καὶ πολλὰ οὐ δυνησομένης τοὺς ἀναγινώσκοντας ὠφελῆσαι, τῆς δὲ ὑστεραίας ὡς μείζονος ἢ δυνατῆς πεσεῖν εἰς σύνοψιν ἀνθρωπίνου λογισμοῦ κατὰ τὸν ἀκριβέστατον τῶν τρόπων, ἕνα δὲ προχειρισάμενος πόλεμον, ὃν ἐπολέμησαν Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι[69]). Tanto magis igitur mireris, quod Thucydidem quia de pugna ad Eurymedontem non tam copioſe quam de primis Athenienſium Spartanorumque proeliis navalibus expoſuerit[70]), de Euboea capta ſubjectaque brevius quam de ſimilibus rebus dixerit[71]) omninoque quae Athenienſes poſt Perſica bella geſſiſſent egregie, non perſecutus ſit, reprehenſione notandum exiſtimaverit[71]). Hoc queratur licet hiſtoriarum ſtudioſus, non artis hiſtoricae ſcriptor. Sed hic quoque patriae amor, cui ſcriptorem litare oportere cenſuit, eum induxit; id quod etiam ex eo patet, quod quae Thucydides de rebus vetuſtioribus in prooemio

---

67) V. Marcell. §. 22.
68) V. Ep. ad Pomp. III, 10. Jud. de Thuc. XII, 1. 2. et cf. Commentatt. p. 247. ſqq.
69) Jud. de Thuc. VI, 1.
70) ib. XIII, 2.
71) ib. XV, 3.

disputaverit, ea praetereunda fuisse pronunciat, scilicet quod Graeciae gloriam detrectent nec ad propositum pertineant [72]). Quam posteriorem rationem ita veram esse judico, ut ipsum auctorem haec minus copiose pertractaturum fuisse existimem, nisi inveteratos quosdam errores exstirpare voluisset [73]): quod quidem consilium satis inde manifestum est, quod ibi quae tradit non narrando exponit, sed disputando evincit.

Quemadmodum in his Dionysium propterea, quod Thucydidis historiam unum quasi corpus esse non satis perspexerit respexeritve, Thucydidi tractationis inaequalitatem immerito exprobrasse vidimus, ita se idem scriptori crimen injuria impegisse iccirco, quod res ipsas non bene judicaverit earumque gravitatem non recte aestimaverit, abunde ostendit, ubi quaerit, cur auctor de rebus circa Pylum gestis multis egerit [74]): Niciae expeditionem paucis absolverit [75]); cur Scionaeorum et Aeginetarum calamitates cursim tantum perstrinxerit [76]): Plataeensium, Mitylenaeorum Meliorumque clades copiose narraverit [76]); cur orationem Laconicae legationis, Spartanis in Sphacteria insula interclusis pacis petendae causa Athenas missae, proposuerit: quae Atheniensium legati eodem consilio aliquot annis ante Spartam profecti peroraverint non memoraverit [77]); cur Cleonis et Diodoti conciones, quas de Mitylenaeis puniendis habuerint, litteris consignaverit: quae de eodem argumento praegresso die habitae essent, silentio praetermiserit [78]); cur denique orationem funebrem eo, quo posuit, loco exhi-

---

72) Ep. ad Pomp. III, 9. ubi v. annot.
73) Jud. de Thuc. XIX, 1. sqq.
74) ib. XIII, 4. 5.
75) ib. XIV, 1. 2.
76) ib. XV, 2. sqq.
77) ib. XIV, 3. sqq.
78) ib. XVII, 1. 2.

buerit [79])? De quibus, cum suis quaeque locis censuerim, non est, quod hic pluribus differam.

Quod Dionysius, cur Thucydides non aliis pluribusque orationes exhibendi occasionibus usus sit requirit, id, cum ipse, profuturus scilicet oratoribus futuris, totam historiam, ut Diodori verbis utar, propemodum προςθήκην τῆς δημηγορίας fecerit [80]), nequaquam miraremur, nisi, ubi Thucydidem censet, omnino orationibus huic abstinendum fuisse significaret, Cratippi sententiam amplexus, qui οὐ μόνον ταῖς πράξεσιν αὐτὰς ἐμποδὼν γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσιν ὀχληρὰς εἶναι dixerit [81]). Quae quidem verba satis opinor testantur, Cratippo sive potius Dionysio [82]) „non tantum modum, quo scriptae sint et nimium studium in iis positum displicuisse", sed ipsas eum omnino tollendum existimasse. Quod judicium non potest, quin admiratione percellat eum, qui veterum rerumpublicarum conditionem reputaverit. In his enim fori libertatisque regina praesidebat eloquentia: eloquentia de vita dignitateque singulorum civium decernebat; eloquentia leges dabat abrogabatque; eloquentia foedera fecit, bella movit motisque moderabatur; judices sententias ferebant prout hic illeve superarat orator; oratores quae populo persuasissent, rata habebat concio. Atqui cum veteres rerum scriptores, quos haud paulo evidentius quam nos eloquentiae vim gravitatemque perspexisse par est, historiam veritatis imaginem et factorum quasi tabulam esse debere sentirent, mirumne est, eos etiam quae quomodo in foro agerentur exemplis propositis sibi illustranda duxisse? Quorum exemplorum cum ingens copia adesset, quaeritur

79) ib. XVIII, 1. sqq.
80) Diodor. XX, 1.
81) Jud. de Thuc. XVI, 2.
82) Commentatt. p. 256. sqq.

quaenam potiſſimum fuerint eligenda. Id vero ex ipſius hiſtoriae natura judicare oportet. Cujus cum officium ſit res geſtas cum cauſis et rationibus ſuis referre atque exponere, quae orationes illud maxime adjuvent, eas aptiſſimas, eas vere hiſtoricas dixeris. Tales inprimis ſunt, quae vel potentium virorum mores et indolem ac ſtudia aperiant [83]); vel integrarum civitatum ingenia rationesque, quibus in rebus gerendis ſe duci paſſae ſint, declarent [84]); vel denique quibus quique cauſis argumentisque moti, quibus opibus adjuti, in quo ſtatu verſati egerint, oſtendant [85]). Quibus omnibus una ſaepe eademque oratione ſatisfieri poſſe vix opus eſt monere. Merae autem declamationes, quas ſcriptor, occaſione oblata exhibet, ut, ſua dicendi vi oſtentata, exemplaria praebeat oratoribus futuris, damnandae ſunt in juſta hiſtoria. Evitandum eſt igitur demonſtrativum genus (ἐπιδεικτικόν, πανηγυρικόν, ἐγκωμιαστικόν): nam Thucydidis orationem funebrem ſatis exhortandi conſilio excuſari alibi monui [86]): evitandum item judiciale (δικανικόν): Plataeenſium enim Thebanorumque

---

83) veluti Periclis oratio apud Thuc. II, 60—64. de qua v. Jud. de Thuc. XLIII. ſqq. c. annott. Ejusdem generis ſunt ex parte conciones Cleonis et Diodoti III, 37—40. 42—48. Niciae et Alcibiadis VI, 9—14. 20—23. Hermocratis et Athenagorae VI, 33. 34. 36—40., qui non ſinguli cives, ſed ſuae quisque factionis principes habendi ſunt.

84) Huc pertinet colloquium Meliorum et Athenienſium Thuc. V, 85—111. de quo v. p. 176. ſq. dicta. Cf. orationem Corinthiorum et Athenienſium legatorum I, 68—71. 73—78.

85) Cf. orationes Corcyraeorum et Corinthiorum I, 32—36. 37—43. Archidami et Periclis I, 80—85. 140—144. Lacedaemoniorum IV, 17—20. Hermocratisque IV, 59—64. et Alcibiadis VI, 89—92. Huc etiam referenda Niciae epiſtola VII, 11—15.

86) V. p. 166.

ejusdem ſcriptoris orationes [87]), pulcherrimas quidem illas, laudo potius quam probo. Periclis autem apologia quibus defendi poſſit rationibus alio loco dictum eſt [88]). Itaque hiſtoricae orationes inprimis continebuntur genere deliberativo (συμβουλευτικῷ, δημηγορικῷ, ἐκκλησιαστικῷ [89])). Nec improbandae ſunt, quae proprie eodem pertinent, hortationes militum. Quis eſt enim, quin ubi ad aliquod belli discrimen perventum eſt, lubenter ducem quae ſperanda, quae timenda ſint, eloquentem hisque ſuorum animos inſtigantem audiat [90])? Δραματικώτερον certe hoc eſt, quam ſi ſcriptor ipſe ſimilia ex ſua perſona disputat.

Sequitur, ut de dispoſitione (διαιρέσει) agamus. Cujus quae lex ſit bene perſpexit Dionyſius: τὰ πολλὰ μέρη σύμφωνον ἓν σῶμα ποιεῖν [91]). Idemque id non fieri

---

87) III, 43—59. 61—67.

88) Eſt enim παραγραφή (v. Erneſti l. l. p. 213.) Periclis merita oſtendens, v. ad Jud. de Thuc. XLV, 5. annot.

89) Cf. Erneſti Lex. Technol. Gr. Rhet. p. 326.

90) Unum tantum, ſed pulcherrimum Thucydidis locum memorabo VII, 61—64. 66—68. et cf. Hannibalis orationem apud Liv. XXI, 43. 44. Cf. Lucian l. l. p. 209: ἐς τοὺς στρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα (ὁράτω) καὶ εἴ τι παρεκελεύσαντο, κἀκεῖνο ἀκουέτω. De caeteris orationibus idem p. 215: Ἢν δέ ποτε καὶ λόγους ἐροῦντά τινα δεήσῃ εἰςάγειν, μάλιστα μὲν ἐοικότα τῷ προςώπῳ καὶ τῷ πράγματι οἰκεῖα λεγέσθω.

91) Ep. ad Pomp. III, 14. Cf. Lucian. l. l. pag. 211: τὸ τοῦ συγγραφέως ἔργον εἰς καλὸν διαθέσθαι τὰ πεπραγμένα καὶ εἰς δύναμιν ἐναργέστατα ἐπιδεῖξαι αὐτά. Καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται μετὰ ταῦτα ὁρᾶν τὰ λεγόμενα καὶ μετὰ τοῦτο ἐπαινῇ, τότε δὴ τότε ἀπηκρίβωται καὶ τὸν οἰκεῖον ἔπαινον ἀπείληφε τὸ ἔργον τῷ τῆς ἱστορίας Φειδίᾳ et p. 213: Τὸ σαφὲς ἐπανθείτω τῇ λέξει μεμηχανημένον καὶ τῇ συμπεριπλοκῇ τῶν πραγμάτων. ἀπόλυτα (leg. ἀναπόλυτα) γὰρ καὶ εὐτελῆ πάντα ποιήσει καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενος ἐπάξει τὸ δεύτερον ἐχόμενον αὐτοῦ καὶ ἁλύσεως τρόπῳ συνηρμοσμένον, ὡς μὴ διακεκόφθαι μηδὲ διηγήσεις πολλὰς εἶναι ἀλλήλαις παρακειμένας, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρῶτον τῷ δευτέρῳ μὴ γει-

posse intellexit, si quis accurate temporis ordinem sequi vellet. Nam πολλῶν ἅμα πραγμάτων κατὰ πολλοὺς τόπους γινομένων εἰς μικρὰς κατακερματιζομένη τομὰς ἡ διήγησις οὐκ ἀπολαμβάνει τὸ τηλαυγὲς φῶς ἐκεῖνο καὶ καθαρόν [92]), ταραττομένης ἐν τῷ διασπᾶσθαι τὰ πράγματα τῆς διανοίας καὶ τὰς ἡμιτελεῖς τῶν ἀκουσθέντων μνήμας οὐ ῥᾳδίως οὐδ' ἀκριβῶς ἀναφερούσης [93]). Ideoque Herodotum laudat, qui τὰς περιοχὰς τῶν πραγμάτων secutus sit [94]) (quae distributio cum fere congruat cum ea quae secundum regiones res gestas digerit non mirandum est, utramque a Dionysio confusam esse [95])) ostenditque quot incommoda ordo, quem Thucydides, tempora secutus [96]) optaverit, genuerit [97]). Quae probabiliter disputata esse quivis intelligit. Nam quod Poppo pronunciat: „vidisse Thucydidem, si secundum regiones in quibus pugnatum sit, res gestas inde a belli initio usque ad finem vel certe usque ad intercapedinem quandam

---

τνιᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν καὶ ἀνακεκρᾶσθαι κατὰ τὰ ἄκρα. Cf. Woltmann: Kleine hist. Schriften, T. I. p. VI. et pag. 110. Wachsmuth l. l. p. 141. sqq. et p. 80. monui.

92) Jud. de Thuc. IX, 4.

93) ib. §. 6. Cf. Diodor. Sic. XVI, 1: Ἐν πάσαις μὲν ταῖς ἱστορικαῖς πραγματείαις καθήκει τοὺς συγγραφεῖς περιλαμβάνειν ἐν ταῖς βίβλοις ἢ πόλεων ἢ βασιλέων πράξεις αὐτοτελεῖς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ τέλους Οὕτω γὰρ μάλιστα διαλαμβάνομεν τὴν ἱστορίαν εὐμνημόνευτον καὶ σαφῆ γενέσθαι. Αἱ μὲν γὰρ ἡμιτελεῖς πράξεις οὐκ ἔχουσαι συνεχὲς ταῖς ἀρχαῖς τὸ πέρας, μεσολαβοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν τῶν φιλαναγνωστούντων· αἱ δὲ τὸ τῆς διηγήσεως συνεχὲς περιλαμβάνουσαι μέχρι τῆς τελευτῆς, ἀπηρτισμένην τὴν τῶν πράξεων ἔχουσιν ἀπαγγελίαν. Ὅταν δὲ ἡ φύσις αὐτὴ τῶν πραχθέντων συνεργῇ τοῖς συγγραφεῦσι, τότ' ἤδη παντελῶς οὐκ ἀποστατέον ταύτης τῆς προαιρέσεως.

94) Ep. ad Pomp. III, 13.

95) l. l. et Jud. de Thuc. IX, 3.

96) ll. ll. c. annott.

97) Jud. de Thuc. IX, 5. sqq.

perſecutus eſſet, nunquam totius belli imaginem lectorum animis poſſe obverſari": id propter adjecta verba [98]): *vel certe usque ad intercapedinem quandam*, amplecti nequeo. Quis enim, ne alia memorem; conciſis de Plataeis expugnatis [99]), deque priore Atheniensium in Siciliam expeditione [100]) non ſe conturbatum ſentiat? Quis non ipſum ſcriptorem hoc perſpexiſſe opinetur? Quaeritur itaque quae cum rationes, ut nihilominus hunc ordinem praetulerit, induxerint. Has, ipſo viam monſtrante, non difficile eſt indagare. Etenim cum qui ante ſe res geſtas litteris conſignaſſent, eos in temporibus notandis minus diligentes fuiſſe obſervaſſet [101]), ipſe, quo erat veritatis ſtudio, ne idem vitium incurreret, accurate quando quaeque geſta eſſent vel collocatione factorum ſignificandum duxit, ſimul ne variis vagisque, quae apud Graecos obtinebant, temporum rationibus confuſi lectores in errores delaberentur, notis uſus naturalibus [102]). Ex hac etiam diligentia intelligitur, in iis

98) Prolegg. ad Thuc. p. 71. ſq.
99) V. II, 71—78. III, 21—24. 52—68.
100) V. III, 86. 88. 90. 103. 115. ſq. Libro quarto 1. ſq. et 58—65. non poterat aliter.
101) V. I, 97: Ἑλλάνικος βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη. Eundem Strabo X. 2. p. 131. Tauchn. dicit: πλείστην εὐχέρειαν ἐπιδεικνύμενον ἐν πάσῃ σχεδὸν τῇ γραφῇ.
102) V. V, 20. et hinc refutatam Dionyſii reprehenſionem pag. 79. Utitur autem praeter tempeſtates his quoque notis τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος II, 19. (cf. Schneider. ad Xenoph. Hiſt. Gr. I, 2, 4.) περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολάς c. 78. (ἐν καρποῦ ξυγκομιδῇ III, 15.) περὶ σίτου ἐκβολήν IV, 1. τοῦ ἦρος, πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἐκβολῇ (noſtrates: Schoſſen dicunt. cf. Phot. pag. 381. et Euſtath. pag. 1405. 12.) εἶναι cap. 2. τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος. cap. 6. (Ex his duobus locis ſatis, opinor, patet vocabula ἀκμή et ἀκμάζειν non intelligi poſſe de eo tempore, cum ſegetes ad ſummam pervenerint maturitatem, ſemen

quoque, quae de rebus intra Persica et Peloponnesiacum bellum gestis refert, ordinem, quo quidque proposuerit, summae auctoritatis esse debere, ut graviter reprehendendi sint, qui alios secuti tantae fidei ducem deseruerint. Sed haec nunc accuratius persequi non vacat.

Restat, ut de elocutione historica, qualem Dionysius voluerit agamus: quem locum a Schulino plane praetermissum esse mireris. De ea sic fere sensit Dionysius. Quae omnino orationis virtutes sunt, iis par est historicum quoque studere: *puritati, proprietati* verborum et *perspicuitati* [103]). Evitanda sunt igitur verba peregrina, obsoleta, poëtica, novata et quaecunque intellectu sunt difficilia [104]). Nam historia commune omnium bonum est ideoque sic scripta esse debet, ut non interprete egeat [105]). Ex eadem causa damnanda est nimia brevitas [106]), damnandi tortuosi verborum ambitus, abstinendum quaesitis translationibus, non discerpendae sententiae, non utendum praeposteris temporibus, confusis personis, perturbato ordine, arcenda denique omnium insolentia figurarum [107]). Porro cum historia etiam delectatio-

---

mox sparsurae, ut visum est Weiskio ad Xenoph. H. Gr. I, 2, 4. Tum enim non amplius virere possunt. Nec obstat Dionysii locus, quo vir doctus utitur, Antiqq. III, 34. p. 513. 8. cum προνομεύειν ibi non sit *commeatus auferre*, sed *pabulari*. Josephi locum ab eodem laudatum, Archaeol. V, 10. nunc excutere non possum. Nec tamen dubito, quin σίτου ἀκμή ubique de eo quo *segetes florent* tempore (Getraideblüthe) dicatur) περὶ ἡλίου τροπὰς (τὰς χειμερινάς) VII, 16. VIII, 39. cf. Poppo l. l. p. 70. sq.

103) Ep. ad Pomp. III, 16. c. n. cf. Jud. de Thuc. XXIII, 5. Lucian. de conscr. hist. p. 206.

104) l. l. XXIV, 1. et Ep. ad Amm. II. sqq. c. nn.

105) ib. LI, 1. 2. cf. egregium Luciani locum de conscr. hist. p. 206. sq.

106) Ep. ad Pomp. l. l.

107) Jud. de Thuc. XXIV, 3.

nem confectetur, non probanda est dictionis asperitas[108]), quamquam sublimitas ac vis et gravitas minime sunt fugiendae[109]). Poëticum enim quoddam inprimis historiae convenit[110]), idque tum ex his virtutibus, tum e suavitate (ἡδονῇ) et venustate (πειθοῖ), evidentia (ἐναργείᾳ) similibusque efflorescit[111]). Cum eadem evidentia arcte cohaeret morum et affectuum imitatio, quae inprimis in orationibus cernitur[112]).

Sic cum Dionysius simpliciter de oratione historica statueret, non mirandum est, parum ei probatam esse Thucydidis dicendi rationem: de qua haud dubie longe aliter judicasset, si, quod faciendum esse jam ab aliis criticis monitus erat[113]), antequam censorem ageret, interpretis munere functus esset, et quibus temporibus quo consilio quale argumentum Thucydides perscripsisset, satis cogitasset. Sed hic quoque hujus scriptoris luminibus offecit Theopompus, qui acerrimo ingenio praeditus[114]) „tum elatione atque altitudine orationis suae" [115]) tum „illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa curreret oratio, quoad insisteret in singulis perfectis absolutisque sententiis" [116]) rhetorem ita deliniverat ceperatque, ut occaecatus studio non videret, alios quoque in dispari genere pari laude dignos haberi posse. Quis enim in arte tragica Euripidem efferat, Aeschylum et Sophoclem deprimat? Atqui historicorum

108) l. l. §. 1.
109) Ep. ad Pomp. III, 18.
110) Jud. de Thuc. LI, 3. c. n.
111) Ep. ad Pomp. III, 17.
112) ib. §. 18.
113) Jud. de Thuc. L, 4. LI, 2.
114) Cic. Brut. 56. de orat. III, 9. cf. Göller. de Philisti vita et scriptis p. 138. sq.
115) Brut. 17.
116) orat. 62. probatque hanc rationem in historia Cicero.

quasi Aeschylum dixerim Thucydidem, Sophoclem Xenophontem, Euripidem Theopompum.

Est autem Thucydidi ejus, qua vixit aetatis color fucusque, ac bene Cicero: illis temporibus, inquit, quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, comprehensione rerum breves et ob eam ipsam causam interdum subobscuri [117]). Ad hoc dicendi genus excolendum facile patet insignem vim exseruisse tum animos victoriis de Persis reportatis elatos [117 b]), tum philosophiae studia, hac aetate cummaxime florentia. Quis ignorat quantum magno auctorum consensu ex Anagorae disciplina Pericles traxisse dicatur [118])? Idem de aliis Cicero testatur. Idemque de Thucydide statuendum esse ipsius libri abunde ostendunt idoneis existimatoribus. Hinc cum elatiorem sentiendi rationem, ad quam ipsius natura sponte propensa erat, magis etiam excoluisset, non fieri potuit, quin elocutionem huic accommodatam affectaret, talem tanto magis historiae convenire arbitratus, cum eam non patrum matrumque familias lectioni [119]), sed virorum sui similium usui scribendum esse censeret. Sed haec causa neutiquam sufficeret, qua sublimius illud, quo Thucydidem usum esse monuimus, dicendi genus, a Dionysii reprehensione tutum

---

117) Brut. 7. cf. Schol. ad Aristoph. Eq. 461. sq.

117 b) V. Aristot. Polit. II, 9, 4. sq. V, 3, 5. Thuc. I, 73. sq. Herod. VII, 139. IX, 27, 27. Plato Legg. III. p. 693. a. 699. d. 707. c. Aristoph. Eq. 780. 1330. Acharn. 697. Nub. 986. Isocr. Paneg. 22. 27. Areop. 8. 20. Lycurg. c. Leocr. 12. Lys. or. fun. p. 105. Demosth. de falsa leg. p. 441. de Cor. 59, 4. sqq. al.

118) V. Cic. orat. 5. 34. de orat. III, 19. 34. Demosth. ἐρωτ. λόγ. p. 1414. sq. Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 327. et H. Ritter Gesch. der Ion. Philos. p. 204.

119) v. Jud. de Thuc. XLIX, 3.

praeftaremus, nifi oftendere poffemus, ipfius argumenti, quod pertractavit, naturae non aliam orationem fuiffe aptam. Omnino enim, ut opinor, ex tribus, quae vulgo diftingui folent, dicendi generibus nullum fimpliciter hiftoriae proprium dici poteft, fed immutanda et temperanda eft oratio, prout res perfcribuntur vel triftes vel laetae, vel amplae vel exiguae. Jam vero cum Thucydides maximum atrociffimumque bellum, cujus vere tragica erat indoles, perfcriberet, nonne ampliorem quandam fcribendi rationem eum amplecti oportuit? quae cum ipfe rebus geftis interfuiffet et, quo erat ingenio, vehementiffime iis commotus effet, fponte ex ejus ingenio non promanare non potuit. Nec mirum eft, inprimis orationes, quas tragicae hujus hiftoriae quafi choros dixeris, fimilesque locos citatiore curfu ferri. In his enim fenfa mentis et confilia explicanda erant: contra in narrationibus auctor nudam rerum geftarum expofitionem exhibendam duxit. Tali quoque argumento praecipue decuit auftera et afpera compofitio, eamque et ipfam in Thucydide fublimitatis fontem effe jam veteres obfervaverunt: quorum Demetrius Phalereus (perfonatus): *ποιεῖ δὲ καί*, inquit, *δυςφωνία συνθέσεως ἐν πολλοῖς μέγεθος.* — — *καὶ ὁ Θουκυδίδης δὲ πανταχοῦ σχεδὸν φεύγει τὸ λεῖον καὶ ὁμαλὲς τῆς συνθέσεως καὶ ἀεὶ μᾶλλόν τι προςκρούοντι ἔοικεν, ὥσπερ οἱ τὰς τραχείας ὁδοὺς πορευόμενοι* [120]). Eamque aufteritatem partim vocalium, inprimis longarum [121]) (adde

---

120) de eloc. §. 48. Fifch.

121) ib. §. 72. cl. Cic. orat. II, 43. de orat. 44: In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas litteras tanto opere fugerit, etfi idem magifter ejus Ifocrates fecerat: at non Thucydides; ne ille quidem haud paullo major fcriptor Plato. Egregie Quintilianus Inftit. orat. IX, 4, 35: Non tamen id ut crimen ingens expavefcendum eft; ac nefcio negligentia in hoc an folicitudo fit pejor. Inhibeat enim neceffe eft hic metus curfum

et consonantium, praecipue asperiorum[122])) concursu, partim circumductionum numerique gravitate gigni contendit[123]). Hinc etiam Cicero Thucydidem incitatius ferri et de bellicis rebus canere etiam quo-

---

dicendi et a potioribus avertat. Quare ut negligentiae est [pars] hoc pati, ita humilitatis ubique perhorrescere, nimiosque non immerito in hac cura putant omnés Isocratem secutos praecipueque Theopompum. [cf. Demetr. §. 68. et Dionys. Ep. ad Pomp. VI, 10. jam a Spaldingio laudates. Adde de Compos. p. 336. sqq. Schaefer.] At Demosthenes et Cicero modice respexerunt ad hanc partem. [Demosthenem tamen Cic. orat. 45. f. rectius magna ex parte crebram istam vocum concursionem fugisse]. Nam et coëuntes litterae quae συναλοιφαί dicuntur, etiam leniorem faciunt orationem, quam si omnia verbo suo fine cludantur, et nonnunquam hiulca etiam decent *faciuntque ampliora quaedam*. Cf. Cic. orat. 23. Dionys. de Compos. p. 330. sqq. 276. sq. ibique interprr.

122) Dionys. l. l. pag. 328. sqq. cf. Quintilian. l. l. §. 37: Consonantes quoque, earumque praecipue quae sunt asperiores in commissura verborum rixantur.

123) Demetr. §. 40. 44. 45. Ac Dionysius in l. de Compos. postquam procemii Thucydidei verba: Θουκυδίδης Ἀθ. — οὐ χαλεπῶς ἐπανίσταντο. excussit, p. 334. sq. haec pronunciat: Ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, δώδεκά που περιόδων οὐσῶν, ἃς παρεθέμην, εἴ τις αὐτὰς συμμέτρως μερίζοι πρὸς τὸ πνεῦμα, κώλων δὲ τῶν ἐμπεριλαμβανομένων ἐν αὐτῶν οὐκ ἐλαττόνων ἢ τριάκοντα, τὰ μὲν εὐεπῶς συγκείμενα καὶ συνεξεσμένα ταῖς ἁρμονίαις οὐκ ἂν εὕροι τις ἓξ ἢ ἑπτὰ τὰ πάντα κῶλα, φωνηέντων δὲ συμβολὰς ἐν ταῖς δώδεκα περιόδοις ὀλίγου δεῖν τριάκοντα, ἡμιφώνων τε καὶ ἀφώνων ἀντιτύπων καὶ πικρῶν καὶ δυσεκφόρων παραβολάς, ἐξ ὧν αἵ τε ἀνακοπαὶ καὶ τὰ πολλὰ ἐγκαθίσματα τῇ λέξει γέγονε, τοσαύτας τὸ πλῆθος, ὥστε ὀλίγου δεῖν καθ' ἕκαστον αὐτῆς μόριον εἶναί τι τῶν τοιούτων. Πολλὴ δὲ ἡ τῶν κώλων ἀσυμμετρία πρὸς ἄλληλα καὶ ἡ τῶν σχηματισμῶν καινότης καὶ τὸ τῆς ἀκολουθίας ὑπεροπτικόν, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα χαρακτηριστικὰ τῆς ἀκομψεύτου τε καὶ αὐστηρᾶς ἐπελογισάμην ὄντα ἁρμονίας. cf. p. 294. sqq.

dammodo bellicum dicit [123 b]). Itaque quamquam verum esse possit, quod idem pronunciat: Thucydidem si posterius fuisset, multo maturiorem fuisse et mitiorem [123 c]): at ego posterius eum fuisse nolim. Patet autem hinc quoque quantopere suae quique aetatis imaginem referrant priorum temporum scriptores Graeci: quippe quorum ingeniis nondum multa lectione attritis, quae contingere viderent, inprimerentur altius, ut fere ex unoquoque eorum universi seculi vocem exaudire videaris.

Quapropter non fieri potest, quin magnopere fallantur, qui in ejusmodi scriptoribus ab arte quidque repetere conantur [124]). Optime igitur Cicero: „ordo verborum, ait, efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria. Itaque si quae veteres illi (Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem) apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. Formae vero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessario. Nam cum aut par pari refertur [πάρισον], aut contrarium contrario opponitur [ἀντίθετον], aut quae similiter cadunt verba, verbis comparantur [ὁμοιόπτωτον]: quidquid ita concluditur, plerumque fit, ut numerose cadat [125]). Unde etiam apparet, quomodo intelligendum sit, quod Thucydidem omnes dicendi artificio sua sententia, facile vicisse dicit [126]). Neque enim de arte et studio,

---

123 b) Orat. 12. 123 c) Brut. 83. cl. Orat. 9.
124) Jud. de Thuc. XXIV. et de Compos. p. 328.
125) Orat. 65. cl. 55. 71: in Thucydide orbem modo orationis desidero [quem in historia requirit c. 62. dissentiens a Quint. I. I. IX, 4, 18.] ornamenta comparent. Nam „primis ab his [Herodoto et Thucydide], ut ait Theophrastus, historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere." c. 12. cf. Dion. Jud. de Thuc. XXIII, 6. XXIV, 1. sqq.
126) de orat. II, 13.

ſed de ingenio loquitur, id quod etiam ex iis patet quae ſubjicit: hunc ſcriptorem ita crebrum eſſe rerum frequentia, ut verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur; ita porro verbis aptum et preſſum, ut neſcias, utrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur: quae omnia ingenii magis ſunt, quam ſtudii.

Non ignoro equidem illud Ciceronis judicium egregio critico, Quintiliano, improbatum eſſe: qui, „neque enim mihi," inquit, „quamlibet magnus auctor, Cicero perſuaſerit, Lyſiam [127]), Herodotum, Thucydidem parum ſtudioſos ejus [compoſitionis] fuiſſe. — — Hiſtoriae, quae currere debet ac ferri minus conveniſſent, clauſulae et debita actionibus reſpiratio et cludendi inchoandique ſententias ratio. In concionibus quidem etiam ſimiliter cadentia quaedam et contrapoſita deprehendas." [128]) Sed meminiſſe oportet non quidquid artificioſum ſit arte factum eſſe. Namque in eo praecipue cernitur ingenii vis, quod praeceptis ſatisfacit, etiamſi ea non didicerit ac praecipue compoſitionis ea ratio eſt, ut non tam regulae, quam animus hoc illove modo commotus et ſubactus decori ſenſus atque judicium eam moderentur regantque. Et hactenus profecto etiam illis antiquis ars et ſtudium tribui poteſt, nec aliter ſenſit Cicero: „Ante hunc (Gorgiam) enim, inquit verborum quaſi ſtructura et quaedam ad numerum compoſitio nulla erat; aut ſi quando erat, non apparebat, eam dedita opera eſſe quaeſitam; quae forſitan laus ſit; verumtamen natura

127) Haud ſcio, an Cicero hunc de hoc numero exemtum voluerit. Neque enim ſoli anni ſcriptorum aetatem definiunt, ſed indoles quoque, ex qua haud paulo antiquior Thucydides eſt Lyſia, qui propterea etiam recentiori aetate a Cicerone adſcriptus eſt. v. Brut. 7. ſq. cl. 85. et 12.

128) Quintil. IX, 4, 17. ſq. id. §. 129. hiſtoria non tam finitos numeros, quam orbem quendam contextumque

magis tum quam aut ratione aliqua aut obſervatione fiebat. Ipſa enim natura circumſcriptione quadam verborum comprehendit concluditque ſententiam: quae cum aptis conſtricta verbis eſt cadit etiam plerumque numeroſe. Nam et aures ipſae quid plenum, quid inane ſit judicant et ſpiritu quaſi neceſſitate aliqua verborum comprehenſio terminatur" [129]).

Sed cum non fieri poſſit, quin quibuscum verſemur quorumque exempla intuеamur, ab iis multa vel inviti trahamus, alia, quae plerisque probata laudataque videamus, conſulto imitemur, mirandum ſane foret, ſi Thucydides ita natura ſua duce uſus eſſet, ut nihil omnino deberet aequalibus. Ita quis dubitet, quin multum ei profuerit poeſis tragica, illa potiſſimum aetate exculta, tum ut altiores ſenſus, quales belli Peloponneſiaci ſcriptori conveniebant, aleret foveretque, tum ut ſubacto pulchri judicio et apte et ornate et decore loqueretur. In quo cum, ut ſupra eſt obſervatum, argumentum, quod tragicae indolis eſt, elegerit, nullo modo vituperandus erit, niſi oſtendi poteſt, eum vel nimium fuiſſe in ejusmodi ornamentis uſurpandis vel ea adſciviſſe, quae hiſtoriae natura reſpuat. Ad poſterius quod attinet valde lubrica eſt disputatio. Atque ut primo loco de ſingulis vocabulis dicatur, quae inprimis ab hiſtoria videantur arcenda eſſe, „verba a vetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habent, ſed etiam afferunt orationi majeſtatem aliquam, non ſine delectatione: nam et auctoritatem antiquitatis habent

---

deſiderat. Namque omnia ejus membra connexa ſunt, quoniam lubrica eſt ac fluit: ut homines, qui manibus invicem apprehenſis gradum firmant, continent et continentur. cf. Cic. orat. 20.

129) Brut. 8.

et, quia intermissa sunt, gratiam novitati similem parant" [130]).

Itaque etiamsi hic ibi Thucydides obsoletis vocabulis usus sit, nullo negotio potest excusari. Quamquam perexiguus videbitur horum numerus, si reputaveris, multa, quae recentior aetas insolentia duceret, Thucydidis aequalibus in usu fuisse. Nam „ut silvae foliis pronos mutantur in annos; prima cadunt: ita verborum vetus interit aetas [131])": qua quidem observatione jam veteres critici Thucydidem defenderant [132]), ipseque Dionysius ubi non cupide judicat similiter se sentire significat [133]). Idem quod de obsoletis etiam de poëticis vocabulis valet. Omnino enim soli poësi pauca tantum verba vindicari possint, nisi quae prisca sunt et ab usu remota; nec unquam prosae et poëticae dictionis ii fuerunt limites, ut facile

130) Quintil. I. l. I, 6, 39. cl. VIII, 3, 24. 27. 28. (ubi Cimber dicitur Thucydides Britannus Atticae febres: pro quo vepris emendat Eldik. in Schaeferi Thes. crit. pag. 216. sq.) Cic. de orat. III, 38. 52.

131) Horat. ep. ad Pis. 60. sq. cl. Quint. institt. oratt. VIII, 6, 31. sq.

132) Dionys. Jud. de Thuc. L, 4.

133) Jud. de Lys. p. 461: τῆς μὲν Θουκυδίδου λέξεως καὶ Δημοσθένους, οἳ δεινότατοι πράγματα ἐξειπεῖν ἐγένοντο, πολλὰ δυσείκαστά ἐστιν ἡμῖν καὶ δεόμενα ἐξηγητοῦ. et p. 454: (Λυσίας) καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών· οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ὡς ἔστι τεκμήρασθαι τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου καὶ ἄλλοις συχνοῖς. Quibus verbis tolli quae disputavit loco e Jud. de Thuc. laudato quivis intelligit. — De novis vocabulis Dionysius tacet, quamquam, invitante linguae ingenio plura Thucydidem formasse vix dubitari licet. Nam „fingere (verba) Graecis magis concessum est, qui sonis etiam quibusdam et affectibus non dubitaverunt nomina aptare, non alia libertate, quam qua illi primi homines rebus appellationes dederunt." Quint. l. l. VIII, 3, 30. cf. Poppo l. l. p. 242. sqq.

discerni possent: unde factum est, ut vel apud eos scriptores, qui tenue dicendi genus sectati sunt, veluti Xenophon, haud raro poëtica vocabula reperiantur [134]. Ac talia quis condemnare audeat, si non difficilia sunt intellectu. Qui autem condemnavit, Dionysius, eo, quod quae in Thucydide ex hoc genere reprobaverat, eorum ipse pleraque in Antiquitatibus suis passim usurpavit, postmodum aliter se sensisse ostendit. Nec iis alii abstinuerunt historici. Itaque in his quidem scriptorem nec nimium fuisse nec historiae, quae ab ejus natura abhorrerent, obtrusisse putares, etiamsi D. pluribus firmioribusque, quam quae proposuit, exemplis judicium suum adstruxisset.

Jam quaeritur an Thucydidem nec in transferendis verbis figurandaque oratione fines egressum esse probari queat. Audiamus primo Dionysium: qui ubi Lysiam poëticis ornamentis abstinuisse docuit, haec subjicit: τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι τοῖς ὅλοις ἐξήλλαττον (τὸν) ἰδιώτην καὶ κατέφευγον εἰς τὴν ποιητικὴν φράσιν, μεταφοραῖς τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις, ὀνομάτων τε γλωττηματικῶν καὶ ξένων χρήσει καὶ τῶν οὐκ εἰωθότων σχηματισμῶν τῇ διαλλαγῇ καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην. Δηλοῖ δε τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν καὶ οὐ πόῤῥω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστῶν οἱ περὶ Λικύμνιόν τε καὶ Πῶλον. Ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ [135], ὡς δὲ τἀληθὲς ἔχει ὁ καὶ παλαιότερον ἀεὶ θαυμαζόμε-

134) v. Poppo praef. ad Cyrop. pag. XXXIX. Etiam in Anabasi unum alterumque reperitur, veluti δουπεῖν I, 8, 18. δοῦπος II, 2, 19. invito Luciano de conscr. hist. p. 184. Idem ib. ἐλελίζειν damnat, quod VIII, 2, 18. sed alia potestate legitur.

135) Cf. Göller. de situ et orig. Syrac. p. 267.

νος Θουκυδίδης τοὔνομα δαιμονιώτατος τῶν συγγραφέων ἔν τε τῷ ἐπιταφίῳ καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος ἐν πολλοῖς ἐξήλλαξε τὴν ἑρμηνείαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον [136]). Qui locus jam, ut ita dicam, parturire videtur Judicium de Thucydide; de quo scriptore cum in libro de Compositione honorificentissime locutus esset, haec verba vituperatione gravida esse facile agnoscas. Non tam facile perspicias quomodo inter se cohaereant. Nam cum Gorgiam argutum et poëticum dicendi genus in Atticam propagasse negare videatur, sic pergit, ac si Thucydidem ejus auctorem dicturus sit, nec tamen aliud quidquam eloquitur nisi hoc, ista illum dictione usum esse: quod etiamsi verum sit, quomodo inde effici potest, a Gorgia eam, quam diximus, elocutionem non esse commotam, ut Thucydides eam sit imitatus? Idque ita factum esse alibi censor ipse significat [137]).

Quod idem eo, quem proposuimus, loco declarat, Thucydidem praecipue in concionibus insolentius dicendi genus sectatum esse, hoc etiam in judicio de Thucydide pronunciat. Οὐκ ἐκβάλλομεν, ait, ἐκ τῶν δικαστηρίων καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἅπασαν τὴν Θουκυδίδου λέξιν ὡς ἄχρηστον, ἀλλ' ὁμολογοῦμεν τὸ διηγηματικὸν μέρος αὐτῆς πλὴν ὀλίγων πάνυ θαυμαστῶς ἔχειν καὶ εἰς πάσας εἶναι τὰς χρείας εὔθετον, τὸ δὲ δημηγορικὸν οὐχ ἅπαν εἰς μίμησιν ἐπιτήδειον εἶναι, ἀλλ' ὅσον ἐστὶν αὐτοῦ μέρος γνωσθῆναι μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις εὔπορον, κατασκευασθῆναι δ' οὐχ ἅπασι δυνατόν [138]). Quam quidem sententiam etiam Hermogenes et Cicero confirmant, quorum alter: Ὡς ἱστορικός, inquit, ὁ Θουκυδίδης κέχρηται καὶ μιμήσει κατά τε τὰς δημηγορίας καὶ ἔν τισι διαλόγοις. Ὁ αὐτός δέ ἐστι κἂν τούτοις, μᾶλλον δὲ

---

136) Jud. de Lys. p. 456. sqq. Ante ἰδιώτην e Reg. 1. et 2. pro τὸν inserui τὸν et pro μεταβολαῖς Sylburgio suadente scripsi μεταφοραῖς.

137) Jud. de Thuc. XXIV, 4. Ep. II. ad Amm. XVII, 1.

138) Jud. de Thuc. LV, 3.

μειζόνως ἐστὶ τοιοῦτος, οἷον αὐτὸν ἐχαρακτηρίζομεν, ἐπεὶ ἔν γε τῇ ἱστορίᾳ ἧττόν ἐστι σκληρὸς καὶ τραχύς· ἔχει γὰρ πολλὰ ἐνταῦθα καθαρά τε καὶ εὐκρινῆ καὶ τόν γε διδάσκαλον αὐτοῦ τὸν Ἀντιφῶντα πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, τούτοις δέ, οἶμαι, καὶ μᾶλλον, παρελήλυθεν [139]). Cicero autem, illas conciones ita multas habere obſcuras abditasque ſententias ait, vix ut intelligantur [140]). Haec tantae auctoritatis judicia quam vera ſint cum uſu quisque cognoſcere queat, operae pretium me facturum arbitror, ſi unde iſta concionum Thucydidearum obſcuritas repetenda ſit explicare conatus fuero. Quae quidem obſcuritas cum e diverſo; quod auctor in iis ſectatus eſt, dicendi genere orta eſſe videatur, iuquirendum eſt, quae eum cauſae commoverint, ut in orationibus alia quam in narrationibus dictione uteretur. Sunt autem in univerſum ſtili moderatrices argumenti natura, ſcribentium indoles, lectorum, quibus ſcribunt, ingenium et eruditio [141]). Quod primum dixi quantam vim ad concionum diverſitatem habuerit neceſſe ſit ſponte intelligitur. Namque cum orationes quaſi chori ſint hiſtoriarum et cogitata contineant non eadem illarum atque factorum potuit eſſe elocutio. Et hinc quoque derivandum eſt ex parte earum obſcuritas. Nam cum per ſe res philoſophicae difficiliores ſint intellectu, tum pedeſtris Graecorum oratio quo Thucydides vixit tempore nondum ſatis ad eas exprimendas exculta tanto facilius, ut hic ibi minus expediti loci exiſterent, efficere potuit, quo altiores auctor ſententias exhibet, quoque magis πειρᾶται δι' ἐλαχίστων ὀνομάτων πλεῖστα σημαίνειν πράγματα καὶ πολλὰ συντιθέναι νοήματα εἰς ἕν [143]).

139) περὶ ἰδεῶν β'. p. 114. ed. Argentor. 1555.
140) Orat. 9.
141) Cic. orat. 8: Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit auditorum prudentia.
142) Cf. Ritter Geſch. der Jon. Philoſ. p. 82.
143) Dionyſ. Jud. de Thuc. XXIV, 5.

Sed quod alterum dixi, scriptoris indolem et ingenium, id etsi per se multum valet, nihil tamen ad nostram rem facere videatur, cum idem orationum sit auctor atque narrationum. At enimvero hic in concionibus non e sua persona dicit, sed eorum, quos loquentes inducit, mores et indolem exprimit, ac tanta felicitate quemvis affectum omniumque ingenia effingit, ut lenem argumentantium tenorem, et acrem commotione aliqua incitatorum vehementiam, cunctabundos Lacedaemoniorum animos et promtam Atheniensium audaciam, stolidam Athenagorae securitatem et cautam Hermocratis prudentiam studiosumque patriae amorem, ignavam Cleonis ferociam et placidam Niciae moderationem, juvenilem Alcibiadis ardorem et fulgentem tonantemque Periclis sapientiam pari arte imitetur. Sed hi, quos nominavimus, viri cum de rebus gravibus graviter perorarint, sponte patet, quam facile elatior, quae eligenda erat auctori, ideoque a vulgi captu remotior oratio interdum subobscura fieri potuerit.

Denique quod postremo loco posui, lectorum judicium ad Thucydidem, qui ubique vulgi se contemtorem ostendit, certe non hanc vim videtur habere potuisse, ut pravis aequalium judiciis obtemperaret. Neque enim aequales, sed omnium aetatum prudentissimi quique sapientissimique ejus animo obversati sunt: his ut placeret, his ut prodesset operam impendit. Nec tamen fieri potuit, ut omnino aetatis suae indolem exueret: quod si potuisset, non debuisset, cum etiam elocutionem quae tempora perscribit referre oporteat. Id autem inprimis de orationibus valebit: quibus scriptor non modo loquentium affectus et mores, sed etiam dicendi genus aliquatenus exprimere debet. Quod si Dionysius cogitasset, auctorem non reprehendisset, quod ea, quae illis temporibus culta est dictione usus esset, sed cum Cicerone quae

dicendi ratio tum viguiſſet ex Thucydidis orationibus cognoſſet.

Quae adhuc in univerſum disputavi, ea lubenter rhetorica face adhibita diligentius exponerem probaremque. At coërcet redemtor. Sed tum hujus libri anno 1820. excudi coepti poſterior pars tam diu natalem Tudorem ſudaverit, ut per ea ego tempora Subrector Serveſtanus, Serveſtanus Conrector, Conrector Bernburgenſis fuerim, et interim alii libri iisdem in rebus verſantes prodierint, ipſeque die diem docente non pauca addidicerim: non poſſum, quin hoc loco aliquam addendorum meſſem una cum emendatis typothetae erroribus ſubjiciam.

p. 3. l. 10. cf. commentatt. pag. 296. et Poppo prolegg. ad Thuc. p. 210. ſq.
— l. 24. pro probalile l. probabile.
p. 4. l. 45. dele verba: praeeunte, opinor Hudſono, et poſt Sylburgiana adde: et Hudſoniana. Caeterum cf. ind. ſ. v. νύν.
p. 5. l. 32. Cf. Dionyſ. Archaeol. XI, 22. p. 2210. cl. Herod. IV, 19. VIII, 20.
— l. 38. pro 28, 3. l. 28, 2.
— l. 45. Adde Matth. Gr. Gr. §. 487. 4.
p. 6. l. Faehſius in Sylloge p. 416. pro λόγους conjecit ψόγους et ἄνους ὢν pro νόμους. Male. Quod mihi olim in mentem venerat, νόμους mutandum eſſe in ἐναντίους, id Seidlero auctore repudiavi. Sed idem ſe conjeciſſe litteris me certiorem fecit Martin, nuperus Sophoclis editor.
p. 7. l. 10. Ad μανίας γὰρ τοῦτό γε ſubaudi ἂν εἴη cf. Jud. de Demoſth. p. 1062. 10. de Compoſ. p. 258. Sch.
— l. 23. corrig. eſt Jud. de Dem. p. 1127. 5.
— l. 28. adde Heindorf. ad Horat. Sat. I, 4, 79.
p. 8. l. 14. pro ἐπλήξις l. ἔκπληξις. Ibidem l. 23. De re adde Dion. de Compoſ. pag. 274. Sch. Jud. de Iſ. p. 589. 5. Ariſtot. poët. XVII, 1. ibique Herm. Plut. Nic. 1. de glor. Athen. 3. de vita et poeſi Hom. 74. cl. Cic. de or. III, 53. or. 40. Quint. IX, 2, 40. Goerenz. ad Cic. Ac. p. 87. Leſſing. Laoc. c. 14. T. IX. p. 217.
— l. ult. adde Archaeol. VIII, 51. p. 1625. 10. Virg. Aen. II, 197.

p. 9. l. paenult. pro 70 l. 71. Caeterum Tayl. V. Lyſ. pag. 154. conjecit: ἀλλὰ καὶ εἰς v. πρὸς κράτιστον. De re cf. Wyttenb. ad Plut. Mor. I. p. 301.
p. 10. l. 31. poſt ſqq. adde: quamquam non urgenda eſt vocabuli notatio, quippe quod ſaepe ſimpliciter ſignificet *vituperare*. Cf. de Compoſ. p. 402. Athen. V, 62. Fiſcher. ad Plat. Apol. p. 121.
p. 12. l. 5. pro ἄτοτον l. ἄτοπον.
— l. 29. pro p. 30. ſq. l. p. 82. ſq. 109. ſq. Adde: Plut. de v. et poeſi Homeri 92. ſqq. et Nitſch. ad Plat. Ion. pag. 25. ſq.
— l. 13. pro ἐγὼ φ. l. ἐπεφ.
— l. ult. pro Ἀριστοτέλην l. Ἀριστοτέλης.
p. 14. l. 18. adde Thierſch. ſpec. ed. Symp. Plat. p. 10. ſq.
— l. 30. dele num. IV, 8.
— l. 31. pro Tzetzi l. Tzetzae.
— l. 33. ſq. l. πολυτέλειά.
p. 15. l. 28. adde ind. ſ. v. αὐτός.
— l. 38. adde T. V. p. 591.
p. 16. l. 7. pro αὖρα l. αὔρα. Cf. Buttm. Gr. Gr. I. pag. 142. „Porſon. ad Hec. 448. Schaefer. ad Soph. Trach. 956." Martin.
— l. 30. pro τεχνήσειος l. τεχνήσεως.
p. 17. l. 39. Εἱλωτῶν l. Εἱλώτων. De re adde Pauſan. VII, 25, 1.
p. 18. l. 34. poſt λόγος adde Jud. de Dem. p. 1063. 1.
p. 19. l. 3. Οὐ γὰρ ἂν οὕτω σκαιός, μηδ' ἀναίσθητος ἐγὼ γενοίμην] „Monere omiſiſti in Jud. de Dem. pro οὐ legi μή. Deinde haec digna ſane erant quae illuſtrares. Nam plene dicendum erat: οὐ (mitto enim illud μή, quod locum habere non poteſt, propter ſequens μήδ' illatum) γὰρ ἂν οὕτω σκαιὸς εἴην ſ. γενοίμην, μήδ' ἀναίσθητος γενοίμην. Poſteriora εὐκτικῶς ſunt capienda. Vide, an ad explicanda haec faciat Soph. Antig. 500. Br. ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων ἀρεστὸν οὐδέν, μηδ' ἀρεσθείη ποτε. Cf. Schaefer. Melet. cr. p. 91." Martin.
p. 23. l. 6. pro ἔκπιπτον l. ἐκπίπτον.
p. 24. l. 18. pro ἀηθές l. ἄηθες.
p. 25. l. 24. dele num. V, 9.
p. 29. l. 7. τουν. l. τοῦν.
p. 30. l. 2. pro μεχρὶ l. μέχρι.
p. 31. l. 31. ſq. poſt Lucianum adde: 41. p. 204. (cl. Wyttenb. ad Plut. Mor. II. p. 385.)

p. 31. l. 44. „Adde Lucian. de Dea Syr. 18. de Gymnaſ. 11. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 189. Werfer. in act. Philol. Mon. I, 2. p. 262." Jacob.

p. 32. l. 28. pro ἐστὶν l. ἔστιν. De re cf. Poppo prolegg. p. 94. 102. ſq. Drakenborch. ad Liv. XXIV, 46. Schaefer. ad Plin. ep. I, 10.

p. 33. l. 5. Μεγαρέων ψ.] V. Thuc. I, 139. ibique Duker. V, 53. Ariſtoph. Acharn. 532. ſqq. Pac. 609. Demoſth. de claſſ. p. 175. ep. Phil. p. 159. Plut. Per. 30. Pauſ. III, 4, 2. 5. Harpocr. et Suid. ſ. v. Ἀνθεμόκριτος et ὀργάς.

p. 34. l. 17. adde: cf. II, 12, 1. 2. Commentatt. p. 247. ſqq.

p. 38. l. 5. μνησικακοῦσα] Dionyſium hic et II, 41, 8. disputatis ipſum repugnare II, 8, 1. ſqq. monet Poppo prolegg. p. 37.

p. 40. l. 2. Forſitan poſt τῆς Ἀτθίδος etiam excidit: τῆς ἀρχαίας, cum recentioris princeps dicatur Lyſias T. V. pag. 484. Caeterum Dionyſium laudem hic Thucydidi tributam tollere iis, quae II, 24, 2. 3. ſq. III, 2, 3. 4. disputet, recte monet Poppo l. l. pag. 88. ſq. cf. p. 207. ſqq. De ſcriptoris brevitate v. eund. p. 280. ſqq.

— l. 32. pro T. v. l. T. V. Si nihil exciderit, παρὰ τοσοῦτον erit: *nihil huic rei tribuam.* Cf. Reiz. ad Vig. p. 862. Wyttenb. ad Plut. Mor. T. II. p. 485.

p. 41. l. 4. Herodoti ſuavitatem ex parte repetendam eſſe a dialecto monet Quint. IX, 4, 18. quod minus recte negare videtur Dionyſ. de Comp. p. 38.

p. 42. l. 3. Φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου] Similia de eo veterum teſtimonia exhibent Creuzer. de arte hiſt. p. 285. ſq. et Poppo l. l. p. 294. ſq. Hinc etiam noſter κάλλος Thucydidi tribuit, non item ἡδονήν de Comp. p. 114. cf. Jud. de Dem. p. 1100.

— l. 6. ad marg. adde: 779. et pro συνηθῆ l. συνήθη.

— l. 12. pro τάχεως l. ταχέως.

p. 48. l. 30. pro ἐκμέμαχθαι l. ἐκμεμάχθαι. Ad emendationem meam confirmandam cf. ed. Sylb. T. II. p. 73. 36.

p. 49. l. 15. dele colon poſt οἶμαι.

p. 50. l. 14. dele lineolam poſt Jud.

p. 51. l. 16. Quod loco relecto videram, comma poſt ἀκουστῆς delendum et poſt Ἐφόρῳ ponendum eſt, id poſthac jam Meurſium perſpexiſſe didici. V. Ruhnken. hiſt. cr. p. 164. R.

p. 52. l. 2. ἡ μὲν —. Cf. Diodor. XIV, 84. cl. Weſſel. ad XIII. 42.

p. 52. l. 28. Cf. de hac confusione Lobeck. ad Phryn. et Becker. animadvv. ad Philostr. p. 8. sq.

p. 56. l. 13. De hoc l. Weisk. de hyperb. I. p. 8. n. 8: „Non mirer si alius ἕως βάθους conjiciat. Immo ὅσον βάθος legendum." Quae conjectura haud scio, annon praestet ei, quam recepi.

p. 57. l. 6. συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γρ.] Cf. Cic. orat. 45. 55. et Spalding. ad Quint. IX, 4, 35.

— l. 31. pro 167.

p. 63. l. 6. pro ἄνδρων l. ἀνδρῶν.

p. 65. l. 16. pro συνηϑῆ l. συνήϑη.

p. 68. l. 15. Ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς] De his commentatione, quae in Mus. crit. Cantabrig. extat, non uti potui.

p. 69. l. 8. De Thuc. cf. Poppo l. l. p. 209.

— l. 26. Cf. Valckenar. ad Herod. IV, 84. Wessel. ad Diod. XV, 40.

p. 72. l. 6. καὶ — οὖ] Cf. Schaefer. ad Apollon. Rh. T. II. p. 218.

p. 74. l. 5. dele comma post ἰδίᾳ.

— l. 25. pro 5, 5. l. 5, 3. 9, 6. Creuzerum injuria in hujus reprehensionis consortium traxi.

p. 76. l. 3. Similia veterum de Thuc. testimonia exhibet Poppo l. l. p. 41. sq.

— l. 30. adde ad 20, 7. adnot. Lucian. de conscr. hist. p. 163. sq. Wachsmuth Entwurf e. Theorie d. Gesch. p. 128.

p. 78. l. 26. pro infra lege: Schaefer. ind. ad Gregor. Cor. s. v. adjectivum et Werfer. in Act. Philol. Mon. I, 2. p. 266.

p. 79. l. 1. pro οἷ l. οἱ.

p. 83. l. 18. post c. 1. adde et c. 22.

— l. 27. Cf. ad 25, 1. Jud. de Demosth. pag. 1006. 1. Arch. X, 58. pag. 2148. sq. Strabo VII, 7. pag. 117. Tauchn. Poppo l. l. p. 172. sq.

p. 85. l. 1. τὰς τριακοντούτεις σπονδάς] Ol. 83, 4. ictas. V. Commentatt. p. 310. Adde Paus. V, 23, 3.

— l. 10. ἔστιν hic et in annot. inclina.

— l. 38. adde Jl. VI, 152. et l. 40: De Taulantiis cf. Strabo VII, 5. p. 106. T. Arrhian. Alex. exped. I, 5, 1. sqq.

L.

p.

p.

p.

p.

p.

p.

p.

p.

p.

p.

p.

teftatur) ab Athenienfibus fubjectam fuiffe. Hand dubie nec Tolmides Ol. 81, 4. (Diod. XI, 88.) totam infulam fubegit, ut tradit Pauf. I, 27, 6.

p. 100. l. 26. poft putaverim adde: Falfus eft enim Poppo l. l. pag. 187. Nam Thuc. I, 18. non eadem, quae in caeteris locis, quibus medium legitur, ad fubjectum relatio locum habet.

p. 101. l. 35. Praefentis et aorifti infinitivorum discrimen egregie illuftrat Xenoph. Anab. II, 1, 12. Caeterum cf. etiam Wunderlich. praef. ad Dem. de Cor. p. XVI. et quos laudat Kunifch. ad Plut. Timol. 2. ac Poppo l. l. p. 158. 275.

— l. 38. pro 118. l. 116.

p. 102. l. 21. Emendationem occupatam video a Tayl. V. Lyf. p. 142. cf. Ruhnk. hift. crit. p. 127.

p. 104. l. 18. pro 118. l. 116.

p. 106. l. 36. poft funt adde: cf. Plut. Per. 33. Pauf. I, 29, 5.

p. 108. l. 20. poft credas adde: cf. tamen Poppo l. l. p. 215.

p. 109. l. 5. pro γὴν l. γῆν.

— l. 8. pro δὲ οὕτως l. δ' οὕτως.

p. 110. l. 4. dele comma poft ῥηθέντα.

— l. 16. pro 89. l. 98.

— l. 37. verbis: Jud. de Lyf. p. 494. 9. fubftitue: Heind. ad Plat. Phaed. p. 182. fq.

p. 113. l. 32. poft πρώτῳ infere: [c. 10. ubi v. Gottl.] — Ad rem quod attinet vix ut moneatur opus eft, haec omnia, quae ibi Dion. ex contextis evulfa carpit, optime a Thuc. ad veterum Graecorum conditionem illuftrandam adhibita effe. Cf. Schulin. l. l. p. 18.

p. 114. l. 18. adde: cf. Paufan. I, 44, 1. Gregor. Cor. ap. Reisk. VIII. p. 890. fq.

p. 116. l. 44. adde Poppo l. l. p. 271.

p. 117. l. 9. pro ἀμάζοντες l. ἀκμάζοντες. — Caeterum cf. Poppo l. l. p. 202.

— l. 23. poft 267. a. adde: et Poppo l. l. p. 104.

p. 118. l. 21. pro VIII, l. VII,. — Caeterum cf. Poppo l. l. p. 284. 287. Schaefer. ad Soph. Antig. 1284. Sic et explic. Lyc. c. Leocr. XVII, 5: ἀμφοτέρων περιγεγόνασι — ὡς ἑκατέρων προςῆκε fc. περιγίγνεσθαι.

p. 141. l. 32. pro ἠκούοννο l. ἠκούοντο.

p. 143. l. 12. post pag. 700. adde: Goellero in act. philol. Mon. II; 3. pag. 316. sq. Poppone l. l. p. 285. qui locum dissimillimum VI, 66. contendit. Non melius Bekkerus διὰ τὸ in δι' αὐτὸ mutandum esse pronuntiat, conferens IV, 55. V, 115. VII, 6. VIII, 88. nec tamen quem sensum haec verba isto loco habere possint ostendens. Caeterum nec in ea, quam ipse proposui, conjectura acquieverim, quamquam frustra meliorem circumspicio. Nec suppeditat quidquam Plutarch. Nic. 25. hunc locum exprimens. — Paulo ante ξύντασιν verum videtur Goellero l. l. p. 317.

p. 144. l. 16. pro 825. l. 820. Caeterum cf. Schaefer. ad Julian. p. XVIII. Reisig. Conjectt. p. 145. sq.

p. 145. l. 34. pro 74. lege 72.

p. 146. l. 15. pro ψύχη l. ψυχή.

— l. 18. post videatur adde: Fortasse tamen non sollicitandus est locus. Similiter certe locutus est Plato Phaed. p. 109. b.: περὶ τὰ τοιαῦτα λέγειν. Quem locum cum aliis laudavit Fischer. ad Phaed. p. 276.

p. 147. l. 15. pro τεχνὰς lege τέχνας. Sequentia fortasse sic emendanda sunt: ἐὰν δὲ χωρίσηται θάτερον (i. e. si quid alterutri judicio improbatur) θάτερον κ. τ. λ.

p. 154. l. 1. δικαίωσις hic, ut opinor, idem est quod alibi ἀξίωσις.

p. 154. l. 23. Sylburgium vere conjecisse ostendunt verba περιφράσεως ποιητικῆς ἐστιν οἰκειότερα. Itaque D. non singulum vocabulum, sed circumscriptionem poëticam judicavit: mire profecto, cum ipse τέχνας τῶν ἐπιχειρημάτων conjungat. Rectius igitur singulum περιτεχνήσεως verbum poëticum dixisset; quod si imitatorem Dionem Cass. excipis, fortasse frustra apud bonae notae prosaicum requiras. Aliter judicat Poppo l. l. p. 253.

p. 155. l. 18. Verba: Locum — 56. b. dele deletisque substitue: De hoc ὑποκορισμῷ cf. Plut. Sol. 15. Phot. pag. 460. Ruhnken. ad Tim. pag. 266. sq. Lex. Xenoph. IV. pag. 393. Wyttenbach. ad Plut. Moral. I. p. 362. qui plures nostro similes locos laudat.

p. 160. l. 34. δὴ merum Reiskianae ed. vitium est.

p. 162. l 4. pro γνωμήν l. γνώμην.
p. 164. l. 28. post 244. adde: Wyttenb. ad Plut. Moral. I. p. 327.
p. 166. l. 35. post addubito adde: Cf. Poppo prolegg. pag. 221. sq.
p. 167. l. 26. post Wessel. adde: Strab. IX, 2. p. 266. Tauchn. Pausan. IX, 2, 4.
p. 168. l. 42. post offerunt adde: quod Bekkerum non obsecutum Haackio recepisse gaudeo. Caeterum similiter μηδεὶς dissecatur Xenoph. Hellen. VI, 4, 28: μηδ' ὑφ' ἑνός.
p. 169. l. 3. pro ἀνεὺ l. ἄνευ.
— l. 37. pro 144. l. 114.
p. 171. l. 8. pro ξυνίστορες ἔστε, quod Haackium quoque et Bekkerum dedisse video, restitue ξυνίστορές ἐστε. Sed ut hic infinitivus, ita infra l. 13. verus est imperativus: ξυγγνώμονες δὲ ἔστε.
— l. 11. παρέσχον αὐτὴν εὐμενῆ ἐναγ.] Cf. Held. in act. phil. Mon. II, 1. p. 87. et ind. s. v. εὐμενής.
— l. 28. ἀνέχεσθαι Poppo quoque prolegg. pag. 142. praefert, quoniam ἀντέχεσθαι cum genit. rei potius quam personae jungatur.
— l. 38. post dixit adde: quem Dionys. IV, 83. p. 837. 1. imitatur.
p. 175. l. 27. pro κωλλ. l. καλλ.
p. 177. l. 18. post collustrant adde: Colloquium autem hic proposuit auctor, quod revera colloquium habitum erat. Popponi l. l. p. 50. sq. non auscultaverim.
p. 180. l. 3. pro ἀνεὺ l. ἄνευ.
— l. 9. Οὐδὲν — πράσσομεν] Imitatus est hunc l. Dionys. Arch. VIII, 34. p. 1582. 3.
p. 186. l. 14. pro ἡρμηνευμένον fortasse leg. εὑρημένον.
p. 193. l. 23. post ostenderet adde: (de qua παραγραφῇ v. Ernest. Lex. rhet. p. 213.).
p. 195. l. 13. post 425. 1) adde: De hac ἀκριβολογίᾳ quae Bauerus disputavit a Poppone probata l. l. p. 237. pleraque vituperanda videntur. Ac primum κατηγορίας vocabulo loquendi usum, inprimis forensem, inimicae accusationis significationem tribuisse egregie docet Isocratis l. a me laudatus. Ab hoc verbo αἰτία differt eo,

quod latioris potestatis est atque in bonam et malam partem accipitur. Itaque, cum minus manifestam habeat inimicae accusationis notionem Thuc. cum κατηγορίᾳ vocem opponere vellet, αἰτίαν optavit, cujus loco rectius νουθέτησις dixisset. V. Isocr. l. l. Ἀδικεῖν et βιάζεσθαι quomodo distinguenda sint vel ex ipso Thucydidis loco I, 77 (non 71.) perspici poterat. Alterum enim omnino est injuria aliquem afficere quocunque modo sive par ei sis viribus sive inferior, inprimis παρὰ τὸν νόμον πλεονεκτεῖν; βιάζεσθαι est vim inferre, violenta ratione tractare, quod profecto nonnisi superiori viribus licet. Ac βίαν ullibi pro ἀδικίᾳ legi non locis false laudatis aut perperam intellectis demonstrari potest. Ξυμφοραί in universum sunt fortunae vices (malae praesertim) et VII, 77. in universum clades acceptas spectant, cum κακοπάθειαι miserandam exercitus conditionem c. 75. descriptam significent, ut ipse Bauerus sensit. Ἀπόστασις simpliciter est defectio; ἐπανίστασθαι dicuntur ii, qui non solum in libertatem se vindicaturi vel omnino conditionem suam meliorem reddituri deficiunt, contenti si illi, a quibus defecerunt, eos non aggrediuntur, sed ultro iis bellum inferunt. V. locos p. 328. laudatos, quibus adde Thuc. I, 115.

p. 199. l. 5. ἐφ' ἡμᾶς ταῦτα παρόντα σοφίσματα] Imitatur hunc locum Plutarch. Timol. 12: ταῦτα πάλιν ἧκεν ἐπ' αὐτοὺς σοφίσματα καὶ δελεάσματα, μετ' ἐλπίδων χρηστῶν καὶ φιλανθρώπων ὑποσχέσεων εἰς μεταβολὴν δεσποτοῦ καινοῦ τιθασσευομένους, ὑπώπτευον. Sic enim haec verba distinguenda videntur: in quibus non erat, quod Bredowius verbo τιθασσεύειν consilium expressum exspectaret, cum participium commode interpretari possis: qui allicerentur.

p. 200. l. 6. post προςείληφε καὶ excidit τὸ τάχος. Item l. 26. ἔχω post ἐπαινεῖν.

p. 205. l. 28. post ἦν adde ἡ, quod in Huds. et Reisk. excidit. Caeterum ad Sylburgii conjecturam confirmandam cf. de arte rhet. X, 8. p. 302. Schott. De re cf. Jud. de Lys. p. 461. de Dem. p. 999.

p. 206. l. 14. pro αὐτῷ l. αὐτῇ.

p. 208. l. 27. post hominibus adde: Ac πρᾶγμα quoque similiter usurpatum video a Luciano rhett. praec. 23. Wolf.

p. 209. l. 9. post ἁπλῶς interpres latinus καί legit; quod praeplacet.

p. 211. l. 25. post Nachtheil adde: Nec video, quidni, χρόνου notione subaudita, huc referendum sit ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον Thuc. I, 2. quod aliter explicandum esse censet Poppo prolegg. p. 150. sq.

p. 221, l. 6. ad marg. adde numerum 2.
— l. 31. sq. pro sequenticus l. sequentibus.
— l. ult. post est adde: II,.

p. 223. l. 23. pro ἰδίωματα l. ἰδιώματα.
— l. ult. cf. Poppo l. l. p. 240.

p. 224. l. 26, Adde Poppo l. l. p. 253. et Lobeck. ad Phryn. p. 532.
— l. 32. Cf. Poppo l. l. pag. 240. qui etiam de caeteris, quae ibi recensentur, vocabulis egit p. l. 242. et 253.

p. 225. l. 4. Ὅταν — νόησιν] Εἰς ὄγκον συμβάλλεσθαι τὸ λόγῳ χρῆσθαι ἀντ' ὀνόματος docet Aristot. Rhet. III, 6, 1.
— l. 20. Aliter hunc l. capiendum videri monui in ind. s. v. αὐτός 4), ubi pro Heind. ad Plat. Gorg. leg. H. ad Plat. Phaed. Adde Matth. §. 439. Wolf. ad Sympos. XIII, 6. Cf. Quintil. VIII, 3, 61. Diversi sunt loci Thuc. I, 59. VI, 47. ubi ἐφ' ὅπερ non ad praegressa Μακεδονίαν et Σελινοῦντα redeunt, cum ex terrae civitatisque nomine non commode πράγματος notio elici queat, sed potius ad infinitivos verborum praecedentium, τρέπεσθαι et πλεῖν referendum est. Haud scio, an sic voluerit Poppo l. l. p. 105.

p. 226. l. 41. post 41. adde: Post ἔχομεν Dionysius omisit ἱκανά. Δικαίωμα praeter hunc locum (cl. I, 40. in.) Thuc. usurpavit V, 97. VI, 79. 80. Cf. etiam Wess. ad Herod. V, 92.

p. 227. l. 17. post qui adde: Poppone l. l. p. 166. monente τὴν τοῦ Πλημμυρίου λῆψιν c. 25. s. ἅλωσιν c. 32. cum τῇ τῆς Λευκάδος οὐ περιτειχίσει III, 95. confudit.
— l. 25. pro βίβλῳ l. βίβλῳ. Caeterum Popponi l. l. non I, 143. sed II, 51: τὰς ὀλοφύρσεις ἐξέκαμνον respectum videtur a Dionysio, qui illo loco spectato satis stulte locutus esset, quum ibi non solum nomen ὀλόφυρσιν, sed tota formula ὀλόφυρσιν ποιεῖσθαι prorsus ex more Grae-

corum pro ὀλοφύρεσθαι posita sit. Sed nonne pleraque, quae D. ut Thucydidis idiomata proponit, omnibus Graecis communia fuerunt? Ac si hic locum II, 51. respexisset, non ὀλόφυρσιν, sed ὀλοφύρσεις apud eum legeremus.

— l. 37. post ἡγοῦμαι adde: Item paulo ante πρόφασιν pro αἰτίαν et ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ pro λόγῳ δὲ ἀφ. Mox plenius et emendatius Thucydidis exemplaria praebent: γιγνομένους καὶ φόβον παρέχοντας ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολ. De Dionysii explicatione Poppo l. l. „Quomodo, inquit, substantivum ἀνάγκη hic non modo necessarium sit, sed admitti possit, non video, nisi forte Dionysius ἀναγκάσαι pro τοῦ ἀναγκάσαι scriptum judicavit, et omnem structuram sic expedivit, τὴν τῆς ἀνάγκης τοῦ πολέμου αἰτίαν, quod fieri per ordinem verborum non licet." Haec ne vera credam efficiunt Dionysii verba interpretandi causa subjecta. Mihi igitur locus censori videtur offensioni fuisse propterea, quod Athenienses proprie Lacedaemonios ad bellandum non coëgerunt, sed incrementis captis effecerunt, ut hi necessario sibi suscipiendum esse bellum intelligerent. Et haec profecto sententia accuratius, non tamen ornatius, exprimeretur verbis ἀνάγκην παρέσχον. Caeterum Poppo aut sic explicandum censet, ut τὴν ἀληθ. πρόφ. τοὺς Ἀθ. ἡγοῦμαι primaria verba esse dicantur, quae deinde reliquis accuratius definiantur (*verissimam caussam Athenienses judico, quod hi potentiores facti coëgerunt eos ad bellum gerendum*), aut τοὺς Ἀθ. μεγ. γιγνομένους statim conjungendum et deinde, ut vulgo loquantur, ὥστε subaudiendum esse. Sed vide, ne facilior et Graecitati convenientior sit ea ratio, quam ipse proposui p. 85.

p. 229. l. 11. pro διαφοράς, ὅταν l. διαφορᾶς ὅταν.

— l. 19. post συνήλλαξαν adde: (de quo v. cf. Wyttenb. ad Plutarchi Mor. I, p. 283.)

— l. 27. adde: Dionysius ipse hoc imitatur I, 89. pag. 232, 4: οἱ περὶ τὸν πόντον ᾠκημένοι. Cf. Markl. ad Lys. de inval. pag. 754. Caeterum apud Thuc. legit: τοὺς δὲ τὴν μεσόγειαν μᾶλλον καὶ μὴ ἐν πόρῳ κατῳκημένους. ubi Steph. hac structura offensus κατὰ τὴν μεσόγειαν Thucydidem scripsisse suspicatur. Sed etiam Herod. l. l. IV, 8. dixit κατοικημένον τὴν οἱ Ἕλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον. Aliter id. I, 27. VII, 9.

p. 229. l. 40. Nec erat quod aliam explicationem circumſpiceret Poppo l. l. pag. 91. ſq. Appoſite Quintilianus inſtitt. VIII, 6, 21: Maxime autem in orando patebit numerorum illa libertas. Nam et Livius ſaepe ſic dicit: Romanus proelio victor, quum Romanos viciſſe ſignificet; et contra Cicero ad Brutum: populo, inquit, impoſuimus et oratores viſi ſumus, cum de ſe tantum loqueretur. Quod genus non orationes modo ornat, ſed etiam quotidiani ſermonis uſus recipit. Cf. ibi interprr.

p. 230. l. ult. adde Poppo p. 99. ſq.

p. 231. l. 27. adde Poppo p. 100. 104. 149. ſq.

p. 232. l. 6. προτιμήσασαι] Cf. pag. 32. et add. ad h. l. et p. 234.

— l. 38. Cf. etiam p. 4. not. et Poppo p. 126.

p. 233. l. 19. adde: Sed inprimis verba: μὴ μετὰ νόμων τὸ πλέον ἢ τρόπων ἀνδρείας κινδυνεύειν, collatis, quae Pericles antea dixit, oſtendunt, hic ſermonem eſſe de re certa et conceſſa, non dubia et cogitata. Recte igitur Bekkerus ἐθέλομεν edidit, quod etiam Laur. obtulit. Fruſtra Poppo pag. 143. et Reiſig. ad Xenoph. Oec. XV, 13. conferri jubent Matth. Schaefer. ad Dionyſ. p. 214. Wolf. ad Dem. Lept. 283. et Herm. de praecc. quib. Attic. pag. XI. Hi enim de ejusmodi locis agunt, ubi, futuro in apodoſi ſequente, in protaſi optativus per cogitandi et loquendi leges de more uſurpatur. In vocabulo περιγίγνεται quomodo cum Poppone pag. 201. pleonaſtici quidquam reperiam non video. Cf. ind. ſ. v.

p. 236. l. 31. adde: De verbo ἐξηγεῖσθαι cum accuſativo conſtructo cf. Poppo p. 259. De figura tritiſſima, qua Πελοπόννησος pro οἱ Πελοποννήσιοι ponitur cf. Longin. XXIV, 1. Quintil. inſtitt. oratt. VIII, 6, 23. ibique interprr.

p. 237. l. 22. pro 269. l. 267. l. 27. dele num. III.

p. 248. l. ult. Adde Appollod. II, 8, 1. ibique Heyn. p. 202. Iſocr. Archid. 6. 16. Thucydidis locus eſt I, 9.

p. 240. l. 1. pro ἄκμη l. ἀκμῇ. Caeterum hunc locum imitatus eſt Arrhian. exped. VII, 16, 12: ἄμεινον αὐτῷ ἦν ἐν ἀκμῇ τῆς τε ἄλλης δόξης καὶ τοῦ πόθου τοῦ παρ' ἀνθρώπων ἀπηλλάχθαι. Paulo poſt §. 13. δοκῇ in δοκεῖ mutandum eſſe vidit b. Schneiderus. Poſſideo enim viri

doctiſſimi exemplar, cujus ille marginem non contemnendis copiis ditavit; quas ego, ſcriptore relecto, meis obſervationibus auctas, publici juris facturus ſum.

— l. 2. ad marg. adſcribe 2.

— l. 19. Cf. ind. ſ. v. ἡγεῖσθαι.

— l. 41. pro 449. l. 494. Similiter Alexandrum praedicat Arrhian. exped. VII, 28, 4: ξυνιδεῖν τὸ δέον ἔτι ἐν τῷ ἀφανεῖ ὢν δεινότατος καὶ ἐκ τῶν φαινομένων τὸ εἰκὸς ξυμβαλεῖν ἐπιτυχέστατος.

p. 241. l. 31. Cf. Quint. l. l. IX, 4, 1.

p. 242. l. 3. dele comma poſt αὐτῶν.

p. 245. l. 12. pro caeteris l. prioribus.

p. 247. l. 31. poſt 430. adde Poppo p. 97. ſq.

p. 249. l. 32. poſt 723. adde: Haec ſi recte disputata ſunt, fruſtra Pauſaniam erroris inſimulaverit Dodwell. Ann. Thuc. p. 647., Oenobii ψηφίσματι revocatum eſſe ſuſpicans Thucydidem Mileſiae filium. Caeterum aegre fero, quod quae hic et in ſeqq. disputavi magnam partem a Popponis rationibus abhorrent. Hanc litem diremtam cupio a cenſoribus aequis et prudentibus.

p. 252. l. 16. pro εἴς l. εἰς. l. 46. pro Looncl. l. Leoncl.

p. 256. l. 27. poſt n. c. adde et Manſo Sparta (cujus libri inſpiciendi nunc non copia eſt.) Caeterum cf. Athen. XIII. p. 589. et Boeckh. Oec. Civ. I. p. 209. ſq.

— l. 35. pro Spartanorum quidem abstinentiam lege: abstinentiam quidem Spartanorum.

p. 260. l. 23. dele num. 20. 75.

p. 264. l. 20. poſt 14, 4. claude parentheſin.

p. 266. l. 17. pro ductum l. ductam.

p. 267. l. 34. adde: Sic etiam Arrhian. exped. I, 9, 9: apud quem τὸ παράλογον ſubſtantive me legere non memini.

p. 269. l. 41. pro ib. c. 66. lege ib. c. 74. et l. 47. pro Ariſtoph. l. Ariſtot.

p. 271. l. 9. poſt ſq. n. adde: Poppo prolegg. p. 139. ſqq.

p. 275. l. 39. Poppo λόγον delet p. 133. cum Caſſ. Aug. (Pariſ. G. ac Bekker. A.) et interpretatur: ne hoc quidem Athenienſibus reliquis (reliquum?) conceſſiſſe —. Non ſequar, quamquam ad attractionem non confugiendam ac λόγον proprio ſenſu capiendum eſſe fateor. Ipſe enim Thucydides locum explicat, ubi ſimilia profert VIII,

24: τοὺς Ἀθηναίους ᾐσθάνοντο οὐδ᾽ αὐτοὺς ἀντιλέγοντας ἔτι μετὰ τὴν Σικελικὴν ξυμφοράν, ὡς οὐ πάνυ πονηρὰ σφῶν βεβαίως τὰ πράγματα εἴη. Cf. Isocr. Paneg. 40: μηδένα λόγον ὑπολείπειν τοῖς εἰθισμένοις τὴν τῶν Περσῶν ἀνδρίαν ἐπαινεῖν.

p. 275. l. 43. pro l. lege I. p. 254. et l. 45. post 12. adde V, p. 56.

p. 280. l. 17. post nomine insere ibi. De harmostis cf. Appian. B. C. IV, 7.

p. 282. l. paenultimam dele.

p. 287. l. 21. pro χώριον l. χωρίον et l. 41. pro Lycymnium l. Licymnium.

p. 290. l. 35. Cf. Arrhian. III, 2, 7. 6, 5. Ut in ejusmodi locis confusio duarum locutionum statuatur cum Poppone l. l. p. 198. non opus videtur.

p. 291. l. 34. adde Poppo p. 101.

— l. 39. adde: Paulo diversa affert Schneiderus ad Xenoph. Memor. I, 1, 6.

p. 292. l. 12. pro ἔξεβαλε l. ἐξέβαλε.

p. 293. l. 12. post artificio insere Ol. 88, 2.

p. 294. l. paenult. pro πρώτης l. πρώτην. Caeterum quo discrimine utrumque dicatur, id vel ex Grotef. Gr. lat. §. 133. n. 3. disci potest. Loci Thucydidei supplementum Bekkerus in Vat. invenit hoc: καὶ καταλείπονται τέσσαρες νῆες ἐν αὐτῇ· καὶ αὖθις αἱ λοιπαὶ Μιτυλήνην ἀφιστᾶσιν. Unde patet ὁμοιοτέλευτον laçunae dedisse originem. Attamen vereor, ne plura interciderint.

p. 295. l. 32. adde Poppo l. l. p. 176. sqq. Voigtlaender. obss. in Xenoph. part. II. p. 23. n. et quae ipse monui p. 302.

p. 297. l. 17. Hunc locum cum schol. ita intelligit, ut ad τούς τε Πελ. κ. τ. λ. ἐβούλετο repetat. Atque ad hanc explicationem affert locum geminum scilicet III, 69: ἐβούλοντο οἱ Λακ. — ἐς τὴν Κέρκυραν πλεῦσαι στασιάζουσαν, δώδεκα μὲν ναυσὶ μόναις παρόντων Ἀθηναίων περὶ Ναύπακτον· πρὶν δὲ πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ναυτικόν, ὅπως προφθάσωσι. Sed hic cum Haackio et Bekkero colon post Ναύπακτον commate permutandum est, ut post ναυτικόν repetatur ἐβούλοντο πλεῦσαι. Nec magis

transitus ex infinitivo in conjunctivum cum conjunctione statuendus est altero loco, quem v. d. contulit VII, 75: ἦσαν γὰρ ὕποπτοι αὐτοὺς οἱ Καμαριναῖοι μὴ προθύμως σφίσι μήτε ἐς τὴν πρώτην μάχην πέμψαι ἃ ἔπεμψαν ἔς τε τὸ λοιπὸν μὴ οὐκέτι βούλωνται ἀμύνειν. Hic enim ex ὕποπτοι ἦσαν ad ἔς τε τὸ λοιπὸν sumendum est ἐφοβοῦντο. Quae ratio latissime patet. Ita, ut nonnulla tantum afferam, eliciendum φοβήσῃ ad ὑπολίπησθε ex praegresso νομίσῃ Thuc. I, 140. ἔφασαν e πείθουσιν III, 75. ἵππους ex ἅρμα ad νεμομένας Herod. VIII, 115. γέφυραν ad τὴν ἐ γεφυροῦν VII, 34. Non absimiles sunt eorum plures locorum, quos p. 117. sq. laudavi. Cf. etiam Poppo p. 287. quem non dubito, quin quae de loco III, 51. statuit retrectaturus sit.

p. 298. l. 30. Ἑρμιονίδα] Hic non possum, quin C. Müllerum notem, ex Thuc. τριήρει Ἑρμιονίδι I, 128. peculiare navium genus fabricatum.

p. 300. l. 36. pro asse l. esse.

p. 303. l. 31. pro praemitur l. praemittitur, et l. 32. post ubi insere: inprimis majore numero posito. Cf. Thuc. VII, 22. nil expedivit Poppo p. 200. sq. De Xenophonteis locis hoc adde, in quibusdam articulum casus duntaxat notam esse. Hinc auctor cum Hell. IV, 7, 23. dicat οὐκ ἔλαττον τῶν εἴκοσιν VII, 1, 20. habes mutata constructione: πλέον ἢ εἴκοσιν. Ac nunquam in posteriore dicendi ratione articulum sic assumtum esse contendam. Quamquam hunc locum etiam iis accenseri possis, ubi numerus non accurate definiendus summa aliqua, circa quam ille vagetur, aliquatenus definiatur: quae proinde ut certa articulum adscisit, veluti Cyrop. I, 2, 15: λέγονται – Πέρσαι ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας εἶναι. Cf. II, 1, 6. III, 2, 3.

— l. 45. Thuc. locus est VIII, 79.

p. 309. l. 22. adde: Equites sospites praestitit Callistratus. V. Pausan. VII, 16, 3. De clade lectu digna disputat Arrhian. exped. I, 9, 3. sq.

p. 310. l. 16. Thuc. locus est II, 13.

p. 314. l. 24. Cf. Poppo prolegg. p. 314. Plura de his dicam in Arrhianeis.

p. 326. l. 15. post Thuc. I, insere 18. sq.

p. 326. l. 23. Obiter moneo in Zacynthi ſylvis aliquot errores erraſſe hiſtoricos, veluti Diodor. XI, 84. et nuper C. Müller. Aegin. pag. 112. qui cum non memor eſſet ἐξελῶντες participium futuri eſſe ex Herod. III, 59. nobis narrat, Achaeos Zacynthi incolas a Samiorum exſulibus ſummotos eſſe narrat.

p. 329. l. 30. pro dicat l. dicas, et l. 32. pro κοὔπω l. κοῦ πω.

p. 335. poſt l. 29. adde: 70) Cf. Manſo Sparta III, 1. pag. 36. ſq. n. et alia nunc disputantem Schneider. ad l. l.

p. 337. l. 10. pro deficiebant l. defecerunt.

p. 340. l. 17. pro Teiiorum l. Teiorum.

p. 343. l. 10. Hic ne quis ignorantiae me incuſet, moneo, vetuſtiorum ſcriptorum exemplo Aeolida me ab Hellesponti civitatibus discreviſſe. Alii aliter. Cf. Strabo XIII, 1. p. 82. 88. 111. Tauchn.

p. 347. l. 18. Singe ſcripſi, quoniam Thuc. incolas Singaeos dicit, cum Herod. Steph. Byz. a Dukero laudati Σίγγος oppidum dicant: quibus Strabo exc. l. VII. p. 132. aſſentitur, Σιγγιτικὸν κόλπον memorans.

— l. 43. pro 51. l. 31.

p. 349. l. 28. pro anus l. unus. De Pheris praeter Mor. ad Xenoph. l. l. cf. Clark. ad Hom. Od. XXI, 15.

p. 350. l. 30. pro Artoxerais l. Artoxerxis.

p. 352. l. 46. pro νόμον l. νομόν. De tota re pluribus dicam in excurſu ad Xenoph. Anab. I, 1, 2.

p. 353. l. 32. poſt σατραπείαν inſere: (Thuc. I, 129.), et l. 35. pro 119. l. 129.

p. 355. l. 36. adde: et Andoc. de pace p. 103. Cf. Raumer. Vorleſſ. T. II. p. 1.

p. 356. l. 40. Cf. Demoſth. in Dionyſiod. p. 1285.

p. 359. l. paenult. De hac quoque re in exc. ad Anab. l. l. copioſius agam.

p. 366. l. 29. adde Demoſth. c. Mid. p. 561. ſq.

p. 369. l. 30. dele verba Cf. — II. et l. 35. poſt 239. ſq. adde: Manſo Sparta II. p. 468. ſq. De Moſchii et Dahlmanni disputationibus alibi dicam.

p. 370. l. 32. pro frequentibus l. frequentius et l. 42. pro ſint l. ſiat.

p. 373. l. 27. De aliis Phrynichis cf. Perizon. ad Ael. V. H. III, 8.

p. 374. l. 32. Pudet me quod popularia mei manes ab hac criminatione non purgavi. Aliquoties enim vir eruditissimus locis dictis usus est. V. p. 18. 19. 21. 22 ed. 1765. Antiphontis res gestas exaggerat Pseudoplut. X oratt. vitae β.

p. 375. l. 16. Adde: Quod factum esse ab eo diserte testatur Plut. Comp. Sol. c. Popl. c. 2.

p. 380. l. 6. post hic insere Alcibiades.

p. 382. l. 5. pro Aristarchus l. Aristocrates.

p. 383. l. 29. pro potestato l. potestate.

p. 386. l. 31. pro 91. l. 92.

p. 389. l. 33. post pag. 688. sq. adde Andoc. de myst. p. 50.

— l. 40. adde: Caeterum cf. Lyc. c. Leocr. XXX, 13. Quae idem §. 9. narrat haud dubie eidem tempori sunt assignanda.

p. 443. a. l. 44. pro ακριβεία l. ἀκρίβεια et l. 48. ἀκριβείᾳ pro ἀκρίβεια.

p. 449. a. l. 18. pro εἶσε l. εἶπε, et l. 35. pro J. lege l.

p. 455. a. l. 50. pro bf. l. cf.

p. 463. b. post δικαιοῦν insere: δικαίωμα III, 5, 2. cf. add. ad h. l.

p. 473. a. l. 19. post 6. 8. insere: cf. Isocr. Plat. 24.

— b. l. 27. pro Archian. l. Arrhian. Idem vitium tolle p. 483. b. l. 14.

p. 492. b. post κεφαλὴ insere κεχαρισμένως I, 4, 3.

p. 530. a. l. 12. pro μνήσεως l. μιμήσεως.

Alia, quae vel minora sint, vel oculorum meorum aciem multa legendo hebetiorem factam effugerint, vitia, ipse, lector benevole, emendabis. De libri hujus consilio ac ratione pauca habeo, quae dicam. Dionysii historiographica quod codicum, quos frustra requisivi, ope destitutus edere ausus sum, diligentia in iis emendandis et illustrandis collocata excusabit. Commentationes subjectae syllogen obser-



ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ΠΡΟΣ

ΓΝΑΙΟΝ ΠΟΜΠΗΙΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ
ΠΡΟΣ
ΓΝΑΙΟΝ ΠΟΜΠΗΙΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Ἐπιστολήν τινα παρὰ σοῦ κομισθεῖσαν ἐδεξάμην εὐπαίδευτόν τε καὶ πάνυ μοι κεχαρισμένην· ἐν ᾗ γράφεις, ὅτι

Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως] Alibi interponitur *Ἀλεξάνδρου τοῦ*. Cf. Interprr. ad lib. de Compoſ. init. Stephan. ad Thuc. T. II. p. 745. ed. Beck. De duplici ſigmate vocis *Ἁλικαρνασσέως* v. Mathaei diſſert. de Dionyſio Halic. p. IV. Schaefer. Melet. crit. p. 1.

πρὸς Γναῖον Πομπήϊον ἐπιστολή] Debuerat titulus ſic concipi: Dionyſii reſponſio ad Epiſtolam, in qua Pompejus queſtus fuerat de acerbitate Dionyſii, naevos dictionis Platonicae notantis. Pompejus ille (ne quis erret) non eſt ille celeberrimus imperator Romanus, rerum geſtarum magnitudine et fortunae varietate clarus, ſed eſt aliquis Graeculus grammaticus, illius Magni libertus aut cliens. Reisk. Recte. Nam de Magno Pompejo non cogitandum eſſe, vel temporum ratio oſtendit, de qua v. Matthaei l. l. Ac grammaticum vel rhetorem quendam hujus nominis intelligendum eſſe, cum ex ejus ad Dionyſium litterarum fragmentis, quae apud hunc 2, 14. 15. leguntur., tum ex familiari conjunctione, quam inter utrumque interceſſiſſe epiſtolae hujus initium prodit, probalile fit. Hunc autem Cn. Pompejum Magni Pompeji fuiſſe libertum e nomine conjici poteſt. Et plures quidem imperatorem in familia ſua doctos grammaticos habuiſſe, Suetonius docet, duos eorum, Curtium Niciam et Lenaeum nominans in libro de illuſtr. gramm. c. XIV. XV. Idemque in libro de clar. rhett. cap. I. quosdam hiſtoricos tradidiſſe narrat, Cnaeum Pompejum (Magnum) ſub ipſum civile bellum, quo facilius Cajo Curioni, promtiſſimo juveni, cauſam Caeſaris defendenti, contradiceret, repetiſſe declamandi conſuetudinem.

Ὃ δὲ πέπονθα πρὸς ἅπαντας, ὅσοι τὰς αὐτῶν ἐπινοίας εἰς τὴν κοινὴν φέρουσιν ὠφέλειαν, ἐπανορθοῦντες ἡμῶν βίους τε καὶ λόγους, ἐρῶ σοι· καὶ πείσω γε, νὴ Δία, πιστεύειν καινὸν οὐδὲν εὑρεῖν οὐδὲ παράδοξον οὐδ' ὃ μὴ πᾶσιν ὁμοίως δοκεῖ.

3 Ἐγὼ οὖν νομίζω δεῖν, ὅταν μὲν ἔπαινον προέληται γράφειν τις πράγματος εἴτε σώματος ὁποιουγέτινος, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ καὶ οὐ τὰ ἀτυχήματα, εἴ τι πρόσεστι τῷ πράγματι ἢ τῷ σώματι, δεῖν προφέρειν· ὅταν δὲ βουληθῇ

---

habet νῦν (ſive potius νυν ſine accentu) modo cum ἴσθι jungatur, ut in Ariſtoph. Acharn. 490. ἴσθι νυν ἀναίσχυντος ὤν. Cf. Hogeveen. de particc. p. 543. ed. Schütz. qui quae laudat, iis ſexcenta ex Ariſtophane aliisque addi poſſunt. V. Dorvill. ad Charit. p. 629. ed. Lipſ. et, qui ibi excitatur, Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plut. 965.

εὑρεῖν] Dedi de meo ἐρεῖν. Reisk. Male. Non enim ſe purgare vult auctor, quod Platonem vituperaturus ſit, ſed quod eum vituperarit. Quare cum aoriſtus requiratur, εὑρεῖν reſtitui.

3. νομίζω δεῖν] Δεῖν delendum videtur. Sequitur enim verſu 11. loco convenientiore. Reisk. Fallitur. Plato Legg. VII. p. 801. a: γνόντας δεῖ τοὺς ποιητάς, ὡς εὐχαὶ παρὰ θεῶν αἰτήσεις εἰσί, δεῖ δὴ τὸν νοῦν αὐτοὺς σφόδρα προσέχειν, μή ποτε λάθωσι κακὸν ὡς ἀγαθὸν αἰτούμενοι. Polit. X. p. 601. a: οὕτω δή, οἶμαι, καὶ τὸν ποιητικὸν φήσομεν χρώματα ἄττα ἑκάστων τῶν τεχνῶν τοῖς ὀνόμασι καὶ ῥήμασιν ἐπιχρωματίζειν, αὐτὸν οὐκ ἐπαΐοντα, ἀλλ' ἢ μιμεῖσθαι, ὥςτε ἑτέροις τοιούτοις ἐκ τῶν λόγων θεωροῦσι δοκεῖν, ἐάν τε περὶ σκυτοτομίας τι λέγῃ ἐν μέτρῳ καὶ ῥυθμῷ καὶ ἁρμονίᾳ πάνυ εὖ δοκεῖν λέγεσθαι caet. ubi Aſt. prius δοκεῖν ſollicitat. Sic εἰ repetitum Xenoph. Oecon. II, 15. cf. Spohn ad Iſocr. Paneg. 17. οὖν Thuc. VIII, 57. τι Hom. Odyſſ. III, 99. ſq. Thuc. III, 52. coll. 54. 68. Alia alibi.

εἴτε σώματος] Ad πράγματος more ſatis frequente εἴτε omiſſum eſt. V. Heindorf. ad Plat. Sophiſt. §. 21. p. 302. Hermann. ad Viger. p. 834. Aſt. ad Plat. Legg. II. p. 39. Sic et Latini. V. Heindorf. ad Horat. Sat. II, 5, 10.

ἀτυχήματα] Alibi dicit ἁμαρτήματα II, 3, 1. ἁμαρτίας I, 3, 10. ἡμαρτημένα II, 28, 3. 52, 1. κακίας II, 3, 1. 28, 1. κακά I, 1, 3. ἐλαττώματα II, 35, 2. Omninoque rhetores verba ſucceſſum denotantia ad vitia et virtutes orationis ſignificandas transferunt.

εἴ τι] Malim εἴ τινα in plurali. Reisk. Non opus. Xenoph. de rep. Lacedd. I, 5. Οὕτω δὲ συνόντων, ποθεινοτέρως μὲν ἀνάγκη σφῶν αὐτῶν ἔχειν, ἐῤῥωμενέστερα δὲ γίγνεσθαι, εἴ τι βλάστοιεν, οὕτω μᾶλλον ἢ διάκοροι ἀλλήλων εἶεν.

προφέρειν] Recte quidem ἀτυχήματα προφέρειν dicitur, ex uſu Graecorum, ἀρετὰς προφέρειν autem non uſurpatur.

διαγνῶναι, τί τὸ κράτιστον ἐν ὁτῳδήποτε βίῳ καὶ τί τὸ βέλτιστον τῶν ὑπὸ ταὐτὸ γένος ἔργων, τὴν ἀκριβεστάτην ἐξέτασιν προφέρειν καὶ μηδὲν παραλείπειν τῶν προςόντων αὐ-
752 τοῖς εἴτε κακῶν εἴτ' ἀγαθῶν. Ἡ γὰρ ἀλήθεια οὕτως εὑ-
4 ρίσκεται μάλιστα, ἧς οὐδὲν χρῆμα τιμιώτερον. Τοῦτο δὲ προθέμενος ἐκεῖνο λέγω· εἰ μέν ἐστι μοι κατὰ Πλάτωνος λόγος τις καταδρομὴν περιέχων τοῦ ἀνδρός, ὥςπερ Ζωΐλῳ, τῷ ῥήτορι, ἀσεβεῖν ὁμολογῶ, καὶ εἴ γε βουληθεὶς ἐγκώμιον αὐτοῦ γράφειν λόγους τινὰς συγκαταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις νόμους. Οὐ γὰρ ὅτι διαβολὰς οἴομαι δεῖν γράφειν ἐν αὐ-
5 τοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀπολογίας. Εἰ δὲ χαρακτῆρας λόγου προελόμενος σκοπεῖν καὶ τοὺς πρωτεύοντας ἐν αὐτοῖς φιλοσόφους τε καὶ ῥήτορας ἐξετάζειν, τρεῖς μὲν ἐξ ἁπάντων ἐξελεξάμην τοὺς δοκοῦντας εἶναι λαμπροτάτους, Ἰσοκράτην τε καὶ Πλάτωνα καὶ Δημοσθένην, ἐκ δὲ τούτων αὐτῶν πάλιν προέκρινα

Verum latinismus hic est Dionysio nostro familiaris, ut προφέρειν usurpet pro εἰς φῶς ἄγειν, quomodo Latini proferre usurpant. Reisk.

4. Ζωΐλῳ] Zoilum in Platonem quoque invectum esse ut fuit in Homerum patet e p. 757, 12. Reisk. Idem memoratur in Jud. de Isaeo p. 627. sq.; Aelianus V. H. XI, 10. disertis verbis eum contra Platonem scripsisse narrat. Cf. ibi Perizon. et Villoison. Anecd. T. I. p. 203.

νόμους] Hoeschelius pro νόμους legendum putat παρανόμους: ut παράνομοι λόγοι hoc loco idem sint quod alibi παρανόμων γραφαί. Sed haud scio, an convenientius sit ἀνομοίους; vel ut *Ilovius* interpres legit ἀτόπους *absurdas*. Sylb. Videtur leg. λόγους τινὰς ἐγκαταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις ψόγου μεμνημένους, *innectam praedicationi meae locos, in quibus mentio fiat reprehensionum ab aliis in eum intortarum*; aut ἀπολογίας ἐχομένους, vel ἀπτομένους νομίμου, *locos defensioni finitimos legitimae*; aut pro λόγους leg. est ψόγους τινὰς ἐγκαταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις ἀνασκευάζειν βουλόμενος, *si praedicationi reprehensiones immisceam cum proposito eas refutandi*; aut sic leg. ψόγους τινὰς ἐγκ. τ. ἐπαίνοις ἀλλοτρίους, *reprehensiones ab aliis in Platonem conjectas*. Reisk. Ἐγκαταπλέκω non improbaverim, cf. de Compos. p. 146. Schaefer. De caeteris dicere non attinet. Quod Sylburg. conjecit, ἀνομοίους, idem Seidlero in mentem venerat. Sed ne sic quidem locum persanatum crediderim.

5. Δημοσθένη] Nota hic Δημοσθένη more perittosyllaborum: et mox p. 753. v. 3. Δημοσθένην, more isosyllaborum nominum. Sylb. Moeris p. 134. Δημοσθένην Ἀττικῶς, Δη-

Δημοσθένην, οὐδὲν ᾤμην οὔτε Πλάτωνα οὔτ' Ἰσοκράτην ἀδικεῖν.

753

Νὴ Δία, φησίν· ἀλλ' οὐκ ἔδει σε τὰ Πλάτωνος ἁμαρτήματα ἐξελέγχειν, βουλόμενον ἐπαινεῖν Δημοσθένην. Ἔπειτα πῶς ἄν μοι τὴν ἀκριβεστάτην βάσανον ὁ λόγος ἔλαβεν, εἰ μὴ τοὺς ἀρίστους λόγους τῶν Ἰσοκράτους τε καὶ Πλάτωνος τοῖς κρατίστοις Δημοσθένους ἀντιπαρέθηκα, καὶ καθ' ὃ μέρος ἥττους οἱ τούτων λόγοι εἰσὶ τῶν ἐκείνου μετὰ πάσης ἀληθείας ἐπέδειξα; οὐχ ἅπαντα τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἡμαρτῆσθαι λέγων· μανίας γὰρ τοῦτό γε· ἀλλ' οὐδ' ἅπαντα ἐπ' ἴσης κατωρθῶσθαι. Εἰ δὲ τοῦτ' οὐκ ἐποίουν, ἐπῄνουν δὲ Δημοσθένην, πάσας διεξιὼν αὐτοῦ τὰς ἀρετάς, ὡς μὲν ἀγαθὸς ὁ ῥήτωρ ἔπεισα πάντως ἂν τοὺς ἀναγνωσομένους· ὡς δὲ καὶ κράτιστος πάντων τῶν πρωτευσάντων περὶ λόγους οὐκ ἂν ἔπεισα, μὴ παρατιθεὶς αὐτῷ τοὺς ἀρίστους. Πολλὰ γὰρ τῶν καθ' αὑτὰ φαινομένων καλῶν τε καὶ θαυμαστῶν ἑτέροις ἀντιπαρατεθέντα κρείττοσιν, ἐλάττω τῆς δόξης ἐφάνη· οὕτω γέ τοι καὶ χρυσὸς ἑτέρῳ χρυσῷ παρατεθεὶς κρείττων τε καὶ χείρων εὑρίσκεται, καὶ πᾶν ἄλλο χειρούργημα καὶ ὅσων ἐνάργεια τὸ τέλος.

6 7 754

μοσθένη, τὸ ἀνάλογον, Ἑλληνικῶς. ubi cf. Pierſon. Sed Dionyſius, quod ſciam, nusquam hac forma utitnr. Itaque Δημοσθένην reſcripſi.

6. φησὶν] Malim φήσεις, dices. Sylb. Recte habet vulgata lectio φησὶν, ait, ſcil. adverſarius. Sic Latini quoque ait [et inquit] uſurpant, objectiones afferentes, quas protinus refutatum eunt. Reisk. V. interprr. ad Longin. de Sublim. II, 1.

ἔδει σε] Typothethae errore in Reiskiana editione ἔδεισε.

ἐπέδειξα] ἐπέδειξα in hac demonſtrandi ſeu oſtendendi ſignificatione legitur etiam ſupra p. 744. v. 12. et p. 746. v. 4. Alioqui uſitatius in ea ſignificatione ἀποδεῖξαι, ut illo ipſo in loco p. 744. v. pen. Ἐπιδεῖξαι enim oſtentandi ſignificationem habet frequentius, ut paulo poſt, p. 754 v. pen. et p. 760. v. 2. Sylb. Eadem qua noſtro loco poteſtate legitur etiam in Jud. de Iſocr. p. 548, 4. de Demoſth. p. 989 10. Cf. Lexic. Xenoph. T. II. p. 274. ſq.

7. ἀντιπαρατεθέντα] Παρατεθέντα in Ms. Reg. Hudſ.

ἐνάργεια] Forſan καὶ ὅσων ἐνέργεια τὸ τέλος. Hudſ. Hudſon ſibi magis placere ἐνέργεια, quam ἐνάργεια teſtatur. Ego vulgatam ſervo. Nam, ut in proverbio eſt, contraria

8 Εἰ δ' ἀχάριστον ὑπολήψεταί τις ἐν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις τὴν ἐκ τῆς συγκρίσεως ἐξέτασιν καὶ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον ἀξιώσει σκοπεῖν, οὐδὲν κωλύσει τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖν καὶ μήτε ποίησιν ἀντεξετάζειν ἑτέρᾳ ποιήσει, μήθ' ἱστορικὴν σύνταξιν ἑτέρᾳ συντάξει, μήτε πολιτείαν πολιτείᾳ, μὴ νόμον νόμῳ, μὴ στρατηγὸν στρατηγῷ, μὴ βασιλεῖ βασιλέα, μὴ βίῳ βίον, μὴ δόγματι δόγμα. Τοῦτο δ' 9 οὐκ ἄν τις συγχωρήσειε νοῦν ἔχων. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰς ἐκ

---

juxta se posita, magis elucescunt. Reisk. Haud dubie male Hudsonus ἐνέργεια legendum esse suspicatur. Pertinet huc Longini locus XV, 2. ὡς ἕτερόν τι, inquit, ἡ ῥητορικὴ φαντασία βούλεται καὶ ἕτερον ἡ παρὰ ποιηταῖς οὐκ ἂν λάθοι σε, οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἔκπληξις, τῆς δ' ἐν λόγοις ἐνάργεια. Sed ibi Weiskius voces ἔκπληξις et ἐνάργεια transposuit „Nam contra naturam, ait, et usum omnem poeseos et eloquentiae et contra mentem ipsius auctoris, insequenti hujus lectionis disputatione clare demonstratam fines φαντασίας in poesi dicitur esse vehementissima commotio animi, in eloquentia vero maxima rei ob oculos positae claritas et evidentia. Immo contra, haec poetae, illa oratori convenit." Haec cum pronunciaret, de poesi epica videtur cogitasse. Longinus vero, quod quae affert exempla ostendunt, inprimis tragicam respexit. Atqui hujus est ἡ ἔκπληξις sive ἡ ἔκστασις, (cf I, 4.) ut egregie probat locus Polybii II, 56, a Toupio collatus. Prosa autem oratio maximam quidem partem nonnisi evidentiam consectatur (cf. Quint. inst. orat. IV, 2, 65. Ast. ad Plat. de rep. II, 8. p. 410. sq.) ipseque Longinus XV, 8. eos carpit oratores, qui terrore auditores percellere annituntur. Cf. Interprr. ad Dionys. Jud. de Lys. p. 465. Hermog. Progymn. 10. ex emendatione Veesenmeieri, Ernesti Lex. Techn. Rhett. Gr. p. 106. 374. Lat. p. 119. 151. 378. 421. Creuzer de arte hist. Gr. p. 217. sq. Non tamen dissimulabo esse locum, qui Hudsoni conjecturae favere videatur. In libro enim de Compos. p. 412. Dionys. τέχνας memorat, ὧν ἐνέργειά τις ἡ ποίησις τὸ τέλος. At vero ibi τέχνας, ὧν ἐνέργεια τὸ τέλος non de oratione intelligendas esse, sequentia ostendunt, ubi iis musicae accensetur. Veramque esse nostro loco vulgarem lectionem non dubitabit, qui, quae viri docti, quos laudavimus, proposuerunt, inspexerit. In historiis hanc ἐνάργειαν Lucianus quoque requirit libri de histor. conscr. p. 211. Bip. eamque in Xenophonte laudat Plutarch. Artax. 8.

8. ἀντεξετάζειν] Sic et §. 17.: ἀγαθοὺς ἀγαθοῖς ἀντεξετάζων. Alibi ἀντιπαρεξετάζειν dicit. V, 11, 16, 4. 41, 8. Jud. de Demosth. p. 1059. 13.

ἑτέρᾳ συντάξει] Sc. ἱστορικῇ, quod fortasse excidit.

μήτε — μὴ] V. Schaefer. ad Soph. Oed. Col. 972. Matthiae. Gr. Gr. §. 602. Seidler. ad Eurip. Iphig. T. 343. Jacobs. in Act. Philol. Monac. T. I. Fasc. 2. p. 159.

τῶν μαρτυριῶν παρασχέσθαι σοι πίστεις, ἐξ ὧν μᾶλλόν σοι γενήσεται καταφανές, ὅτι κράτιστος ἐλέγχου τρόπος ὁ κατὰ σύγκρισιν γινόμενος, ἀφεὶς τοὺς ἄλλους αὐτῷ χρήσομαι μάρτυρι Πλάτωνι. Βουληθεὶς γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐπιδείξασθαι τὴν αὐ- 10 τοῦ δύναμιν, ἣν εἶχεν ἐν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις, οὐκ ἠρκέσθη ταῖς ἄλλαις γραφαῖς, ἀλλὰ καὶ κράτιστον τῶν τότε ῥητό- 755 ρων ἕτερον αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ συνετάξατο λόγον ἐρωτικὸν

---

10. *καὶ κράτιστον*] Senſum quidem loci hujus (inquit Steph.) mihi videor aſſequi, ſed verborum ſeries et contextus non video qui ſtare poſſit eo modo, quo eſt. Hoc enim puto ſibi velle hoc in loco Dionyſium, Platonem ſtudio reprehendi Lyſiam adverſus ipſum ſcripſiſſe dialogum, cujus tamen argumentum ſit amatorium; ſed captatam in eo exagitandi Lyſiae occaſionem. Lego igitur: *ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ κρατίστου τῶν τότε ῥητ.* Illud autem, quod ſequitur, *ἐρωτικὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν* declarat quod infra legitur p. 762. v. 11. Haec *Steph.* Sylb. Sine dubio deſunt h. l. nonnulla. Forte ſic ſuppleas lacunam, ut ſententia ſaltim cohaerens neque inconſentanea exeat: *ἀλλὰ καὶ τὸν κράτιστον τῶν τότε ῥητόρων, Λυσίαν, ὁρῶν ἐρωτικὸν λόγον συνταξάμενον, ἕτερον καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ συνετάξατο λόγον ἐρωτικόν, οὐδὲν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, videns Lyſiam, qui tum temporum oratorum princeps eſſet libellum amatorium compoſuiſſe, ipſe quoque alium libellum amatorium componebat, tametſi ad rem in Phaedro propoſitam nil facientem.* Reisk. Haec ut percenſeantur, non opus videtur. Stephani conjectura propterea non placet, quod Platonis oratio Phaedr. p. 237. ſqq. proprie non contra Lyſiam ſcripta dici poteſt, cum is ea non accuſetur. Neque Aſtio auſcultandum videtur, *ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κράτιστον* emendanti, de Plat. Phaedr. p. 38. Articulum certe addere debebat, cum Lyſias intelligatur (cf. Jud. de Lyſ. p. 459.), cujus orationem Plato propoſuit, ſive potius confinxit Phaedr. p. 230. ſqq. Steph. Eodem defectu laborat Heindorfii conjectura, *καὶ* in *κατὰ* mutantis ad Phaedr. p. 187. Suſpicetur aliquis Dionyſium dediſſe: *ἀλλὰ παρὰ τὸν κράτιστον.* Nam quemadmodum poſt *ἄλλος* (V. Matthiae. Gr. Gr. §. 588. *γ.* Heindorf. ad Platon. Phaed. p. 216. Stallbaum. ad Phileb. p. 51.) ſic etiam poſt *ἕτερος* praepoſitio *παρὰ* infertur, veluti Platon. Legg. VI. p. 754. e: *ἐάν τις ἕτερον φαίνηταί τι παρὰ τὰ γεγραμμένα κεκτημένος δημόσιον ἔστω τὸ τοιοῦτον ἅπαν.* Cf. Dionyſ. de Compoſ. p. 116. ibique Schaefer. Haud ſcio tamen, an ſcripſiſſe ſufficiat: *ἀλλὰ τοῦ κρατίστου*, ut Genitivus ab *ἕτερος* pendeat. V. Matthiae Gr. Gr. §. 344. Neque illud objiciendum eſt, quod proprie dici debuerit: *τοῦ κρατίστου τῶν τότε ῥητόρων λόγου ἕτερον.* Hoc enim dicendi compendium in comparationibus ſolenne eſt. V. Thuc. I, 70: *τὰ τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς πολυπειρίας ἐπὶ πλέον ὑμῶν κεκαίνωται.* Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 453. Hermann. ad Viger. p.

M

75^6
12

Ἱππίαν καὶ Πρωταγόραν καὶ Πρόδικον καὶ Γοργίαν καὶ Πῶλον καὶ Θεόδωρον καὶ Θρασύμαχον καὶ ἄλλους συχνούς, οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου πάντα περὶ αὐτῶν γράφων, ἀλλ', εἰ βούλει, καὶ ἀπὸ φιλοτιμίας. Ἦν γάρ, ἦν μὲν τῇ Πλάτωνος 13 φύσει, πολλὰς ἀρετὰς ἐχούσῃ, τὸ φιλότιμον· ἐδήλωσε δὲ τοῦτο μάλιστα διὰ τῆς πρὸς Ὅμηρον ζηλοτυπίας, ὃν ἐκ τῆς κατασκευαζομένης ὑπ' αὐτοῦ πολιτείας ἐκβάλλει, στεφανώ-

---

ἐφάνη βάθος τι ἔχειν πάνυ γενναῖον. Zeno in eodem Parmenide colloquitur. Cf. de eo Schol. ad Alcib. I. p. 119. a. Caeterum Athenaeus quoque hanc horum ſophiſtarum *διαβολὴν* Platoni exprobrat XI. p. 505. c. d.

ἀπὸ τοῦ βελτίστου] i. e. honeſto conſilio, mero veritatis ſtudio. V. §. 14: *ἀπὸ τοῦ βελτίστου δι' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν.* II, 2, 1: *ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου κρίνειν τὰ πράγματα καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι χρῆμα τῆς ἀληθείας τιμιώτερον.* Antiqq. III, 5: *ἐκτὸς εἶναι φιλίας τε καὶ ἔχθρας τῆς πρὸς τὸν στρατηγὸν καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου κρίνειν τὸν ἄνδρα.* Adde III, 22. p. 477. 2. p. 676. 11. Cf. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 125, p. 192 ſq. Aſt. ad Phaedr. p. 239.

13. *ἦν γάρ, ἦν μέν*] Pro poſteriori *ἦν* vel *μέν* rectius fortaſſe legemus *ἐν*, *in*. Sylb. Mihi videtur poſterius *ἦν* ſervandum, ut loco opportuno cum gravitate et efficacia iteratum, ut ſic procedat: *ἦν γάρ*, *erat enim*, *ἦν*, *erat utique*, *erat ſine controverſia*, *ἐν τῇ Πλ.* Reisk. Cf. Demoſth. Phil. I. p. 45. in.: *εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ.* Phil. III. p. 120. m.: *ἦν τι τότ', ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις, ὃ νῦν οὐκ ἔστιν.* De Corona p. 328. in.: *ἔστι γάρ, ἔστιν ἡσυχία δικαία καὶ συμφέρουσα τῇ πόλει.* C. Ariſtog. I. p. 792: *οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι.* Adde ib. p. 793. Olynth. I. p. 14. De reb. in Cherſ. p. 104. C. Mid. p. 529. Aſt. ad Plat. Legg. T. II. p. 5. ſq. Sed in his locis diplaſiaſmus proficiſcitur a vehementiore animi commotione: quae cum noſtro loco ὥσπερ ἐξ ἀέρος εὐδίου καὶ σταθεροῦ καταῤῥαγῆναι videatur (I, 2, 10.), Dionyſium ſcripſiſſe putarem: *ἡ γὰρ ἦν ἐν* (v. Hoogeveen. de particc. p. 354. Schütz.), niſi eum ſubinde minus apte Demoſthenem imitari meminiſſem. Itaque ſi locus ſanus eſt, particulae *μέν* poſt *ἦν* reſpondebit *δέ* poſt *ἐδήλωσε*.

διὰ τῆς πρὸς Ὅμηρον ζηλοτυπίας] Aemulationem etiam Longinus ſtatuit XIII, 4; eam vero cum Dionyſio aliisque non ab invidia repetendam eſſe, luculenter docet Morgenſtern. Comment. III. de Plat. Rep. p. 256. ſqq.

στεφανώσας καὶ μύρῳ χρίσας] V. Plat. Polit. III, 9. p. 398. a: *Ἄνδρα δή, ὡς ἔοικε, δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα, εἰ ἡμῖν ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν αὐτός τε καὶ τὰ ποιήματα, βουλόμενος ἐπιδείξασθαι, προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν ὡς ἱερὸν καὶ θαυμαστὸν καὶ ἡδύν, εἴποιμεν δ' ἄν, ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει παρ' ἡμῖν, οὔτε θέμις*

νοι καὶ ἀντιπαρεξετάζειν αὐτῷ τοὺς τῶν ἐπακμασάντων λόγους βουλόμενοι;

Ἔπειτ' οὔτε μόνος οὐδὲ πρῶτος ἐπιφανήσομαι περὶ 15 Πλάτωνος ἐπιχειρήσας τι λέγειν· οὐδ' ἄν τις ἔχοι κατ' αὐ- 757 τὸ τοῦτο μέμψασθαί με τὸ μέρος, ὅτι τὸν ἐπιφανέστατον τῶν φιλοσόφων καὶ πλείοσιν ἢ δώδεκα γενεαῖς ἐμαυτοῦ πρεσβύτερον ἐξετάζειν ἐπεβαλόμην, ὡς δὴ διὰ τοῦτο δόξης τινὸς τευξόμενος. Πολλοὶ γὰρ εὑρεθήσονται πρὸ ἐμοῦ τοῦτο πεποιη- 16 κότες, οἱ μὲν κατὰ τὸν ἐκείνου γενόμενοι χρόνον, οἱ δὲ λίαν ὕστερον ἐπακμάσαντες. Καὶ γὰρ τὰ δόγματα διέβαλον αὐτοῦ τινες καὶ τοὺς λόγους ἐμέμψαντο· πρῶτον μὲν ὁ γνησιώτατος αὐτοῦ μαθητής, Ἀριστοτέλης, ἔπειτα οἱ περὶ

---

15. οὐδὲ μόνος, οὐδὲ πρῶτος ἐγὼ φανήσομαι] Malim οὔτε μόνος, οὔτε πρῶτος ἐγὼ φανήσομαι. Reisk. Sufficiebat prius οὐδὲ in οὔτε mutasse. V. Werfer. in Act. Philoll. Monacc. T. I. F. 2. p. 260. Ast. ad Plat. Legg. I., 4. Reisig Conjectt. p. 213 sq. Poppo observv. in Thuc. p. 26. id. de usu part. ἄν. p. 36. Erravit in hoc genere Reisk. ad Dionys. Antiqq. R. p. 232. 6. et saepius. At dixerit aliquis, mutatione omnino non opus fuisse, cum οὐδὲ — οὐδὲ et οὐδὲ — οὔτε subinde sibi respondeant. Sed qui loci ex hoc genere laudari possunt, eorum vel alia ratio est, vel corrigendi sunt, veluti Hymn. in Cerer. 22. ἰάχησε δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ, Κεκλομένη πατέρα Κρονίδην ὕπατον καὶ ἄριστον. Οὐδέ τις ἀθανάτων, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων Ἤκουσεν φωνῆς. Ibi οὐδὲ dispescendum videtur in οὐ δέ, quomodo cum Ilgenius ediderit, miror non secutos esse Hermannum et Wolfium. Eadem correctione opus Odyss. VIII, 344. Ὣς ἔφατ'. ἐν δὲ γέλως ὦρτ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν. Οὐ δὲ (v. οὐδὲ) Ποσειδάωνα γέλως ἔχε caet. De loco Thucydideo III, 48. ubi μηδὲ — μήτε ante Haackium legebatur, corrigendo monuerunt Elmslej. ad Med. 4. 5. Hermann. in hujus cens. Classic. Journ. nr. XXXVIII. Jun. 1819. p. 275. Poppo obss. p. 136. Quod harum, quas diximus, particularum responsionem improbandam putamus, id ea ratione nititur, quod cum δὲ particula adversativa sit, οὐδὲ non usurpari posse videtur, nisi, cui opponatur, praecesserit.

τι λέγειν] Modeste dictum puta pro reprehendere. Eadem quae hic infra disputat II, 5, 5 sqq.

γενεάν] *aetatem*, triginta circiter annorum esse docent Alberti ad Hesych. s. v. T. I. p. 814. n. 18. Goeller de situ Syrac. p. 196. sq.

16. διέβαλον] *rejiciebant*. V. Schaefer. ad libr. de Compos. p. 120.

Ἀριστοτέλην] V. ad II, 5, 4.

ἔσχον ἐν τῇ συγκρίσει τῶν χαρακτήρων, ἱκανῶς ἀπολελόγημαι καὶ σοί γε, ἡμῖν φίλτατε.

II. Λοιπὸν δ' ἐστί μοι καὶ περὶ αὐτῶν, ὧν εἴρηκα, λόγων 758 περὶ τἀνδρὸς ἐν τῇ περὶ τῶν Ἀττικῶν πραγματείᾳ ῥητόρων, εἰπεῖν· θήσω δ' αὐταῖς λέξεσιν, ὡς ἐκεῖ γέγραφα· Ἡ δὲ 2 δὴ Πλατωνικὴ διάλεκτος βούλεται μὲν εἶναι καὶ αὐτὴ μίγμα ἑκατέρων τῶν χαρακτήρων, τοῦ τε ὑψηλοῦ καὶ ἰσχνοῦ, καθάπερ εἴρηταί μοι πρότερον· πέφυκε δ' οὐχ ὁμοίως πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας εὐτυχής. Ὅταν μὲν οὖν τὴν 3 ἰσχνὴν καὶ ἀφελῆ καὶ ἀποίητον ἐπιτηδεύῃ φράσιν, ἐκτόπως ἡδεῖα ἐστι καὶ φιλάνθρωπος· καθαρά τε γὰρ ἀποχρώντως γίνεται καὶ διαυγής, ὥςπερ τὰ διαφανέστατα τῶν ναμάτων·

ἀπολελόγισμαι] Malim ἀπολελόγημαι, non ab ἀπολογίζειν [ἀπολογίζεσθαι], sed ab ἀπολογεῖσθαι. Forte quoque leg. καὶ ἄλλοις καὶ σοί γε πρώτῳ, ὦ ἡμῖν φίλτατε. Reisk. Ἀπολελόγημαι repoſui. Ammon. p. 19. ἀπολογεῖσθαι καὶ ἀπολογίζεσθαι διαφέρει· ἀπολογεῖσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τῷ λόγῳ τὴν κατηγορίαν ἀνασκευάζειν· ἀπολογίζεσθαι δὲ τὸ ἀποδοῦναι τὸν λόγον τῶν δαπανημάτων. Altera correctio non neceſſaria videbatur.

II, 1. ἐν τῇ περὶ τῶν Ἀττικῶν πραγματείᾳ ῥητόρων] Ex hoc loco intelligimus, tertiam partem de Atticis ſcriptoribus, cujus ſupra meminit in Praefatione ad Ammaeum p. 451. pen. a Dionyſiio abſolutam quidem fuiſſe, ſed non ad nos perveniſſe integram. Sylb.

αὐταῖς λέξεσιν] *iisdem verbis*, cf. II, 11, 5. θήσω δὲ καὶ τὴν λέξιν αὐτοῦ dicit II, 13, 2. 39, 3. *Κατὰ λέξιν*, *ad verbum*, quavis fere pagina legitur. V. I, 2, 14. II, 7, 3. 12, 2. 13, 4. 25, 2. 40, 1.

2. μίγμα] Pro δεῖγμα [quemadmodum vulgo legitur] quidam codices habent μίγμα, teſte Steph. Sylb. Atque ita in cod. Reg. quo uſus eſt forſan Stephanus, cujusque variantes lectiones ad nos ſumma cum humanitate transmiſit vir egregius, *Jacobus Lequien*. Incertum plane, utram ſcripturam ſecutus eſt *Sigonius*, qui loci hujus interpretationem elegantiſſimam inſeruit in *Librum de Dialogo*. Hudſon. Non dubitavi recipere vocem ad ſenſum unice aptam, cum eadem in Jud. de Demoſth. p. 964. ubi noſter locus repetitur, nulla varietate legatur.

3. καθαρά τε γάρ] *Te* in Jud. de Demoſth. p. 965. 5. deerat atque ex noſtro loco a Sylburgio inſertum eſt.

ναμάτων] Idem Stephanus adnotat quosdam codd. hic σωμάτων habere pro ναμάτων et §. 4. ἱλαρόν pro χλοερόν et §. 5. κάλλιστον pro κάλλιον. Sed ibi rectius forſan compoſite legerimus καλλιεπεῖν, ſicut praecedit περιττολογίαν. Sylb. In codd. quibusdam, notante Stephano, ναμάτων pro σωμάτων. In cod.

οὔτε τὸ λιγυρὸν ἔοικεν ἐμφαίνειν λάλον οὔτε τὸ κομψὸν θεατρικόν. Ὅταν δ᾽ εἰς τὴν περιττολογίαν καὶ τὸ κάλλιον 5 εἰπεῖν — ὃ πολλάκις εἴωθε ποιεῖν — ἄμετρον ὁρμὴν λάβῃ, πολλῷ χείρων ἑαυτῆς γίγνεται. Καὶ γὰρ ἀηδεστέρα τῆς ἑτέρας καὶ κάκιον ἑλληνίζουσα καὶ παχυτέρα φαίνεται· Μελαίνει τε γὰρ τὸ σαφὲς καὶ ζόφῳ ποιεῖ παραπλήσιον, ἕλκει τε μακρὸν ἀποτείνουσα τὸν νοῦν, συστρέψαι δὲ δέον ἐν ὀλίγοις ὀνόμασι, ἐκχεῖται εἰς ἀπειροκάλους περιφράσεις, 760

---

reddita est VI, 83. poteratque adstrui comparando loco gemino V, 89. Sed in Dionysium eam non invexerim, cum vulgaris lectio eundem sensum fundat et in Jud. de Demosth. repetita legatur. Eadem vi καλλιλογεῖσθαι dicitur De Compos. p. 38. et καλλωπίζειν II, 30, 1. Jud. de Demosth. p. 1008. 6. 1034. 11. cf. Ernest. l. l. p. 169. καλλιγραφεῖσθαι Longin. XXXIII, 5. ubi v. Morus. De adjectivo καλλιεπής v. Schaefer. ad l. de Compos. p. 236. Καλλιλογία cum σεμνότης conjungitur ib. p. 214. de Vett. Script. Cens. p. 427. 10. cum μεγαλοπρέπεια ib. p. 425. 6. cum utroque de Compos. p. 210. Jud. de Demosth. p. 963.

5. γίγνεται] In Jud. de Demosth. γίνεται.

τῆς ἑτέρας] sc. λέξεως, ejus, quam modo ut egregiam descripsit.

μελαίνει τε γάρ] Quid si abesset γάρ? Huds. Scilicet e Jud. de Demosth., ubi h. l. γάρ non legitur, hanc conjecturam duxit!

ζοφῷ ποιεῖ] ζοφοποιεῖ in Cod. Reg. Huds.

ἕλκει τε μακρὸν ἀποτ.] Vide, ne legendum sit: ἕ. τ᾽ εἰς μ. ἀ. Cf. Phot. Bibl. Cod. 177: εἰς μήκιστον ὁ νοῦς ἀποτείνεται τῶν προκειμένων. Idem valet μηκύνειν. Contrarium est συστρέφειν. Cf. Τέχνη Ῥητορ. p. 310. Schott. Ernest. l. l. p. 99. Τὸν νοῦν ad utrumque verbum pertinet, ad ἕλκει et ad ἀποτείνουσα (pro quo in Jud. de Demosth. male ἀποτείνασα scribitur.) Cf. Plat. Phaed. p. 99. b. ὃ δή μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥςπερ ἐν σκότει ἀλλοτρίῳ ὀνόματι προςχρώμενοι ὡς αἴτιον αὐτὸ προςαγορεύειν, ubi v. Heindorf. Thuc. I, 124: Τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον ἡγησάμενοι ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως καθεστάναι, ὥςτε τῶν μὲν ἤδη ἄρχειν, τῶν δὲ διανοεῖσθαι (repete ἄρχειν), παραστησώμεθα ἐπελθόντες. Ib. c. 128: Ἀναστήσαντές ποτε ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἱλωτῶν [τοὺς] ἱκέτας ἀπαγαγόντες διέφθειραν. (cf. Schol. ad Aristoph. Acharn. 509.) VII, 1. ἔπεισαν — τοῖς ἐκ τῶν νεῶν τῶν σφετέρων ναύταις, ὅσοι μὴ εἶχον ὅπλα παρασχεῖν. ubi, ut in similibus, commata non recte adhiberi puto. — Distinctionem maximam post νοῦν minima permutavi. In Jud. de Demosth. legitur: τὸν νοῦν, συστρέψαι δέον ἐν ὀλ. ὀν. ἐκχεῖται δ᾽ εἰς.

πλοῦτον ὀνομάτων ἐπιδεικνυμένη κενόν· ὑπεριδοῦσά τε τῶν κυρίων καὶ ἐν τῇ κοινῇ χρήσει κειμένων τὰ πεποιημένα ζητεῖ καὶ ξένα καὶ ἀρχαιοπρεπῆ. 6 Μάλιστα δὲ χειμάζεται περὶ τὴν τροπικὴν φράσιν. Πολλὴ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, ἄκαιρος δ' ἐν ταῖς μετωνυμίαις, σκληρὰ δὲ καὶ οὐ σώζουσα τὴν ἀναλογίαν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίγνεται· ἀλληγορίας τε περιβάλλεται μακρὰς καὶ πολλὰς οὔτε μέτρον ἐχούσας οὔτε καιρόν· σχήμασί τε ποιητικοῖς ἐσχάτην προσβάλλουσιν ἀηδίαν, καὶ μάλιστα τοῖς Γοργιείοις, ἀκαίρως καὶ μειρακιωδῶς ἐναβρύνεται· καὶ πολυτέλειά τις ἐστὶν ἐν τοῖς τοιούτοις παρ' αὐτῷ, ὡς καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς εἴρηκέ που καὶ ἄλλοι συχνοὶ πρότερον· οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος.

πλοῦτον — κενόν] Πλοῦτον ὀνομάτων ἐπιδεικνυμένη κενὸν τῶν κυρίων in Ms. Reg. Hudf.

6. ἐπωνυμίαις] Procul dubio legendum μετωνυμίαις. Nam ἐπωνυμίαι ad τὴν τροπικὴν φράσιν parum faciunt. Sylb. Μετωνυμίαις haud cunctanter recepi, cum praefertim in Jud. de Demofth. ita legatur. Ibidem γάρ poft μέν e noftro loco infertum.

γίγνεται] Iterum γίνεται in Jud. de Demofth. fcribitur.

Γοργείοις] Malim Γοργιείοις· non enim Gorgus eft, fed Gorgias, a quo appellativum deductum eft. Reisk. Γοργιείοις exhibui, quomodo et in Jud. de Demofth. Reiskius dedit.

ἐστιν] Ἐστιν in Jud. de Demofth. e noftro loco infertum.

πρότερον] Inclufum πρότερον in quibusdam tantum codicibus legi, adnotat Steph. Sylb. Adeft tamen in Jud. de Demofth. nec dubitavi, quin uncis liberarem. Cf. I, 1, 16.

οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος] Haec non fine acerbitate ex Platonis Sympofio V, 2. Wolf. p. 177. a. Steph. traducta funt, ubi ad Euripidis Melanippae verfum alluditur, quem Nofter fervavit in Arte Rhet. VIII, 10. p. 152. Schott.: οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα. Eundem refpicit in Jud. de Ifocr. p. 559. 10: οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος. Eodem modo in Epift. prima ad Ammaeum p. 725. 7: οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος, Platonis verba funt, five potius Stefichori, quem ille expreffit, Phaedri c. 22. ed. Aft. p. 244. a. Steph.: οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος. Jisdem utitur Athenaeus V. p. 216. b: οὐκ ἐστὶ δ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος. et XI. p. 505. b: οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος. Quos locos propofui, ne quis apud Dionyfium ante λόγος articulum inferendum cenfeat: qui etfi addi potuit, non tamen neceffarius eft. Eo enim deficiente conftructio haec eft: οὗτος (fc. ὁ λόγος) οὐκ ἔτυμος λόγος ἐστίν. Nonnifi collocatione differt Thucydidei hujus loci ratio I, 1: κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. Eidem Euripidis verfui alludit Plutarch. Sympofiac. IV, 1, 2. p. 661. a.

Μηδεὶς δέ με ταῦτα ἡγείσθω λέγειν ἁπάσης καταγινώσκοντα τῆς ἐγκατασκεύου καὶ ἐξηλλαγμένης λέξεως, ᾗ κέχρηται Πλάτων· οὐ γὰρ ἂν οὕτω σκαιός, μηδ' ἀναίσθητος ἐγὼ γενοίμην, ὥστε ταύτην τὴν δόξαν περὶ ἀνδρὸς τηλικούτου λαβεῖν· ἐπεὶ πολλὰ καὶ περὶ πολλῶν οἶδα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἄκρας δυνάμεως ἐξενηνεγμένα ὑπ' αὐτοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνδείξασθαι βουλόμενον, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἁμαρτήματα ἐν ταῖς κατασκευαῖς εἴωθεν ἁμαρτάνειν καὶ χείρων μὲν αὐτὸς αὐτοῦ γίνεται, ὅταν τὸ μέγα διώκῃ καὶ περιττὸν ἐν τῇ φράσει, μακρῷ δέ τινι ἀμείνων, ὅταν τὴν ἰσχνὴν καὶ ἀκριβῆ καὶ δοκοῦσαν μὲν ἀποίητον εἶναι, κατεσκευασμένην δ' ἀμωμήτῳ καὶ ἀφελεῖ κατασκευῇ διάλεκτον εἰςφέρῃ· ἢ γὰρ οὐδὲν ἁμαρτάνει καθάπαξ, ἢ βραχύ τι κομιδῇ καὶ οὐκ ἄξιον κατηγορίας. Ἐγὼ δ' ἠξίουν τηλικοῦτον ἄνδρα πεφυλάχθαι πᾶσαν ἐπιτίμησιν. Ταῦτα μέντοι καὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον γε- 7 761 8

---

7. ταῦτα] In Jud. de Demosth. τὰ τοιαῦτα.

ἡγείσθω] Ib. ὑπολάβῃ.

ᾗ κέχρηται] Ib. ᾗ e nostro loco insertum, ut mox καί ante περὶ πολλῶν et deinde τά ante τοιαῦτα.

μεγάλα καὶ θαυμαστά] Fuit, cum καλὰ καὶ θαυμαστά legendum putarem, quae verba conjunguntur I, 1, 7. cf. 5, 6. Sed v. I, 5, 18. II, 28, 1. Ernest. l. l. p. 205. s.

βουλόμενος] Malim βούλομαι, volo. Sylb. Βουλόμενον dedi de meo pro vulgari βουλόμενος [quod vitium in Jud. de Demosth. tollere oblitus est], qui accusativus aptus est e superioribus: μηδείς με ταῦτα λέγειν ἡγείσθω, ἁπάσης καταγινώσκοντα — Reisk.

5. ὀλίγῳ πρότερον] Herodotum eo anno, in quem incidit ἡ Ξέρξου διάβασις, annorum fuiſſe quatuor, ſatis ex citatis Pamphilae verbis [apud Gell. N. A. XV, 23] eſt manifeſtum. — Quare non ἁπλῶς de bello Perſico, ſed de expeditione Xerxis in Graeciam [quam a Dionyſio κατ' ἐξοχὴν dici τὰ Περσικὰ ſtatuendum] verum eſt, quod Dionyſius Hal. ſcribit in Jud. ſuo de Thuc. ὁ δ' Ἁλικ. — τῶν Περσικῶν. Voſſ. de hiſt. Gr. p. 13. Non opus ideo eſt conjectura T. Fabri, qui in notis ad Longinum ὀλίγῳ ὕστερον reponit pro ὀλίγῳ πρότερον. Vide Scaligeri Animadverſiones in Euſebium ad ann. MDLXXII. Hudſ. Cf. Larcher. Chronol. Herod. V. VII. p. 559.

ἐς μίαν] Fortaſſe emendandum eſt ἐς μιᾶς. Μίαν originem traxit a ſubſequente accuſativo. Simili erroris cauſa Jud. de Demoſth. p. 1039. 12. οὕτως ἐχρῆν ὑπὸ Πλατῶνος εἰρῆσθαι τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ποσειδῶνος ὑπὲρ τῆς Ἀττικῆς στάσιν; τῆς ante Ἀθηνᾶς ex τὴν ortum, quod reponendum eſt. Item antiqq. p. 2519. pro τῶν Ῥωμαίων δῆμον leg. τὸν Ῥ. δ. Hoc corruptionum fonte nihil eſt frequentius.

6. ἐν τοῖς τεσσαράκοντα] Pro τεσσαράκοντα ſupra [I, 5, 14.] legitur εἴκοσι, per librariorum incuriam confuſis notis numeralibus κ'. et μ'. Sylb. Atque σκ'. non σμ' legendum eſſe docuit Scalig. in Animadverſionibus ad Euſebium, ann. MCCCXVIII. Hudſ.

παραληφθείσας] Dudithius mavult παραλειφθείσας, *omiſſas*. Videtur tamen et haec ferri poſſe lectio: ſicut ſcilicet infra dicit auctor [24, 1.] συνιδὼν ἃς ἕκαστος αὐτῶν ἔσχεν ἀρετάς. Sylb. Recte. Deinceps πρὸ αὐτοῦ mutavi in πρὸ αὑτοῦ.

1 VI. Τούτοις ἐπιγενόμενος Θουκυδίδης οὔτ᾿ ἐφ᾿ ἑνὸς ἐβουλήθη τόπου καθιδρύσαι τὴν ἱστορίαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἑλλάνικον ἐποίησαν, οὔτε τὰς ἐξ ἁπάσης χώρας Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις ἐπιτελεσθείσας πράξεις εἰς μίαν ἱστορίαν συναγαγεῖν, μιμησάμενος Ἡρόδοτον, τῆς μὲν προτέρας ὑπεριδὼν ὡς εὐτελοῦς καὶ ταπεινῆς καὶ πολλὰ οὐ δυνησομένης τοὺς ἀναγινώσκοντας ὠφελῆσαι, τῆς δὲ ὑστεραίας ὡς μείζονος, ἢ δυνατῆς πεσεῖν εἰς σύνοψιν ἀνθρωπίνου λογισμοῦ κατὰ τὸν ἀκριβέστατον τῶν τρόπων, ἕνα δὲ προχειρισάμενος πόλεμον, ὃν ἐπολέμησαν Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι πρὸς ἀλλήλους, τοῦτον ἐσπούδασεν ἀναγράψαι, ἐρρωμένος τε τὸ σῶμα καὶ
822 τὴν διάνοιαν ὑγιαίνων καὶ μέχρι παντὸς αὐτοῦ βιώσας, καὶ

VI, 1. ἐφ᾿ ἑνὸς τόπου καθιδρύσαι τὴν ἱστορίαν] Id eſt *uni loco hiſtoriam adſtringere*, h. e unius tantum vel civitatis vel regionis res complecti, quod fecerant v. c. κτίσεων auctores: qui quanquam ſubinde multas hiſtorias confecerant, non tamen ſatis arte callebant, ut, quemadmodum Herodotus, unum corpus ex iis compingerent. Haec quidem Dionyſii mens, quem tamen nollem hoc nomine hiſtoricos Herodoto antiquiores reprehendiſſe. Cf. 5, 3. Nam ſi v c. Hellanicus omnia, quae ſingulatim perſecutus erat, (v. Sturz. Hellan. fragm. p. 58. ſqq.) ea, quam Dionyſius probat, ratione contexuiſſet, vereor, ne indigeſta moles extitiſſet. Sed critici noſtri id eſt comparandi ſtudium, ut diverſiſſima contendat, eoque in errores ſe induci patiatur.

καὶ πολλὰ οὐ] Poſſis etiam, transpoſita negativa, legere καὶ οὐ πολλὰ δυν. Sylb.

τῆς δὲ ὑστεραίας] Ὑστεραίας poſitum pro ὑστέρας, ut infra p. 144. [17, 2.] Sylb. Cf. Ducker. ad Thuc. VII, 11.

κατὰ τὸν ἀκριβέστατον τῶν τρόπων] Iſocr. Paneg. XVI. ὁ ἀκριβέστατος τῶν λόγων, pro quo in orat. de ἀντιδ. ὁ ἀκριβέστατος λόγος. Sic οὗτος τῶν χρηματισμῶν Ariſtot. Polit. 1, 5, 25. αὕτη τῶν ὁδῶν Herod. VII, 12. οὗτοι τῶν ἀνθρώπων. Thuc. I, 71. Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 442. Valkenar. ad Herod. IV, 198. Schaefer. ad L. Boſ. p. 274.

πρὸς ἀλλήλους] Typothetae errore in ed. Reisk. πρὸς ἀλλήλοις legitur. Reſpicit auctor Thuc. I, 1.

ἐρρωμένος — βιώσας] E Thuc. V, 26. cujus integra verba v. 12, 3 Seqq. ex eod. ducta ſunt. V. I, 22. aut infra 20, 6. Διὰ τὴν φυγὴν nolim a Dionyſio additum eſſe. Nam etiamſi Thucydides non extorris fuiſſet, tamen omnibus rebus adeſſe non potuiſſet. Quid quod ſcriptor exilio ſuo hoc nomine

οὐκ ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων τὰς πράξεις συντιθείς, ἀλλ' οἷς μὲν αὐτὸς παρῆν, ἐξ ἐμπειρίας, ὧν δ' ἀπελείφθη διὰ τὴν φυγήν, παρὰ τῶν ἄριστα γινωσκόντων πυνθανόμενος. Πρῶτον μὲν δὴ κατὰ τοῦτο διήλλαξε τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων, λέγω δὲ κατὰ τὸ λαβεῖν ὑπόθεσιν μήτε μονόκωλον παντάπασι, μηδ' εἰς πολλὰ μεμερισμένην καὶ ἀσυνάρτητα κεφάλαια· ἔπειτα κατὰ τὸ μηδὲν μυθῶδες προσάψαι μηδ' εἰς ἀπάτην καὶ γοητείαν τῶν πολλῶν ἐκτρέψαι τὴν γραφήν, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ πάντες ἐποίησαν, λαμίας τινὰς ἱστοροῦντες ἐν ὕλαις καὶ νάπαις ἐκ γῆς ἀνιεμένας, καὶ ναΐδας ἀμφιβίους ἐκ ταρτάρων ἐξιούσας καὶ διὰ πελάγους νηχομένας καὶ μιξοθῆρας καὶ ταύτας εἰς ὁμιλίαν ἀνθρώποις συνερχομένας καὶ ἐκ θνητῶν καὶ θείων συνουσιῶν γονὰς ἡμιθέους καὶ ἄλλας τινὰς ἀπίστους τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ καὶ πολὺ τὸ ἀνόητον ἔχειν δοκούσας ἱστορίας. 2

---

adjutus eſt. V. V, 26. Poſſint igitur verba *διὰ τὴν φυγήν* cum *πυνθανόμενος* jungenda videri. Sed, ut omittam, Dionyſium, ſi hoc voluiſſet, verba aliter collocaturum fuiſſe, ſenſus, qui hac ratione exiſtit, et ipſe habet, quo offendat. Nam Thucydidem propter exilium potiſſimum eos potuiſſe conſulere, qui res optime cognoſſent, id nec ipſe dixit, nec per ſe admodum probabile eſt. Itaque qua vulgo fit ratione locum intelligendum puto, ſumendumque Dionyſium, ut ſaepius, minus accuratum fuiſſe.

2. *πρὸ αὐτοῦ*] Vulgo *πρὸ αὑτοῦ*.

ἐντρέψαι] Imo vero *ἐκτρέψαι*, ut dedi de meo. De rivis ſimile ductum, qui alio, non quo tendunt, ſed quo tu vis, derivantur. Reisk. Sic 35, 5. *ἐκτρέπειν τὴν διάλεκτον ἐκ τῆς συνήθους ἐπὶ τὰ ξένα ὀνόματα καὶ βεβιασμένα σχήματα.*

Λαμίας] De his vid. Schol. Ariſtophanis Pac. 757. Suid. in *Λαμία* et Phot. p. 150. qui: *ταύτην*, inquit, *ἐν τῇ Λιβύῃ Δοῦρις ἐν δευτέρῳ Λιβυκῶν ἱστορεῖ γυναῖκα καλὴν γενέσθαι· μιχθέντος δὲ αὐτῇ Διός, ὑφ' Ἥρας ζηλοτυπουμένην ἃ ἔτικτεν ἀπολλύναι, διόπερ ἀπὸ τῆς λύπης δύσμορφον γεγονέναι καὶ τὰ τῶν τικτουσῶν παιδία* (ſic leg. cum D.) *ἀναρπάζουσαν διαφθείρειν.* Adde Plutarch. de curioſ. c. 3. Schol. ad Horat. Epiſt. ad Piſ. 340. Villoiſon. Anecd. p. 274. ſqq.

Ναΐδας] Fortaſſe huc pertinet Phot. p. 218. *Νηΐς* —. *ἔνιοι — ἐν Σάμῳ θήρια γενέσθαι φασίν, ὧν φθεγγομένων ῥήγνυσθαι τὴν γῆν.* Cf. Suid.

821

2

3

4

824

μελλόντων ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτά, ἀρκούντως

τοιούτων καὶ] Sic recte recitat Dionyſ. Halic. locum Thucydidis, cujus in vulgaribus exemplis [quotquot e Duckeri editione manarunt] ὄντων hic inſertum legitur; perperam. Idem enim eſt ac ſi dixiſſet καὶ ὅσα μέλλει αὖθίς ποτε τοιαῦτα καὶ παραπλήσια ἔσεσθαι. ubi futurum ἔσεσθαι recte uſurpatur, ibi praeſenti ὄντων locus eſt nullus. Reisk. Idem monuerunt Wyttenbach. Schaefer. ad Soph. Trach. 1066. Poppo l. l. p. 99. Goeller. in Act. Philoll. Monac. II, 2. p. 215.

ὠφέλιμα] Malim cum articulo τὰ ὠφέλιμα. [id. viſum Wyttenbachio et Hermanno, v. Poppo. obſſ. p. 101.] Vocab. αὐτά ſignificat μόνα: *ſola utilia ſeligere, excerpere;* ἕξει imperſonaliter; ſubaudi τὸ πρὸν σύγγραμμα, vel ἡ παροῦσα ἐμὴ πραγματεία. Reisk. Locus eſt, ſi quis alius, impeditus. Poppo refutatis aliorum ſententiis, Wolfio auctore, ſic interpretatur: *Für das Gehör wird vielleicht das Nichtfabelhafte dieſer Begebenheiten minder ergötzend erſcheinen: wenn aber Männer, die das Geſchehene und das, was ſich einſt wieder nach dem Gange menſchlicher Schickſale, auf gleiche und ähnliche Art ereignen möchte, in klarem Lichte betrachten wollen, (wenn ſolche Männer, ſage ich,) dieſe Begebenheiten (und deren Erzählung), für nützlich achten, ſo wird dies genügen.* Sed in hac quoque interpretatione inſunt, quae reprobanda videantur. Omnino enim me non perſpicere fateor, quid lucremur, τὸ σαφὲς vertentes *perſpicuum, in clara luce poſitum.* Quis enim, quaeſo, Thucydidis hiſtoria adhibita, futura in clara luce poſita videat ſive, ut ipſius verbis paulo immutatis utar (V, 113.) τὰ μέλλοντα τῶν ὁρωμένων μὴ ἀσαφέστερα κρίνοι ἄν; aut quis auctorem tam arrogantem crediderit, ut hunc tale quid de opere ſuo profeſſum dicat? Is, opinor, nihil aliud praedicare potuit, quam ſe omnia fideliter perſcripſiſſe, ἀφ᾽ ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ᾽ ἂν ἔχοι τι προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν (II, 48). Contra ea Poppo Wolfio obſecutus, ut fictam ſcriptoris arrogantiam, leniret, non τούτοις ad ἀρκούντως ἕξει ſed τούτους ad ὠφέλιμα κρίνειν ſubaudiendum putabat. Quae ratio mihi quidem dura videtur. Sed pluribus, quibus iſta interpretatio refutetur, argumentis abſtineo, nec reſpiciendus videtur nuperus ejus defenſor Lehnerus in Act. Philoll. Monacc. T. III. F. 1. p. 15. ſqq. Jam circumſpiciamus aliam. Bredovius commate poſt κρίνειν poſito, genitivum τῶν μελλόντων — παραπλησίων ἔσεσθαι ab ὠφέλιμα pendentem facit, nec articuli defectu offenditur, cum et Germanice dicere liceat: *der Zukunft Wohlthätiges ausſcheiden*, ut ſine cauſa Wyttenbachius in ecl. hiſtorr. p. 369. articulum addere voluerit. Hoc tamen vereor, ut multi ſibi perſuaderi patiantur. Equidem non perſuaſus Seidlerum conſului, qui, ejecto ὄντων, locum hoc modo explicat. Primum commate ante τῶν μελλόντων poſito, τῶν

ἔχει· κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται."

ἐξουσιάζων τῇ γραφῇ, ἀνέγκλητον δὲ καὶ καθαρὰν τὴν προαίρεσιν ἀπὸ παντὸς Φθόνου καὶ πάσης κολακείας Φυλάττων, 825 μάλιστα δ' ἐν ταῖς περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν γνώμαις. Καὶ 2 γὰρ Θεμιστοκλέους ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ μνησθεὶς τὰς ὑπαρχούσας αὐτῷ ἀρετὰς ἀφθόνως ἐπελήλυθε, καὶ τῶν Περικλέους πολιτευμάτων ἁψάμενος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ τῆς διαβεβοημένης περὶ αὐτὸν δόξης ἄξιον εἴρηκεν ἐγκώμιον· περί τε Δημοσθένους τοῦ στρατηγοῦ καὶ Νικίου τοῦ Νικηράτου καὶ Ἀλκιβιάδου τοῦ Κλεινίου καὶ ἄλλων στρατηγῶν τε καὶ ῥητόρων ἀναγκασθεὶς λέγειν, ὅσα προσήκοντα ἦν ἑκάστῳ δεδήλωκε. Παραδείγματα δὲ περὶ αὐτῶν Φέρειν οὐ δέομαι 3 τοῖς διεληλυθόσιν αὐτοῦ τὰς ἱστορίας. Ταῦτα μὲν οὖν ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ἃ περὶ τὸν πραγματικὸν τόπον ὁ συγγραφεὺς κατορθοῖ, καλὰ καὶ μιμήσεως ἄξια. Κράτιστον δὲ πάντων τὸ μηδὲν ἑκουσίως ψεύδεσθαι μηδὲ μιαίνειν τὴν αὐτοῦ συνείδησιν.

IX. Ἃ δ' ἐλλιπέστερον κατεσκεύασε καὶ ἐφ' οἷς ἐγ- 1 καλοῦσιν αὐτῷ τινες, περὶ τὸ τεχνικώτερον μέρος ἐστὶ τοῦ 826

---

vocat προφῆτιν τῆς ἀληθείας. Ac fimiliter Nofter de Compof. p. 58. fqq. de Hegefia τούτων τῶν λήρων ἱερεὺς ἐκεῖνος ἀνήρ. ubi v. Upt. De fententia v. praeter locos a Voffio excitatos (Polyb. I, 14, 6. XIII, 5, 4.) Dionyf. Antiqq. V, 53. Lucian. quom. hift. fit confcr. 9. p. 169. 39. p. 205. (μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι) Polyb. II, 56, 12 XII, 7

ἀνέγκλητον — φυλάττων] Inepte interpres Germ.: *Er wählte einen Stoff, der frei von Tadel, der vom Neide und aller Schmeichelei entfernt war.* προαίρεσις hic eft *mens et voluntas* (Cic. Catil. III, 9. 22.).

2. ἐν τῇ πρώτῃ β.] c. 138. Cf. ad III, 4, 2.

ἐν τῇ δευτέρᾳ β.] c. 65. Demofthenem, quod meminerim, fcriptor non tam laudat, quam res ab eo geftas refert ob prudentiam et ftrenuitatem laude dignas. De Nicia paucis judicat VII, 86. de Alcibiade VI, 15. Omnino autem dixeris, neminem fere rarius hominum ingenia defcribere, quam Thucydidem, a nemine tamen clarius eadem depicta effe. Verbis enim dedita opera defcribere ita demum folet, fi factis fatis declarare nequit.

Νικίου τοῦ Νικοστράτου.] Omnino cum Thucydidis exemplaribus fcribendum *Νικηράτου*. Hudf. *Νικηράτου* correxi. Reisk.

αὐτοῦ συνείδησιν] Vulgo αὐτοῦ σ.

IX, 1. ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ τινες] Animadverte hic, ut infra 10, 1. rhetoris artificium. Nimirum non ignoravit vir callí-

πραγματικοῦ, τὸ λεγόμενον μὲν οἰκονομικόν, ἐν ἁπάσαις δὲ γραφαῖς ἐπιζητούμενον, ἐάν τε φιλοσόφους προέληταί τις
2 ὑποθέσεις, ἐάν τε ῥητορικάς. Ταῦτα δέ ἐστι τὰ περὶ τὴν διαίρεσιν καὶ τὰ περὶ τὴν τάξιν καὶ τὰ περὶ τὰς ἐξεργασίας. Ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς διαιρέσεως, προειπὼν, ὅτι, τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων συγγραφέων ἢ κατὰ τόπους μεριζόντων τὰς ἀναγραφὰς ἢ κατὰ χρόνους εὐπαρακολουθήτους, ἐκεῖνος
3 οὐδετέραν τούτων τῶν διαιρέσεων ἐδοκίμασεν. Οὔτε γὰρ τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν, ἀκολουθῶν ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων ἐποίησαν, οὔτε τοῖς

---

dissimus magis solere odiosum esse odiosa ipsum dicere, quam ab aliis dicta propugnare. At vero illos τινάς fere ipsum esse Dionysium, perspicitur partim inde, quod antea dixit (v. 2, 5. cf. 50, 2.) clarissimos quosque philosophos rhetoresque historicorum principem judicasse Thucydidem, partim ex eo, quod in seqq. ex sua solius persona scriptorem vituperare non cunctatur.

τοῦ πραγματικοῦ] Vereor, ne τόπου exciderit.

2. περὶ τάξιν] Malim cum articulo περὶ τὴν τάξιν, ut in praec. et seq. commate. Sylb. Interposui τὴν, auctore Sylburgio. Reisk.

εὐπαρακολουθήτους] Hoc adjectivum ad ἀναγραφάς pertinet, non, ut interpretes Lat. et Germ. ceperunt, ad χρόνους. Μερίζειν τὰς ἀναγραφὰς εὐπαρακολουθήτους est pro μερίζειν τὰς ἀναγραφὰς οὕτως, ὥστε εὐπαρακολουθήτους εἶναι. V. infra. Sed huic rationi adversari dixeris, quod auctor I, 5, 19. proposuit, Thucydidem tempora secutum esse. Nostro autem loco, ex illa quidem interpretatione, manifesto contrarium affirmari. Hanc vero repugnantiam evanescere, si εὐπαρακολουθήτους cum χρόνους conjungatur. Ita enim distributionem secundum locos discerni ab ea, quae secundum talia, quae quis facile sequi queat, temporum spatia (periodos) facta sit. Sed hac ratione primum non satis apta exsistit oppositio; deinde commode quidem dicuntur εὐπαρακολούθητοι ἀναγραφαί, non item εὐπαρακολούθητοι χρόνοι, *tempora*, non *apte continuata*, quemadmodum interpretes vertunt, sed *quae facile sequi* i. e. percipere possis. Denique Noster §. 5. non aliam, quam quae ex ea, quam proposuimus explicatione, prodit, distributionem sequitur. Ad repugnantiam quod attinet, eam in Dionysio, saepius sui oblito, non magnopere miramur. Ita cum I, 5, 15. Herodotum τὰς περιοχὰς τῶν πραγμάτων secutum esse dixerit, hic eum res secundum locos digessisse ait. Posterius quatenus verum sit, docet Creuzer. de art. hist. Gr. p. 140.

χρόνοις, ὡς οἱ τὴν τοπικὴν ἐκδόντες ἱστορίαν προείλοντο, ἤτοι ταῖς διαδοχαῖς τῶν βασιλέων μερίζοντες τὰς ἀναγραφὰς ἢ τοῖς τῶν ἱερέων ἢ ταῖς περιόδοις τῶν Ὀλυμπιάδων ἢ τοῖς ἀποδεικνυμένοις ἄρχουσιν ἐπὶ τὰς ἐνιαυσίους ἀρχάς· καινὴν δέ τινα καὶ ἀτριβῆ τοῖς ἄλλοις πορευθῆναι βουληθεὶς ὁδὸν 827 θερείαις καὶ χειμερείαις ἐμέρισε τὴν ἱστορίαν. Ἐκ δὲ τού- 4

---

3. ἤτοι — ἀρχάς] Horum cur nihil probaverit Thucydides, ab ipso discere debebat censor V. V, 20.

χειμερίοις] Dedi de meo χειμερείαις, a nominativo χειμερεία, quod est nomen substantivum a verbo χειμερεύειν ductum, ut δουλεία a v. δουλεύειν. Significat spatium vel ambitum temporis hibernum, id, quod hieme quadam geritur aut evenit. Infra p. 830. [§. 7.] usurpat χειμῶσι. Reisk. At vereor, ne hic quoque codd. aliquando χειμῶσιν exhibeant: ερι et ω facile permutari poterant; facilius etiam σ et ν. Certe nollem, χειμερεία a Schneidero ex uno hoc loco sine suspicionis significatione Lexico illatum.

θερείαις καὶ χειμερείαις ἐμέρισε τὴν ἱστορίαν] Carpit hic Thucyd. quod in aestates et hiemes historiam suam diviserit, quo factum sit, ut res, minime perpetua serie cohaerentes, sed brevibus concisae segmentis obscuram et difficilem narrationem effecerint. Haec ille. Ego autem non video, quomodo haec in aestates et hiemes rerum divisio ita concisam et minutam efficiat narrationem. Tollatur enim hiemis, tollatur aestatis mentio, nihilo minus eodem res ordine stabunt. Nec dubito, quin, si, omissa hac partitione, secundum Archontum vel Olympiadum annos Thucydides narrasset, eadem intervalla et eundem rerum ordinem observaturus fuerit. Inspiciatur autem totus Thucydides, nusquam aestatis vel hiemis mentione narrationem conscindere vel in medio rerum ordine abrumpere coactum scriptorem reperies Nec dubia causa est: cum hiemis namque adventu arma plerumque et res omnes ponuntur, interim alia tempori apta et convenientia aguntur: aestatis initio omnia resumuntur et res de integro geruntur. Unde qui secundum aestates et hiemes scribit auctor, ipsam rerum gestarum naturam sequitur, neque res cohaerentes divellit, sed per se separatas separatim recenset. Quod vero non semper integram aliquam absolvit, sed, aliquo usque perducta narratione, subsistit et aliis quibusdam interjectis, tandem coepta pertexit: id profecto cum omnibus fere historicis, qui modo vel paulo amplam historiam scripsere, Thucydidi commune est. Nec id eorum vitio evenit, sed rerum gestarum conditio et eventus requirit. Nam cum in uno bello saepe res quatuor aut quinque, locis diversae, gerantur; et saepe in alio loco res fiant, sine quarum cognitione ea, quae postea in hoc evenerunt, intelligi non possint: non sane video, quid aliud agere historicus possit, quam ut una narra-



823 του συμβέβηκεν αὐτῷ τοὐναντίον ἢ προςεδόκησεν. Οὐ γὰρ σαφεστέρα γέγονεν ἡ διαίρεσις τῶν χρόνων, ἀλλὰ δυςπαρακολουθητοτέρα κατὰ τὰς ὥρας. Ἐφ' ᾧ θαυμάζειν ἄξιον,

---

tione ad ſtabilem quendam terminum, ut urbis alicujus obſidionem, inducias, aut ſimile, perducta, ea, quae in aliis locis eodem tempore geſta, recenſeat, indeque ad priora reverſus una cum modo rerum geſtarum vel ſubſiſtat in narrando vel pergat. Si hoc a ſcriptore requiras, ut ſingula plane ſeparatim et ſecundum loca potius, quod placet Dionyſio, recenſeat: de uno plerumque bello hiſtoriae decem vel plures erunt ſcribendae; ut de praeſente bello alio libro erunt explicanda, quae per 27. annos in Attica geſta, alio, quae in Peloponneſo (niſi et hunc in quinque ſuas regiones dividere malis) alio, quae in Thracia, alio, quae apud Acarnanes, alio, quae in Aſia, etc. quo modo hiſtoria fieret plane nulla et nec intelligi nec retineri quidquam poſſet. Unum enim hoc fuit et cohaerens bellum et ſaepe, quae in Sicilia vel Thracia evenerunt, cauſſa fuerunt illorum, quae in Attica aut Peloponneſo acciderunt: rurſus in his locis geſta ſunt, quae in illis effectum ſunt ſortita. *Acacius.* Hudſ. Quod Lucian. quom. hiſt. ſit conſcr. 50. p. 209. ſq. praecipit: στήσας ἐνταῦθά που ταῦτα ἐπ' ἐκεῖνα μεταβαινέτω, ἤν κατεπείγῃ· εἶτα ἐπανίτω λυθεὶς, ὁπόταν ἐκεῖνα καλῇ καὶ πρὸς πάντα σπευδέτω καὶ ὡς δυνατὸν ὁμοχρονείτω καὶ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμενίας μὲν εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν δὲ ῥοιζήματι ἑνὶ εἰς Ἰβηρίαν, εἶτα ἐς Ἰταλίαν, ὡς μηδενὸς καιροῦ ἀπολείποιτο — hanc rationem Thucydides eſt ſecutus. Neque tamen negari poteſt, ordinem ab eo optatum pluribus laborare incommodis; ſed haec majoribus compenſantur utilitatibus. Namque ſcriptor cum accuratiſſimae rerum cognitioni proſpiceret, preſſe tempora non ſequi non poterat (nam non ſecutum eſſe Dionyſio credet, qui Thucydidem non legerit.). Ac ſecundum locos eum res non potuiſſe diſpenſare, ſponte patet. Ita enim non hiſtoriam compoſuiſſet, ſed hiſtoriarum lacinias conſarcinaſſet. Sed quod Dionyſium quoque, etſi obſcure confuſeque diſputantem requiſiviſſe puto, videatur Thucydides ita rem inſtituere potuiſſe, ut ad novam narrationem non progrederetur, niſi abſoluta praegreſſa, neque, ut hoc utar exemplo, de Pachetio bello diceret, antequam Plataearum obſidionem ad finem perduxiſſet. Hunc rationem quod hiſtoricus ſequi noluerit, inprimis inde explices, quod non tam certis, quam nos, uſus eſt notis temporum: quae cum accurate ſignificare vellet, non poterat alium, quam quo uſus eſt, ordinem rebus adhibere. Omittam alia. V. Dodwell. Appar. ad Ann. Thuc. T. II. p. 597. Heilmann. de Thuc. ind. et ſcrib. genere p. 148. ſqq. Creuzer. De art. hiſt. Gr. p. 267. ſq.

4. κατὰ τὰς ὥρας] Malim ἢ κατὰ τ. ὥ. Reisk. Articulum, ſi adeſſet, ejicerem. Nam ſine eo ſenſus hic eſt: *non*

πῶς αὐτὸν ἔλαθεν, ὅτι, πολλῶν ἅμα πραγμάτων κατὰ πολλοὺς τόπους γινομένων, εἰς μικρὰς κατακερματιζομένη τομὰς ἡ διήγησις οὐκ ἀπολήψεται τὸ τηλαυγὲς φῶς ἐκεῖνο καὶ καθαρόν, ὡς ἐξ αὐτῶν γίνεται τῶν πραγμάτων φανερόν. Ἐν γοῦν τῇ τρίτῃ βίβλῳ — ταύτῃ γὰρ ἀρκεσθήσομαι μόνον — τὰ περὶ Μιτυληναίους ἀρξάμενος γράφειν, 5 πρὶν ὅλην ἐκπληρῶσαι τὴν διήγησιν, ἐπὶ τὰ Λακεδαιμονίων ἄπεισιν ἔργα· καὶ οὐδὲ ταῦτα συγκορυφώσας τῆς Πλαταιέων μέμνηται πολιορκίας· ἀφεὶς δὲ καὶ ταύτην ἀτελῆ τοῦ Μιτυληναϊκοῦ μέμνηται πολέμου· εἶτ' ἐκεῖθεν ἄγει τὴν διήγησιν ἐπὶ τὰ περὶ Κέρκυραν, ὡς ἐστασίασαν, οἱ μὲν Λακεδαιμονίους, οἱ δ' Ἀθηναίους ἐπαγόμενοι· ἀφεὶς δὲ καὶ ταῦτα 829 ἡμιτελῆ περὶ τῆς εἰς Σικελίαν στρατείας τῆς προτέρας Ἀθηναίων ὀλίγα λέγει· εἶτα Ἀθηναίων ἔκπλουν ἐπὶ Πελοπόννησον ἀρξάμενος λέγειν καὶ Λακεδαιμονίων τὴν ἐπὶ Δωριεῖς στρατείαν τὰ περὶ Λευκάδα πραχθέντα ὑπὸ Δημοσθένους

---

lucidior facta est distributio eo, quod secundum tempestates eam instituit. Recepto articulo haec prodiret sententia: *distributio secundum tempestates, quam optavit, non facta est lucidior.* In quibus vides caussam desiderari, quare non lucidior facta sit distributio. Sed hic ne imperitiae insimuler, moneatur oportet, ea, quae de positione articuli Schaeferus Melet. p. 8. 72. sq. et Matthiae. Gr. Gr. §. 276. sq. disputant, magnopere restringenda esse. Plura alibi.

5. *μόνον*] Malim *μόνῃ*. Cf. 5, 5. *δυοῖν ἀνδράσι ἀρκεσθήσομαι μόνοις.*

ἐπὶ τὰ Λακεδαιμονίων] c. 15. Sed haec, sicuti quae c. 25. sqq. de iisdem Lacedaemoniis referuntur arcte cum Mitylenaeorum rebus cohaerere legenti patebit.

τῆς Πλαταιέων μ. π.] c. 20. sqq. De hac ut hoc loco scriptor diceret, temporum ratio cogebat. De Plataeis expugnatis v. c. 52. sqq. cf. Diodor. XII, 56.

τοῦ Μιτυλ. μ. πολέμου] c. 35. sqq. cf. Diodor. XII, 55. Strab. XIII, 1. p. 111. 2. p. 138. Tauchn. Schol. ad Aristoph. Eq. 831.

τὰ περὶ Κέρκυραν] cf. 70. sqq. Diodor. XII, 57.

τῆς εἰς Σικ. στρατείας —] c. 86. 88. 90. Diodor. XII, 58. sqq.

Ἀθηναίων ἔκπλουν] c. 91. sqq. Diodor. XII, 56. ibique Wesseling.

Λακεδαιμονίων —] c. 92. Diodor. XII, 59. ibique Wess.

τὰ περὶ Λευκάδα —] c. 94. sqq. Diodor. XII, 60. Quae deinceps enumerat, cum his cohaerent.

τοῦ στρατηγοῦ καὶ τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον ἐπιπορεύεται· ἐκεῖθεν δ' ἄπεισιν ἐπὶ Ναύπακτον· ἀτελεῖς δὲ καὶ τοὺς ἠπειρωτικοὺς πολέμους καταλιπὼν Σικελίας ἅπτεται πάλιν, καὶ μετὰ τοῦτο Δῆλον καθαίρει καὶ τὸ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος πολεμούμενον ὑπὸ Ἀμβρακιωτῶν καταλείπει.
6 Καὶ τί δεῖ πλείω λέγειν; Ὅλη γὰρ ἡ βίβλος οὕτω συγκέκοπται καὶ τὸ διηνεκὲς τῆς ἀπαγγελίας ἀπολώλεκε. Πλανώμεθα δή, καθάπερ εἰκός, καὶ δυσκόλως τοῖς δηλουμένοις παρακολουθοῦμεν, ταραττομένης ἐν τῷ διασπᾶσθαι τὰ
830 πράγματα τῆς διανοίας καὶ τὰς ἡμιτελεῖς τῶν ἀκουσθέντων
7 μνήμας οὐ ῥᾳδίως οὐδ' ἀκριβῶς ἀναφερούσης. Χρὴ δὲ τὴν ἱστορικὴν πραγματείαν εἰρομένην καὶ ἀπερίσπαστον εἶναι, ἄλλως τε ἐπειδὰν περὶ πολλῶν γίνηται πραγμάτων καὶ δυσκαταμαθήτων. Ὅτι δ' οὐκ ὀρθὸς ὁ κανὼν οὗτος οὐδ' οἰκεῖος ἱστορίᾳ δῆλον. Οὐδεὶς γὰρ τῶν μεταγενεστέρων συγγραφέων θερείαις καὶ χειμῶσι διεῖλε τὴν ἱστορίαν, ἀλλὰ πάντες τὰς τετριμμένας ἄγειν ἐπὶ τὴν σαφήνειαν μετῆλθον.

1 X. Αἰτιῶνται δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτοῦ τινες, ὡς οὔτ' ἀρχὴν τῆς ἱστορίας εἰληφότος, ἣν ἐχρῆν, οὔτε τέλος ἐφηρμοκότος αὐτῇ τὸ πρέπον, οὐκ ἐλάχιστον μέρος εἶναι λέγον-

---

Σικελίας α. π.] c. 103.

Δῆλον καθαιρεῖ] Barytonως legendum καθαίρει, *purgat, expiat*, ut manifestum est ex his Thucyd. [III, 104.] *τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος καὶ Δῆλον ἐκάθηραν Ἀθηναῖοι κατὰ χρησμὸν δή τινα.* Sylb. Correxi *καθαίρει*. Reisk.

καταλείπει] Ante hoc verbum nonnulla intercidisse puto, hac sententia: *Ἀθηναίων βοηθησάντων ἐπικρατῆσαι διηγεῖται καὶ ἐν Σικελίᾳ τοὺς Ἀθηναίους* —. Nam vulgarem lectionem Thucydidis narrationi repugnare manifestum est. V. c. 105. sqq.

7. *ἄλλως τε ἐπειδάν*] V. Hermann. ad Viger. p. 780. sqq.

ὁ κανὼν οὗτος] sc. quo secundum hiemes et aestates res enarravit.

ἄγειν] Hic deesse videtur aliquid. Num sic leg. *τὰς τετριμμένας καὶ εἰωθυίας ἄγειν.* Reisk. Sanum puto vulg. Nam quod Reisk. insertum vult *καὶ εἰωθυίας*, hujus vocis notio etiam in *τετριμμένας* inest, ut commode ab hoc verbo infinitivus *ἄγειν* pendere queat. Ad *τὰς τετριμμένας* cogitandum esse *ὁδοὺς* monet *Hudſ.* V. Schaefer. ad L. Bos. p. 536.

τες οἰκονομίας ἀγαθῆς, ἀρχήν τε λαβεῖν ἧς οὐκ ἂν εἴη τι πρότερον, καὶ τέλει περιλαβεῖν τὴν πραγματείαν, ᾧ δόξῃ μηδὲν ἐνδεῖν· ὧν οὐδετέρου πρόνοιαν αὐτὸν πεποιῆσθαι τὴν προσήκουσαν. Τὴν δ' ἀφορμὴν αὐτοῖς τῆς κατηγορίας ταύτης 2 ὁ συγγραφεὺς παρέσχηται. Προειπὼν γὰρ ὡς μέγιστος ἐγένετο 831 τῶν πρὸ αὐτοῦ πολέμων ὁ Πελοποννησιακὸς χρόνου τε μήκει καὶ παθημάτων πολλῶν συντυχίαις, τελευτῶν τοῦ προοιμίου τὰς αἰτίας βούλεται πρῶτον εἰπεῖν, ἀφ' ὧν τὴν ἀρχὴν ἔλαβε. Διττὰς δὲ ταύτας ὑποθέμενος, τήν τ' ἀληθῆ μέν, 3 οὐκ εἰς ἅπαντας δὲ λεγομένην, τὴν αὔξησιν τῆς Ἀθηναίων 832

X, 1. ἧς οὐκ ἂν εἴη τι πρότερον] Explicatius dicere debebat, quale hoc intelligeret. Sic enim pronuntiata vindicare non audeo.

2. ὁ συγγραφεὺς παρέσχηται] Hic vereor, ne quid exciderit. Dicendum enim erat, non fcriptorem accufationis anfam praebuiffe, id quod fponte intelligitur, fed quare anfam praebuerit.

προειπὼν γὰρ] l. I. c. 1.

πρὸ αὐτοῦ] Cave αὑτοῦ conjicias. Nam τοῦ πολέμου τοῦδε intelligendum eft. Sic Thuc. l. l. ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων dicit bellum Pelop. Id. I, 10. τὴν στρατιὰν ἐκείνην μεγίστην γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς. Ib. c. 11. αὐτά γε δὴ ταῦτα ὀνομαστότατα τῶν πρὶν γενόμενα, ubi nihili eft Stephani conjectura ὀνομαστότερα legentis. Similiter VI, 31. παρασκευὴ αὕτη πολυτελεστάτη δὴ καὶ εὐπρεπεστάτη τῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο. Adde I, 50. VI, 15. VII, 66. VIII, 96. Xenoph. Sympof. VIII, 40. Plutarch. Lyf. XI.

ἔλαβε] Sc. ὁ πόλεμος. Hudf. Fortaffe ὁ πόλεμος excidit. V. §. 7.

3. Διττὰς δὲ ταύτας ὑποθέμενος] Hic ordinem narrationis Thucydideae reprehendit Dionyfius, quod cum duas pofuiffet belli caufas, alteram veram, de potentia Athenienfium, alteram fictam et praetextam, de rebus ad Epidamnum et Potidaeam geftis, falfam tamen et pofteriorem prius, veram de incrementis et viribus Athenienfium pofterius narrarit. At vero naturam poftulare ut priora pofterioribus, vera falfis prius narrentur. Ego autem viciffim non video, cur femper priora fequentibus, et multo minus, cur vera falfis in narrando fint praeponenda. Fabius certe oratorem non femper eo ordine quo quid eft actum, narrare jubet, fed eo modo, quo expedit: itaque interim, ait, re expofita cauffas fubjungi poffe, quae anteceflerunt. Quod fi Thucydides, praemiffa falfa cauffa, ipfum bellum narrare orfus, poftea demum veram aperuiffet, reprehendi fortaffe poffet. Nunc, antequam belli initium faciat, utramque cauffam abfolute, tam veram, quam falfam, enarrans, nihil hac in parte pervertit. Sed nec

πόλεως, καὶ τὴν οὐκ ἀληθῆ μὲν, ὑπὸ δὲ Λακεδαιμονίων πλαττομένην, τὴν Ἀθήνηθεν ἀποσταλεῖσαν Κερκυραίοις κατὰ Κορινθίων συμμαχίαν, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθοῦς καὶ αὐτῷ
833 δοκούσης τὴν ἀρχὴν πεποίηται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἑτέρας, κατὰ
4 λέξιν οὕτω γράφων· „Ἤρξαντο δὲ Ἀθηναῖοι αὐτοῦ καὶ

---

illud omnino verum eſt, quod Thucydides falſas cauſſas ante veras enarret. Veram enim cauſſam ait fuiſſe Atheniensium potentiam, quae, Lacedaemoniis nimis creſcere viſa, eos in arma compulerit. Hanc vero in ipſo prooemio (utpote rem ſui judicii non ab omnibus approbatam et conclamatam) ſtatim indicaverat, oſtendens, quomodo ex parva et humili maximam et florentiſſimam remp. fecerint Athenienſes, quomodo cum Medis bella geſſerint, quomodo Graecos ſibi ſubjecerint, quomodo cum Lacedaemoniis contenderint. Tandem vero, apertiſſimis verbis indicata vera cauſſa, ad reliquas belli occaſiones, quibus tamdiu ſopitus ignis eruperit, enarrandas transit. Nam ut illas priores pluribus explicaret, nec Dionyſius, nec alius iniquior requirere potuiſſet: peculiarem enim illa potius et longiorem inſtituto hiſtoriam flagitarent: et cauſſae bellorum repetendae ſunt proximae, non ultimae, ut monet Ant. Viperanus in lib. de ſcribenda hiſt. Potius igitur longe fuit, Thucydidem, indicata perſpicuis et paucis verbis vera belli cauſſa inde ad occaſiones (et illas belli cauſſas tantas, ut, ſi non interveniſſent, nondum protinus bellum cooriturum fuiſſe, multae circumſtantiae doceant) percenſendas transire, quam ab ipſis Athenarum primordiis auſpicando ingens ſibi praeter animi ſententiam onus imponere; quod ſi faciendum neceſſario eſſet, nemo quisquam particularem hiſtoriam ſcribere, ſed omnes quam longiſſime res arceſſere deberent; quandoquidem is eſt rerum humanarum ordo, ut mutuo quodam nexu omnia cohaereant et ſemper poſteriora habeant aliquam cognationem cum prioribus. At vero, inquit Dionyſius, ipſe Thucydides hunc locum hiſtoria dignum, utpote ab aliis praetermiſſum, judicavit: itaque et ſuo ordine et copioſius omnia narrare debuiſſet. Sed nego id ex Thucydidis verbis ſequi: digreſſione enim illum locum Thucyd. non abſoluta hiſtoria ſe expoſiturum dicit. Id vero non potuiſſet commodiore loco facere: poſuit enim ante initium belli et poſuit eo in loco, ubi maxime de bello ſuſcipiendo deliberatur. Quod ſi ab initio hanc hiſtoriam collocaſſet, copioſius omnia, praeter inſtitutae hiſtoriae argumentum, explicari oportuiſſet, ne vel principium ſequenti narrationi belli Peloponneſiaci inaequale videretur, vel ipſe negligentiae alicujus, aut imprudentiae accuſari poſſet. *Acacius.*

αὐτῷ δοκούσης] Vulgo *αὐτῷ δ.* Cf. 11, 1.

4. *ἤρξαντο δὲ Ἀθηναῖοι αὐτοῦ*] In Thucyd. [I, 25.] transpoſito pronomine ſic legitur: *ἤρξαντο δὲ αὐτοῦ Ἀθ. καὶ Πελ.* itidemque infra p. 146. [20, 11.] Sylb.

Πελοποννήσιοι, λύσαντες τὰς τριακοντούτεις σπονδάς, αἳ αὐτοῖς ἐγένοντο μετὰ τὴν Εὐβοίας ἅλωσιν. Διότι δὲ ἔλυσαν τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφοράς, τοῦ μή τινας ζητῆσαί ποτε, ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. Τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι μεγάλους γιγνομένους καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν· αἱ δὲ ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι αἵδ' ἦσαν ἑκατέρων, ἀφ' ὧν λύσαντες τὰς σπονδὰς ἐς τὸν πόλεμον κατέστησαν. Ἐπίδαμνος ἔστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον, προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι, βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος.“ Καὶ μετὰ τοῦτο διεξέρχεται τὰ περὶ Ἐπίδαμνον καὶ τὰ περὶ Κέρκυραν καὶ τὰ περὶ Ποτίδαιαν καὶ τὴν Πελοποννησίων σύνοδον εἰς Σπάρτην 5

μετὰ τὴν Ε. ἅ.] *Μετὰ Ε. ἅ.* in Thucydidis exemplaribus et mox *δ' ἔλυσαν* et *ἔγραψα*. Hudſ. Articulus in tritis his *μετὰ Ἰλίου*, *μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν*, non adſciſci ſolet. *Δὲ ἔλυσαν* cum Noſtro habent Caſſ. Aug. Gr. Paris. C. *Προέγραψα* recte Haackius e codd. reſtituit. Sic etiam infra 20, 11. Monuerant jam de hac re Steph. Beck. Judic. art. hiſtt. vett. in cauſ. et ev. bell. exp. p. 7. n. Poppo obſſ. p. 206.

τοῦ μή τινας ζητῆσαι] V. Matthiae. Gr. Gr. §. 549. n. 1. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 30. Aſt. ad Legg. T. II. p. 56. Similis Polybii profeſſio I, 3, 8. ſqq. Pro *τινάς*, quod etiam infra 20, 11. legitur, ut vulg. Thuc. edd. habent, Haack. e marg. Schol. Reg. (G.) Caſſ. Aug. Priſc. Pariſſ. A. F. recepit *τινά*. Cf. Schaefer. ad Soph. Oed. R. 107.

ἀναγκάσαι] Subaudi *τούτους*. Athenienſes mihi videntur hos, Lacedaemonios puta, coegiſſe. Reisk. Structura hujus loci e duabus conflata eſt dictionibus his: *τὴν πρόφασιν τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι μεγάλους γιγνομένους* et *τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι μ. γ. ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν*. Commatis igitur abstinendum putavi.

ἑκατέρων, ἀφ' ὧν λύσαντες —] V. Matthiae. Gr. Gr. §. 295. p. 411.

Ἐπίδαμνος ἔστι πόλις] Adverte epicum narrationis initium. Sic Homer. Od. XIX, 172. *Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ* — Cf. III, 293. IV, 354. 844. Ovid. Metam. I, 568. Herod. IV, 154. Dionyſ. Antiqq. IV, 55. V. et Ariſtoph. Eq. 1056.

5. *τὰ περὶ Ἐπίδαμνον καὶ τὰ περὶ Κέρκ.*] c. 24 — 55. *τὰ περὶ Ποτίδαιαν*. c. 56 — 66. *τὴν Πελοπ. σύνοδον* c. 66 — 88.

καὶ τοὺς ῥηθέντας ἐκεῖ κατὰ τῆς Ἀθηναίων πόλεως λόγους.
854 Ταῦτα δὲ μέχρι δισχιλίων ἐκμηκύνας στίχων τότε περὶ τῆς ἑτέρας αἰτίας τὸν λόγον ἀποδίδωσι, τῆς ἀληθοῦς τε καὶ αὐτῷ δοκούσης, ἐνθένδε ἀρξάμενος· „Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λα-
6 κεδαιμόνιοι τὰς σπονδὰς λελύσθαι καὶ πολεμεῖν Ἀθηναίοις, οὐ τοσοῦτον τῶν συμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις, ὅσον φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους, μὴ ἐπὶ μεῖζον δυνηθῶσιν, ὁρῶντες αὐτοῖς τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ὑποχείρια ἤδη ὄντα. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι τρόπῳ τοιῷδε ἦλθον ἐπὶ τὰ πράγματα, ἐν
7 οἷς ηὐξήθησαν.“ Οἷς ἐπιτίθησι τὰ ἔργα τῆς πόλεως, ὅσα μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον ἕως τοῦ Πελοποννησιακοῦ διεπράξαντο, κεφαλαιωδῶς καὶ ἐπιτροχάδην ἐν ἐλάττοσιν ἢ πεντακοσίοις στίχοις. Ἀναμνησθεὶς δ' ὅτι πρότερα τῶν Κερκυραϊκῶν ἦν καὶ οὐκ ἀπ' ἐκείνων ἔλαβε τὴν ἀρχὴν ὁ πόλεμος, ἀλλ' ἀπὸ τούτων, ταῦτα πάλιν κατὰ λέξιν γράφει·
8 „Μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη γίγνεται οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τὰ
835 προειρημένα, τά τε Κερκυραϊκὰ καὶ τὰ Ποτιδαιατικὰ καὶ

ἐνθένδε ἀρξάμενος] c. 88. Paulo ante *αὐτῷ* dedi pro vulg. *αὐτῷ*. V. ad §. 3.

6. *πολεμεῖν*] In Thuc. *πολεμητέα εἶναι*. Hudſ. *Πολεμεῖν* Dionyſii eſt vel librariorum lapſus. Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 445. p. 618. Phot. p. 342. Zonar. p. 849. Schol. ad Ariſtoph. Acharn. 593. locum ſic laudat: *πολεμιστέα τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι*.
ἐπὶ μεῖζον] In marg. Cod. Bodl. *ἴσ. ἔτι*. Hudſ. Male. Cf. Thuc. I, 16: *προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων*. Ib. c. 118: *ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως*. II, 97: *ἐπὶ μέγα ἡ βασιλεία ἦλθεν ἰσχύος*. IV, 100: *ἐσεσιδήρωτο ἐπὶ μέγα καὶ τοῦ ἄλλου ξύλου*. IV, 117: *ἐπὶ μεῖζον χωρήσαντος αὐτοῦ*. I, 21: *ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμεῖν*. VIII, 24: *ἐπεδίδου ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπὶ τὸ μεῖζον*. Plat. Legg. X. p. 900. c: *ἵνα μὴ ἐπὶ μεῖζον ἔλθῃ σοι πάθος πρὸς ἀσέβειαν τὸ νῦν παρὸν δόγμα*, cum Aſtio *πάθος* ejiciendum puto. Eodem modo dicitur *ἐπὶ μᾶλλον*, veluti Herod. I, 94. IV, 181. cf. Aſt. ad Plat. Legg. II. p. 672. b. T. II. p. 132. et not. ad.

7. *Ἀναμνησθεὶς* —] Gatterer: *Nachdem er hernach erinnert.* Vellem *ἀναμνησθεὶς* hoc ſignificare poſſet. Nunc vero vituperandus eſt cenſor, quod ita loquatur, ac ſi forte fortuna prudentiſſimus hiſtoricus ad illas res ſit delapſus, immemor adeo, ſi Diis placet, quo tempore, quae referat, geſta fuerint. Scriptoris conſilium ab ipſo doceri debebat Dionyſius. V. c. 97.

γράφει] c. 118.

ὅσα πρόφασις τοῦδε τοῦ πολέμου κατέστη. Ταῦτα δὲ ξύμπαντα, ὅσα ἔπραξαν οἱ Ἕλληνες πρός τε ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸν βάρβαρον, ἐγένετο ἐν ἔτεσι πεντήκοντα μάλιστα, μεταξὺ τῆς τε Ξέρξου ἀναχωρήσεως καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου· ἐν οἷς οἱ Ἀθηναῖοι τήν τε ἀρχὴν ἐγκρατεστέραν κατεστήσαντο καὶ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι οὔτε ἐκώλυον, εἰ μὴ ἐπὶ βραχύ, ἡσυχάζοντες τὸ πλέον τοῦ χρόνου, ὄντες μὲν καὶ πρὸ τοῦ μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους, εἰ μὴ ἀναγκάζοιντο, τὸ δέ τι καὶ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι, πρὶν δὴ ἡ δύναμις τῶν Ἀθηναίων σαφῶς ἤρετο καὶ τῆς ξυμμαχίας αὐτῶν ἥπτοντο. Τότε δὲ οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ἐπι-

---

8. πρόφασις τοῦδε] Inclusum μεταξύ additum e vulg. editionibus, et rursum ab iisdem abest inclusa πρός. Sylb. Μεταξύ, male a Sylburgio ante τοῦδε intrusum, rursus expunxi. Liquet enim e proxime insequentibus male huc relatum esse. Et ab ipsius Thucydidis plerisque et optimis codicibus abesse μεταξύ testantur interpretes. Denique non supervacaneum modo est, sed etiam officit sententiae. Reisk. Recte monuit. Abest enim haec vox a Reg. Cass. Aug. Gr. Cl. Ar. C. Dan. Vindob. et Pariss. C. G. H. J. Mirarer tamen, si Gailius in caeteris eam invenisset. Vallam quoque eam non legisse, annotat Stephanus, qui et ipse adverbium inutile commode abesse posse pronunciat. Quomodo Kistemakerus μεταξύ loco lib. III, 21. defendi censere potuerit, equidem non assequor. Cf. Bredow. Annot. Heilmanni versioni praem. p. 47. et Poppo obss. p. 96.

πρὸς τὸν βάρβαρον] Πρός Thucydidis codd. non agnoscunt, ac tametsi proprie vel sic, ut Dionysius habet, dicendum erat, vel πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τὸν βάρβαρον, tamen πρός τε ἀλ. καὶ τὸν β. non sollicitandum est, id quod innumeris doceri potest ejusdem trajectionis exemplis.

τῆς τε Ξέρξου] Τε cum optimis codd. ejecit Haack.

ἡσυχάζοντες] In eisdem vulg. ed. legitur ἡσύχαζόν τε, *quiescebantque*. Seq. v. τὸ δέ τι significat *partim etiam*. Sylb. In Thuc. et cod. Bodl. ἡσύχαζόν τε, quiescebantque. [Neque ex Thucydidis codd. ulla varietas est enotata.] Seq. v. (ut notavit Sylb.) τὸ δέ τι significat *partim etiam*. Huds. Mihi leg. videtur τότε δ' ἔτι, *tunc autem adhuc quoque* — Reisk. Fallitur. Nam quemadmodum dicitur ὁ μὲν — ὁ δέ τις, ita quoque dici potest τὸ μὲν — τὸ δέ τι —; cumque prius saepe reticeatur, simpliciter τὸ δέ τι, ut Thuc. I, 107. VII, 48. in. ubi quae Benedictus tentat, non opus est, ut refutentur. Nostro autem loco τὸ δέ τι refertur ad ὄντες μέν.

836 χειρητέα ἐδόκει εἶναι πάσῃ προθυμίᾳ καὶ καθαιρετέα ἡ ἰσχύς, ἣν δύνωνται, ἀραμένοις τόνδε τὸν πόλεμον."

1 XI. Ἐχρῆν δ' αὐτόν, ἀρξάμενον τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου ζητεῖν, πρώτην ἀποδοῦναι τὴν ἀληθῆ καὶ ἑαυτῷ δοκοῦσαν. Ἥ τε γὰρ φύσις ἀπῄτει τὰ πρότερα τῶν ὑστέρων ἄρχειν καὶ τἀληθῆ πρὸ τῶν ψευδῶν λέγεσθαι, ἥ τε τῆς διηγήσεως εἰςβολὴ κρείττων ἂν ἐγίνετο μακρῷ τοιαύτης οἰκονο-
2 μίας τυχοῦσα. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνό τις ἂν εἰπεῖν ἔχοι τῶν ἀπολογεῖσθαι περὶ αὐτοῦ βουλομένων, ὅτι μικρὰ καὶ οὐκ ἄξια λόγου τὰ πράγματα ἦν ἢ κοινὰ καὶ κατημαξευμένα τοῖς πρὸ αὐτοῦ, ὥςτε μηδὲν δεῖν ἀπὸ τούτων τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι. Αὐτὸς γὰρ ὡς ἐκλειφθέντα τὸν τόπον τοῦτον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ἄξιον ἱστορίας ὑπείληφεν, αὐταῖς λέξεσιν οὕτω γρά-
3 φων. „Ἔγραψα δὲ αὐτὰ καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιη-

ἣν δύνωνται] Pro ἣν scriptus liber habet articulum ἥν: perperam. Sylb.

XI, 1. Ἐχρῆν δ' αὐτὸν —] Haec argumentatio plane nova est. Ac primum priora posterioribus praeponi debere, non simpliciter verum est, licetque scriptori ordinem invertere, si aliae rationes hoc suadent. Deinde ut vera prius quam falsa enarrentur, nulla postulat natura. Sic qui falsam sententiam refutaturus est, primo hanc proponat oportet, deinceps veram explicaturus. Similis autem Thucydidis est ratio, qui de falsis, sed vulgo creditis belli Peloponnesiaci caussis, primo exponit, easque tantummodo praetextas fuisse, eo ostendit, quod, re altius repetita, belli originem ab invidia, quam de Atheniensium incrementis Lacedaemonii conceperant, derivandam esse commonstrat. Aliam rationem Thucydidis defendendi iniit Heilmann. l. l. p. 94. sq.

2. κατημαξευμένα] Κατημαξευμένα legitur etiam apud Hesychium; apud Suidam vero καθημαξευμένα: [sic etiam apud Nostrum de oratt. ant. p. 450. 9.] sicut etiam ἅμαξαν alii malunt, alii ἄμαξαν; hi, quasi ἅμας ἄγουσαν; illi, velut ἅμα ἄγουσαν τὰ ἐπιτιθέμενα. Sylb. „Vide Phavorin. p. 281. v. 39. et Hesych. T. II. p. 201, 195. Cyrilli Lexicon Ms. κατημαξευμένος· τετριμμένος. Eodem modo aliud Lexicon Ms. Utitur etiam hoc vocabulo Origenes T. IV. p. 297. A. Philo. p. 266. edit. Col. Allobrog. 1613. et Aelianus in fragmentis p. 806. edit. Kuhn. [p. 548. seq. ed Kühn.]" Matthaei. l. l. p. VIII.

οὕτω γράφων] c. 97.

3. τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου] Laudat haec, articulis abjectis, Cic. ad Att. VII, 1, 3. Schütz. Pro ἐκβολή alios dicere παρεκβολή, ἔκβασις, παρέκβασις, monuimus ad I, 6, 11.

σάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τὸ χωρίον τοῦτο ἦν καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά· τούτων δὲ ὧνπερ καὶ ἥψατο 837 ἐν τῇ Ἀττικῇ συγγραφῇ Ἑλλάνικος, βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη. Ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη."

XII. Ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο τεκμήριον ἦν τοῦ μὴ 1 κατὰ τὸν ἄριστον τρόπον ᾠκονομῆσθαι τὴν διήγησιν ὑπ᾽ αὐτοῦ, λέγω δὲ τὸ μὴ κατὰ φύσιν ἔχειν. Πρόςεστι δὲ τούτῳ καὶ τὸ μὴ εἰς ἃ δεῖ κεφάλαια τετελευτηκέναι τὴν ἱστορίαν. Ἔτη γὰρ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι περιειληφότος τοῦ πολέμου πάντα 2

ἐκλιπὲς το χωρίον τοῦτο ἦν] In Thuc. ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον et [pro ὧνπερ, ut ante Reiskium vulgabatur] ὅςπερ. in Editis tamen quibusdam [Steph. I. ut et in cod. Ar. atque ex em. in Gr.] ὥςπερ. Hudſ. Ego praetuli quidem ὅςπερ e recentiſſimis Thucydidis editionibus. Haud diſſimulabo tamen, me ſuſpicari, Thucydidem dediſſe τούτων δ᾽, ἐν ᾧπερ: *harum autem rerum, ubi, vel quo loco meminit Hellanicus, ibi breviterque et parum in ratione temporum diligenter meminit.* Reisk. De inutili conjectura dicere non attinet. Ὧνπερ revocavi. cum ſenſu non careat, etſi Thucydidem ὅςπερ ſcripſiſſe, non dubito.

ἐπεμνήσθη] „Perperam poſt ἐπεμν. Bauer. et Gail. [etiam Haack.] colon ponunt, ac ſi ſequentia ad Hellanicum pertineant; ſed referuntur ad αὐτά et τούτων, h. e. ad ea, quae Thucyd. conſcripſit; tantillae rei ignoratio ineptam peperit Reisk. emendationem [οὐκ ante ἔχει inſerentis in Anim. p. 13.] Non haec ad Hellanicum pertinere, animadvertiſſe etiam Sturz. ad Hell. Fragm. p. 12. videtur." Beck. Novae rec. Thuc. librr. ſpec. p. XVII. Etenim ἅμα δὲ — alteram cauſam continet, cur hanc digreſſionem fecerit auctor, ideoque ad ἔχει facile ἐκβολή vel ex ἔγραψα — τὰ γεγραμμένα repetitur.

ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη] Miror cum Dionyſio omnes Thucydidis codices vocem τρόπῳ agnoſcere. Equidem ut a ſcriptore eam profectam eſſe credam, nondum animum inducere poſſum.

XII, 1. λέγω δὲ] Sic emendavi vulg. δή, quod hac ratione poſt λέγω, dico, *ich meine*, nunquam inſeritur. Exempla illius ubivis obvia. V. 2, 2. Jud. de Lyſ. p. 454. 13. 473. 8. 491. 12. De Compoſ. p. 92. 136. Schaefer.

εἰς ἃ δεῖ] Legi puto εἰς ἃ ἔδει. Cf. 17, 1. τιθέναι μέν, ἃς οὐκ ἔδει, παραλιπεῖν δέ, ἃς ἔδει λέγεσθαι ῥητορείας. Adde I, 5, 9. II, 14, 5.

2. ἑπτὰ καὶ εἴκοσι] Sic Thuc. V, 26. Aliter Xenophon. Hell. II, 3, 9. Sed de hujus rationibus adhuc ſub judice lis

τὸν χρόνον τοῦτον ἕως τῆς καταλύσεως βιώσας, μέχρι τοῦ δευτέρου καὶ εἰκοστοῦ κατεβίβασεν ἔτους τὴν ἱστορίαν, τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα ναυμαχίᾳ τὴν ὀγδόην βίβλον παρεκτείνας, καὶ ταῦτα προειρηκὼς ἐν τῷ προοιμίῳ πάντα περιλήψεσθαι τὰ πραχθέντα κατὰ τόνδε τὸν πόλεμον· καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ βίβλῳ πάλιν συνανακεφαλαιῶν [τε] τοὺς χρόνους, ἀφ' οὗ 838 τ' ἤρξατο καὶ μέχρις οὗ προελθὼν κατελύθη, ταῦτα κατὰ 3 λέξιν γέγραφε· „Καὶ τοῖς (ἀπὸ) χρησμῶν τι ἰσχυρισαμένοις μόνον δὴ τοῦτο ὀχυρῶς ξυμβάν. Ἀεὶ γὰρ ἐγὼ μέμνημαι, καὶ ἀρχομένου τοῦ πολέμου καὶ μέχρις οὗ ἐτελεύτησε, προφερόμενον ὑπὸ πολλῶν, ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι αὐτόν. Ἐπεβίων δὲ διὰ παντὸς αὐτοῦ, αἰσθανόμενός τε τῇ ἡλικίᾳ καὶ προςέχων τὴν γνώμην, ὅπως ἀκριβῶς τι εἴσομαι.

---

eſt, quam equidem eo non diremtam putaverim, quod quae explicare nequeas, ab interpolatore profecta dicas.

μέχρι τοῦ δευτέρου κ. ε.] V. ad I, 5, 10.

τῇ περὶ Κ. — παρεκτείνας] Hujus ſtructurae exempla fruſtra quaeſivi. Fortaſſe legendum *μέχρι τῆς π. Κ. σ. ναυμαχίας*. Cf. 5, 2. 25, 3. Jud. de Iſaeo p. 586. ſq. Poſt *παρεκτείνας* male major diſtinctio ponitur. De *καὶ ταῦτα* v. Matthiae. Gr. Gr. §. 471. 7.

συνανακεφαλαιῶν τε] *Τε* cum non habeat quo referatur, uncis includendum curavi. Saepius vocula haec e ſequenti *τ* orta.

ταῦτα κ. λ. γέγραφε] c. 26.

3. *καὶ τοῖς* (*ἀπὸ*) —] Incluſa praepoſitio *ἀπό* addita ex vulgatis Thucydidis exemplaribus; in iisdem pro *ὀχυρῶς* legitur *ἐχυρῶς*: et mox *ἔγωγε* pro *ἐγώ*. Iidem libri [pro *ἀκριβῶς τι*] habent *ἀκριβές τι*, Alioqui *ἀκριβῶς τι* ſic accipiendum foret, ut *διαφερόντως τι* ſupra [III, 4, 2.] Iidem libri habent *τοῖς Πελοποννησίων*, ſc. *πράγμασιν*: ex iisdem poſt *μετά* inſertus eſt incluſus articulus *τά*. Sylb. Praeterea in Reiskiana editione in §. pro *μόνον δή* excuſum *μ. δέ*, quod ex Sylb. correxi. De caeteris non attinet dicere, cum ad Thucydidem emendandum nihil ex iis proficiatur.

αἰσθανόμενός τε τῇ ἡλικίᾳ] Heilmanno l. l. p. 113. his auctor ſignificare videtur, ſe et ineunte bello ea jam aetate fuiſſe, ut vera a falſis discernere poſſet, et ad finem ejus usque eum animi virium retinuiſſe vigorem, ut accurate quidque notare, notatumque dijudicare valeret. Ambigue Dionyſius 6, 1. Obſcure Haackius Prolegg. p. XII. ſcriptorem *innuere* ait, ſe belli Peloponneſiaci tempore jam florente atate

Καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν καὶ γενομένῳ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πράγμασι καὶ οὐχ ἧσσον τοῖς Πελοποννησίοις διὰ τὴν φυγὴν καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν μᾶλλον αἰσθέσθαι. Τὴν οὖν μετὰ (τὰ) δέκα ἔτη διαφοράν τε καὶ ξύγχυσιν τῶν σπονδῶν καὶ τὰ ἔπειτα, ὡς ἐπολεμήθη, ἐξηγήσομαι."

---

fuiſſe. Quonam quaeſo hujus belli tempore? initio, an fine? Illud intelligerem, niſi quae idem vir doctus ad noſtrum locum annotat: „integris ad cognoſcendum ſenſibus valens per aetatem." finem ſignificare viderentur. Ego potiſſimum, poſteriorem belli partem reſpici puto, cum ejus initio Thucydidem florente aetate fuiſſe, ſponte intelligatur. Nam qui initio belli quod multorum annorum fore praevidet, ejus hiſtoriam ſe inſtituiſſe dicit, is eo tempore non παρηβηκώς eſſe poterat: poterat eodem exeunte. Quod ſi fuiſſet, de facultate ejus rerum veritatem explorandi dubitari potuiſſe apparet, atque ejusmodi dubitationes ut removeret ſcriptor, declarandum ſibi eſſe duxit, ſe fine quoque belli αἰσθέσθαι τῇ ἡλικίᾳ. Fuerit autem Thucydides bello extremo circiter quinquaginta annos natus, ſi verum eſt, quod Marcellinus p. 726. tradit, eum παύσασθαι τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη. Sed hic antiquitus ſcriptum fuiſſe π' ἔτη i. e. ὀγδοήκοντα ἔτη ſuſpicatur Dodwellus, probantibus Bredowio l. l. p. 9. ſq. et Haackio l. l. p. XII. At hos falſos eſſe, quovis pignore contenderim. Admiſſa enim hac emendatione (quae Pamphilae fide nititur, Thucydidem belli Pelop. initio quadraginta annos natum, fuiſſe referentis ap. Gellium N. A. XV, 23.) Viri docti efficiunt, ſcriptorem bello exeunte ſeptem et ſexaginta annos natum eique plus tredecim ſuperſtitem fuiſſe. Quod ſi fuiſſet, nec tanta fiducia ſe omnia τῇ ἡλικίᾳ αἰσθέσθαι dixiſſet, nec, quod graviſſimum eſt, hiſtoriam ſuam imperfectam reliquiſſet. Praeterea quod veterum plures tradunt, Thucydidem puerum Olympiae Herodotum hiſtorias ſuas recitantem audiviſſe, bene cum ea, quam mihi probari dixi, ratione conciliari poteſt: non item cum altera. Quod qui perſpexit, Bredovius, huic narrationi fidem denegavit. Omitto alia.

μετὰ τὴν ἐς Ἀ. στρατηγίαν] V. de ea IV, 104. ſqq. Cf. Marcellin. p. 724. 728. Quod Timaeus ap. eund. p. 724. extr. et Anonym. p. 734. produnt, Thucydidem exilio multatum, in Italiam habitatum conceſſiſſe, id vereor, ut omnino confictum ſit. Poterat quidem, ut Niebuhr. H. R. T. I. p. 41. 151. ſtatuit, multa de Italia Siciliaque diſcere ex Antiocho, ſed quae de Syracuſis ſcripſit αὐτόπτην prodere videntur.

τι αὐτῶν] V. Matthiae. Gr. Gr. §. 487. 2. Lexic. Xenoph. T. IV. p. 298. 13.

ὡς ἐπολεμήθη] Cf. Thuc. I, 1. VII, 63. Ariſtoph. Pac. 264. Weſſeling. ad Herod. I, 163. VIII, 67. Matthiae. Gr. Gr. §. 295. Elmsl. ad Eurip. Med. 440.

1 XIII. Ὅτι δὲ καὶ περὶ τὰς ἐξεργασίας τῶν κεφα-
839 λαίων ἧττον ἐπιμελής ἐστιν, ἢ πλείονας τοῦ δέοντος λόγους ἀποδιδοὺς τοῖς ἐλαττόνων δεομένοις ἢ ῥαθυμότερον ἐπιτρέχων τὰ δεόμενα πλείονος ἐξεργασίας, πολλοῖς τεκμηρίοις βεβαιῶ-
2 σαι δυνάμενος ὀλίγοις χρήσομαι. Τὰς μὲν πρώτας Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων ναυμαχίας ἀμφοτέρας περὶ τὴν τελευτὴν τῆς δευτέρας βίβλου γράφειν ἀρξάμενος, ἐν αἷς πρὸς ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ναῦς Πελοποννησίων εἴκοσι ναυσὶν Ἀθηναῖοι * * * μόνοι πρὸς πολλαπλασίους τῶν βαρβάρων ναυμαχήσαντες ἃς μὲν διέφθειραν, ἃς δὲ αὐτάνδρους ἔλαβον,
840 οὐκ ἐλάττους ἢ ὅσας ἔστειλαν ἐπὶ τὸν πόλεμον. Θήσω δὲ καὶ
3 τὴν λέξιν αὐτοῦ· „Ἐγένετο μετὰ ταῦτα καὶ ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία

XIII, 1. ἢ ῥαθυμότερον] Scriptus liber copulative habet καὶ ῥαθ. ſed disjunctivam ἢ ſenſus ipſe poſtulat; et ſic legendum eſſe declarant etiam ſequentia p. 840. 8. [§. 4.] et p. 846. v. 12. [16, 1.] Sylb.

2. τὰς μὲν πρώτας —] Mutilatus eſt locus et hoc fere modo complendus. Primum poſt ὀλίγοις χρήσομαι ponenda eſt diſtinctio periodica; deinde poſt μόνοι tale quidpiam inſerendum: ἐμαχέσαντο, μακρῷ καὶ διεξοδικῇ χρῆται διηγήσει· τοὐναντίον δὲ ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ βραχέως πάνυ ἐπιτρέχει τήν τε πεζομαχίαν καὶ τὴν ναυμαχίαν, ἐν ᾗ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς πολλ. τ. β. Significare enim vult, alterum navale proelium, in quo minore virtutis ſplendore cum Peloponneſiis dimicatum fuit, prolixius a Thucydide denarratum eſſe: alterum vero, quo terra marique, uno eodemque die, ſumma cum gloria Perſae ſuperati fuerant, admodum breviter ab eo eſſe perſtrictum. Sylb. Lacunae ſigna poſui, non tamen poſt μόνοι, ſed ante hoc verbum: quod ſi ad praegreſſa pertineret, auctor μόνον ſcripſiſſet, quod fortaſſe poſt Ἀθηναῖοι ab eo poſitum fecit, ut ὁμοιοτέλευτον lacunae cauſa extiterit. Sententiam cenſoris haud dubie recte exprimit Sylburgii ſupplementum. Reprehendit enim Dionyſius Thucydidem, quod de primis Athenienſium ac Peloponneſiorum pugnis navalibus accurate fuſeque expoſuerit II, 83—93. at proelium terreſtre navaleque ad Eurymedontem, multo iſtis majus graviusque, paucis modo tetigerit 1, 100. Nimirum non advertit criticus, de hoc in tranſcurſu tantum agere ſcriptorem, cum ad propoſitum ſuum eatenus tantum pertineret, quatenus eo Athenienſium opes incrementa ceperant.

3. Ἐγένετο δὲ] Δέ quod ex Thuc. addiderant, rurſus expunxi.

Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους καὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος, καὶ εἷλον τριήρεις Φοινίκων καὶ διέφθειραν τὰς πάσας ἐς διακοσίας.“ Ὅμοια δ' ἐστι· παρ' αὐτῷ καὶ τὰ 4 κατὰ τὰς πεζικὰς μαχάς, ἢ μηκυνόμενα πέρα τοῦ δέοντος ἢ συναγόμενα εἰς ἔλαττον τοῦ μετρίου. Τὰ μέν γε περὶ Πύλον Ἀθηναίοις πραχθέντα καὶ τὰ περὶ τὴν Σφακτηρίαν καλουμένην νῆσον, ἐν ᾗ Λακεδαιμονίους κατακλείσαντες ἐξεπολιόρκησαν, ἀρξάμενος ἐν τῇ τετάρτῃ βίβλῳ διηγεῖσθαι καὶ μεταξὺ τοῦ πολέμου τοῦδε πράξεις τινὰς ἑτέρας παραδιηγησάμενος, εἶτ' αὖθις ἐπιστρέψας ἐπὶ τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἑξῆς ἅπαντα τὰ γεγενημένα κατὰ τὰς μάχας ὑπ' ἀμφοτέρων διελήλυθεν ἀκριβῶς καὶ δυνατῶς, πλείους ἢ τριακοσίους στίχους αὐτοῖς ἀποδεδωκὼς [ταῖς μάχαις], καὶ ταῦτα οὐ 841 πολλῶν ὄντων οὔτε τῶν ἀπολομένων οὔτε τῶν παραδόντων τὰ ὅπλα. Αὐτός γέ τοι συγκεφαλαιούμενος τὰ περὶ τὴν μάχην κατὰ λέξιν οὕτω γράφει· „Ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ νήσῳ 5

τὰς πάσας ἐς διακ.] Comma, quod in Thuc. edd. post πάσας collocatur, miror non sustulisse Haackium. Fortasse tamen non rectius locum cepit Dionysius, etsi certi quicquam ex ejus verbis: οὐκ ἐλάττους ἢ ὅσας ἔστειλαν ἐπὶ τὸν πόλεμον, non licet colligere.

2. Ὁ δὲ Δημοσθένης —] Locus Thucydidis legitur libro 7. a fine capitis 69. ad initium capitis 72. Reisk.

Εὐθύδημος] Thucydidis exemplaria habent Εὔδημος. Sylb. Hudsonus et secundum eum Duckerus operam dede-

γοὶ ἐπέβησαν — ἄραντες ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου εὐθὺς ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος καὶ τὸν παραλειφθέντα
3 διέκπλουν, βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω. Προεξαναγό-
875 μενοι δὲ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ναυσὶ παραπλησίαις τὸν ἀριθμὸν καὶ πρότερον, κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον καὶ κατὰ τὸν ἄλλον κύκλῳ λιμένα, ὅπως πανταχόθεν ἅμα προςπίπτοιεν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὁ πεζὸς αὐτοῖς ἅμα παρεβοήθει, ᾗπερ καὶ αἱ νῆες κατίσχοιεν. Ἦρχον δὲ τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Συρακουσίοις — Σικανὸς μὲν καὶ Ἀγάθαρχος κέρας ἑκάτερος τοῦ παντὸς ἔχων, Πυθὴν δὲ
4 καὶ οἱ Κορίνθιοι τὸ μέσον. Ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι

---

runt, ut nunc quoque in Thucydide legatur nomen Euthydemi. Reisk.

τοῦ λιμένος· καὶ τὸν παραλειφθέντα διέκπλουν βουλ. β. εἰς τ. ε.] *Καί* videtur delendum aut cum *κατά* mutandum. Reisk. Consulere debebat Duckerum, quem recte sequitur Haackius. Idem ego feci.

παραλειφθέντα] Apud Thucyd. *καταλειφθέντα.* Dudithius legit *καταληφθέντα, occupatum.* Sylb. Sic etiam Valla et cod. Mosq. Sed verum est, quod Thucydidi reddidit Haackius, *παραλειφθέντα*, ut Noster etiam habet.

5. *προεξαναγόμενοι*] Apud Thuc. legi *προεξαγαγόμενοι* annotavit Sylburg. quod quamquam e codd. nil varietatis enotatum est, tamen non verum puto. Nam recte quidem *προεξάγειν* de peditatu dicitur VII, 6. §7. VIII, 28. non item *προεξάγεσθαι* de navibus. Quare genuinum servasse puto Dionysium, idemque visum esse gaudeo Duckero et Jacobsio, qui in Attica sic edidit.

καὶ πρότερον] Respicitur c. 52.

παρεβοήθει] In Duckerana est *παραβοηθῇ.* Reisk. Ita in omnibus edd., haud dubie recte; nec morandi sunt codd. ii, qui optativum exhibent, quem aliquis ob praegressum *προςπίπτοιεν* substituit. Cf. III, 22: *παρανίσχον — φρυκτοὺς — ὅπως ἀσαφῆ τὰ σημεῖα τῆς φρυκτωρίας τοῖς πολεμίοις ᾖ καὶ μὴ βοηθοῖεν.* VI, 96: *λογάδας τῶν ὁπλιτῶν ἐξέκριναν —, ὅπως τῶν τε Ἐπιπολῶν εἴησαν φύλακες καί, ἢν ἐς ἄλλο τι δέῃ, ταχὺ ξυνεστῶτες παραγίγνωνται.*

Σικανός] Scriptus liber habet *Εἰκανός*: perperam. Sylb.

4. *Ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι*] Thucyd. exempl. *ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι*, omisso *καί* et *ἄλλοι.* Sylb. Sed voces *οἱ ἄλλοι* tanto consensu codd. fere omnes exhibent, ut Haackium mirer, hanc lectionem ex inepti interpretis correctione ortam esse suspicantem. Quis enim quaeso interpres tale

προσέμισγον τῷ ζεύγματι, τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέοντες ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ καὶ ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλείσεις, μετὰ δὲ τοῦτο, πανταχόθεν σφίσι τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων ἐπιφερομένων, οὐ μόνον πρὸς τῷ ζεύγματι ἡ ναυμαχία, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λιμένα ἐγίγνετο καὶ ἦν καρτερὰ καὶ οἵα οὐχ ἑτέρα τῶν πρότερον. Πολλὴ μὲν γὰρ ἑκατέροις προθυμία ἀπὸ τῶν ναυτῶν ἐς τὸ 5 ἐπιπλεῖν, ὁπότε κελευσθείη, ἐγίγνετο, πολλὴ δ' ἡ ἀντιτέχνη- 876

---

quid addidisset? Sed omnino Vir doctiss. saepius ab interpretibus repetit quae eos commentos esse nemo sibi persuaderi patiatur. Nimirum fugit eum Graecismus notissimus, cujus exempla habuit Thuc. IV, 118. VII, 61. Cf. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 236. Alt ad Phaedr. p. 241. Bornemann. de gem. Cyrop. rec. p. 30. De cujus origine rationis ita statuo, ut nomen vocabulo ἄλλος adjutum explicationis causa appositum esse existimem. Eodem modo τοιοῦτος usurpari docuit Heindorf. ad Phaed. p. 113. *Καὶ* post ἐπειδή librariorum culpa ex δέ, quomodo recte apud Thucydidem legitur, natum videtur. Cf. Schaefer. Melet. Crit. p. 59.

τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ] Eodem ordine Xenoph. Hellen. II, 4, 11: τὸ καταβὰν στράτευμα παρὰ βασιλέως. ubi Weiskius transpositionem meditabatur, quam simili Longini loco ab eo adhibitam esse memini. Legerat tamen l. l. §. 1: τὸ πρῶτον ἀναγόμενον πλοῖον ἐς τὴν Ἑλλάδα. V, 2, 4: τὸν ῥέοντα ποταμὸν διὰ τῆς πόλεως. VI, 5, 27: τὰ πεπραγμένα ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων. Adde Lys. c. Erat. p. 432: οἱ εἰρημένοι τρόποι ὑπ' ἐμοῦ. Aesch. c. Ctes. 40, 4. Bekker.: οἱ τεταγμένοι χρόνοι ὑπὸ τῶν προγόνων. Polyb. I, 22, 1: τὸ γεγονὸς σύμπτωμα περὶ τὸν Γναῖον. Diodor. XIV, 2: αἱ συμμαχοῦσαι νῆες τοῖς Πελοποννησίοις.

κλείσεις] Thucyd. exempl. habent κλήσεις: quod Suidas quoque Thucydidi cum tragicis commune esse adnotat. Sylb. Cf. Valkenar. ad Eurip. Phoen. 268. Sed neque hos, neque illum sibi constitisse puto. In Thucydidis quidem libris, praecipue in prioribus, toties codd. κλει — exhibent, ut audacior esset, qui ubique alteram formam reponeret. Ac magnopere falli puto eos, qui in his minutiis doctos scilicet veteres doctam constantiam affectasse opinantur, quemadmodum Fischerus in praef. ad Aesch. p. XXV. aliique.

καὶ τῶν ξυμμάχων] In Thucyd. καὶ ξυμ. et mox οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἡ ναυμαχία. Sylb.

τῶν πρότερον] Sic etiam apud Thuc. vulgatur, sed Cass. Aug. Cl. Gr. Ar. C. Mosq. Marg. et Pariss. I. K. (nimirum e pluribus non enotavit Gail.) τῶν προτέρων habent, quod non spreverim.

πολλὴ δ' ἡ] Apud Thuc. πολλὴ δὲ ἡ,

σις τῶν κυβερνητῶν καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους, οἵ τε ἐπιβάται ἐθεράπευον, ὅτε προσπέσοι ναῦς νηῒ, μὴ λείπεσθαι τὰ ἀπὸ τοῦ καταστρώματος τῆς ἄλλης τέχνης, πᾶς τέ τις, ἐν ᾧ προσετέτακτο, αὐτὸς ἕκαστος ἠπείγετο πρῶτος φαίνεσθαι.
6 Ξυμπεσουσῶν δ' ἐν ὀλίγῳ πολλῶν νεῶν — πλεῖσται γὰρ δὴ αὗται ἐν ἐλαχίστῳ ἐναυμάχησαν· βραχὺ γὰρ ἀπέλιπον ξυναμφότεραι διακόσιαι γενέσθαι — αἱ μὲν ἐκβολαὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διέκπλους ὀλίγαι ἐγίγνοντο, αἱ δὲ προσβολαὶ, ὡς τύχοι ναῦς νηῒ προσπεσοῦσα, ἢ
7 διὰ τὸ φυγεῖν ἢ ἄλλῃ ἐπιπλέουσα, πυκνότεραι ἦσαν. Καὶ ὅσον μὲν χρόνον προσφέροιτο ναῦς, οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων τοῖς ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι καὶ λίθοις ἀφθόνως ἐπ' αὐ-
877 τὴν ἐχρῶντο· ἐπειδὴ δὲ προσμίξειαν οἱ ἐπιβάται εἰς χεῖρας
8 ἰόντες ἐπειρῶντο ταῖς ἀλλήλων ναυσὶν ἐπιβαίνειν. Ξυνετύγχανέ τε πολλαχοῦ διὰ τὴν στενοχωρίαν τὰ μὲν ἄλλοις ἐμβεβληκέναι, τὰ δὲ αὐτοὺς ἐμβεβλῆσθαι, δύο τε περὶ μίαν καὶ ἔστιν ἣ καὶ πλείους ναῦς κατ' ἀνάγκην ξυνηρτῆσθαι καὶ τοῖς

---

6. δ' ἐν ὀλίγῳ] Apud Thuc. δὲ ἐν ὀλ. Cum Dionyſio conſentit Gr.

ἐν ἐλαχίστῳ] Scriptus liber habet ἐν ὀλίγῳ, ut in praeced. membro. Mihi vulgata ſcriptura viſa eſt magis conſentanea. Sylb. Haud dubie ſcripti libri lectio e praegr. ἐν ὀλίγῳ nata eſt.

ἐκβολαὶ] Vulgata Thucyd. exempl. habent ἐμβολαὶ et [mox pro φυγεῖν] φεύγειν pr. temp. Sylb. Dedi ἐμβολαί. Reisk. Habent tamen ἐκβολαί Thucydidis codd. non quidem fere omnes, ut affirmat, qui, ut ſaepius, var. lect. negligenter inſpexit, Benedictus, ſed Caſſ. Aug. Reg. (G.) Ar. C. Marg. et Pariſ. K., D. ἐςβολαί exhibet, I. ἐκβολαί et ς ſ. κ. Repoſui igitur ἐκβολαί, quamquam apud Thucydidem recte legi puto ἐμβολαί. V. Haack. et cf. II, 89. Φυγεῖν cum Noſtro habent Reg. Caſſ. Aug. Mosq. Gail. nihil enotavit.

τὰς ἀνακρούσεις καὶ διέκπλους] Aut utrobique omittendi ſunt articuli, aut utrobique addendi, ut aut ſit ἀνακρούσεις (ſine τὰς) καὶ διέκπλους, aut τὰς ἀνακρούσεις καὶ τοὺς διέκπλους. Reisk. Fallitur. V. I, 143: χρὴ ὅτι ἐγγύτατα τούτων διανοηθέντας τὴν μὲν γῆν καὶ οἰκίας ἀφεῖναι —. VII, 71. in.: πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύστασιν τῆς γνώμης εἶχε. Plat. Polit. IX. p. 586. e: τῇ ἐπιστήμῃ καὶ λόγῳ. VIII. p. 557. c: οἱ παῖδές τε καὶ γυναῖκες. Legg. VI. 784. e: ὁ σωφρονῶν καὶ σωφρονοῦσα. Ib. p. 771. e: τῇ παρούσῃ φήμῃ καὶ λόγῳ.

κυβερνήταις τῶν μὲν φυλακήν, τῶν δ' ἐπιβουλήν, μὴ καθ' ἓν ἕκαστον, κατὰ πολλὰ δὲ πανταχόθεν περιεστάναι καὶ τὸν κτύπον ἀπὸ πολλῶν νεῶν ξυμπιπτουσῶν ἔκπληξίν τε ἅμα καὶ ἀποστέρησιν τῆς ἀκοῆς ὧν οἱ κελευσταὶ ἐφθέγγοντο παρέχειν. Πολλὴ γὰρ δὴ παρακέλευσις καὶ ἡ βοὴ ἀφ' ἑκατέ- 9 ρων τοῖς κελευσταῖς κατά τε τὴν τέχνην καὶ πρὸς τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν ἐγίγνετο, τοῖς μὲν Ἀθηναίοις βιάζεσθαί τε τὸν ἔκπλουν ἐπιβοῶντες καὶ περὶ τῆς ἐς τὴν πατρίδα σωτηρίας νῦν, εἴ ποτε καὶ αὖθις, προθύμως ἀντιλαμβάνεσθαι, τοῖς δὲ Συρακουσίοις καὶ ξυμμάχοις, καλὸν εἶναι κωλῦσαί τε αὐτοὺς διαφυγεῖν καὶ τὴν οἰκείαν ἑκάστου πατρίδα νικήσαντες ἐπαυ- 878 ξῆσαι. Καὶ οἱ στρατηγοὶ προσέτι ἑκατέρων, εἴ τινά που 10

τὸν κτύπον] Inclusa [μέγαν post κτύπον et τῶν ante νεῶν] addita sunt e vulg. exemplaribus. Eadem habent φθέγγοιντο et mox omittunt inclusum articulum ἡ [ante βοή]. Sylb. Μέγαν, quod addiderat Sylburg. ego expunxi, cum incertum sit, an Dionysius id in exemplari suo invenerit, quamquam a Thucydide profectum esse codicum consensus testatur. Noli objicere posituram. Nam post κτύπον incidendum et ad μέγαν intelligendum est ὄντα. Male Reisk. ad μέγαν ἀπό adscripsit: „Videtur ὡς inserendum." Articulum τῶν ante νεῶν quem Sylburg. ex Thuc. edd. addiderat itidem omisi, eumque damnant meliores codd.

9. καὶ ἡ βοή] Aut etiam hic omittendus est articulus, ut abest a vulgatis Thucydidis libris [neque codd. eum agnoscunt] aut etiam ad παρακέλευσις addendus est, ut sit πολλὴ γὰρ δὴ ἡ παρακέλευσις. Reisk. Ἡ ex praegresso καί natum.

ἐγίγνετο· τοῖς μὲν —] Sic et vulgati Thucydidis libri. Et excusat hanc constructionis perturbationem Duckerus more Thucydidis ἀνακόλουθα affectantis; cujus moris exempla quaedam affert: mihi tamen probabile fit, hic deesse aliquid post ἐγίγνετο, e. c. οἳ ἠκούοντο, *qui portisculi audiebantur, Atheniensibus quidem cum vociferatione imperantes.* Reisk. Sanus est locus si quis alius. V. Ducker. et Commentatt. IV, s. n. 17.

ἀντιλαμβάνεσθαι] Thucyd. ex. habent ἀντιλαβέσθαι [ἀντιλαμβάνεσθαι tamen Reg. offert.] et [mox pro ἑκάστου] ἑκάστους, *singulos.* Sylb. Ἑκάστου cum Dionysio praebent Reg. Cass. Aug. Marg. F. G. I. et s. l. K.

νικήσαντες] Apud Thuc. νικήσαντας.

πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν, μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας, ἐτρέποντο, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες ὀλοφυρμῷ τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο καὶ ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο. Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆ-
13 γον. Ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον ἢ ἀπώλλυντο. Ἦν τε ἐν τῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμός, βοή, νικῶντες,

---

locum occupabant, magis etiam adſpectum pugnae habere cogebantur, i. e. *clarius quam pugnantes ipſi omnia contuebantur*, ideoque ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο.

ἀνεθάρσησάν τε ἂν] V. Hermann. ad Viger. p. 825. Matthiae. Gr. Gr. §. 598. a. Buttmann. Gr. Gr. §. 126. n. 5. p. 522. ed. oct.

οἱ δέ] Idem [ſcriptum Dudithii] exemplar habet οὐδέ. Rectius in libris vulg. οἱ δέ. Sylb. Perpetua haec confuſio. V. Thuc. VI, 35. Lucian. Somn. §. 7. p. 8. cum var. lect.

ἀντιπάλου τι] Iidem libri habent ἀντίπαλόν τι eodem caſu; et mox [§. 13.] τῷ αὐτῷ στρατ. Sylb. Ἀντιπάλου τι haud dubie librario debetur. Poſt ἄλλοι δέ comma ſuſtuli, quia καί arcte cum his verbis jungendum eſt.

ἐν τοῖς χαλεπώτατα] V. Hermann. ad Viger. p. 787. Matthiae Gr. Gr. §. 289. Buttmann. Gr. Gr. p. 584. ſq. Bredow. et Haack. ad Thuc. III, 17.

13. τῷ στρατεύματι] Quod in Thuc. edd. interponitur, αὐτῷ, non agnoſcunt Reg. Caſſ. Aug. Ar. C. Dan. Mosq. In Pariſſ. tantum duobus C. I. hanc vocem non legi vix crediderim Gailio. Valla tamen eam expreſſit.

νικῶντες, κρατούμενοι] Verba ſic nuda in ſe, extra connexionem, ſpectata, vitii nihil, nihil ſuſpicionis habent. Bene Graecum eſt, Thucydideum quidem, ἦσαν ἀκοῦσαι νικῶντες, ἦσαν ἀκοῦσαι κρατούμενοι pro ἦσαν ἀκοῦσαι φωναὶ καὶ νικώντων καὶ κρατουμένων. Verum inſequentia ὅσα ἄλλα στρατόπεδον ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι ſubjiciunt, paulo ante recitatas eſſe voces ingentis exercitus in tanto discrimine. Atqui ejusmodi exercitus non clamat νικῶντες, ſed νικῶμεν, neque κρατούμενοι, ſed κρατούμεθα. Praeferam equidem primam perſonam pluralis indicativi utroque loco, nominativo participii; *vincimus, vincimur*. Reisk. De ejusmodi emendatione ſilere ſatius duco.

κρατούμενοι, ἄλλα, ὅσα ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ μέγα στρατό- 88
πεδον πολυειδῆ ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι. Παραπλήσια δὲ
καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἔπασχον, πρίν γε δὴ οἱ Συρακού-
σιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐπὶ πολὺ ἀντισχούσης τῆς ναυμαχίας,
ἔτρεψάν τε τοὺς Ἀθηναίους καὶ ἐπικείμενοι λαμπρῶς, πολ-
λῇ κραυγῇ καὶ διακελευσμῷ χρώμενοι κατεδίωκον ἐς τὴν γῆν.
Τότε δὴ ὁ μὲν ναυτικὸς στρατός, ἄλλος ἄλλῃ, ὅσοι μὴ με- 14
τέωροι ἑάλωσαν, κατενεχθέντες, ἐξέπεσον ἐς τὸ στρατόπε-
δον· ὁ δὲ πεζός, οὐκέτι διαφόρως, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς οἰ-
μωγῇ τε καὶ στόνῳ, πάντες δυςανασχετοῦντες τὰ γιγνόμενα,
οἱ μὲν ἐπὶ τὰς ναῦς παρεβοήθουν, οἱ δὲ πρὸς τὸ λοιπὸν τοῦ
τείχους ἐς φυλακήν, ἄλλοι δὲ καί, οἱ πλεῖστοι, ἤδη περὶ
σφᾶς αὐτοὺς καὶ ὅπῃ σωθήσονται, διεσκόπουν. Ἦν τε ἐν

ἄλλα] Cf. Plat. Gorg. p. 517. d: ἱμάτια, στρώματα, ὑποδήματα, ἄλλα, ὧν ἔρχεται σώματα εἰς ἐπιθυμίαν. ubi Heindorfius citra necessitatem τἄλλα edidit. Demosth. Phil. IV. p. 133. 28: πολλὰ δὲ καὶ παραλείπω, Φεράς, τὴν ἐπ' Ἀμβρακίαν ὁδόν, τὰς ἐν Ἤλιδι σφαγάς, ἄλλα μυρία. Cf. Philipp. III. p. 124. 15. Dionys. Antiqq. VI, 76. p. 1214. 2. Plat. Polit. X. p. 598. c. De asyndeto sublimitatis fonte cf. Longin. XIX. qui Xenoph. Hellen. IV, 3, 19. laudat. Adde II, 4, 33. Cyrop. VII, 1, 38. III, 3, 59. V, 2, 5. Plutarch. Lys. 11. Thucydidem in hac pugna describenda aemulari videtur Lys. orat. fun. p. 98. sqq.

14. τότε δή] Sic etiam Aug. atque ita pro τότε δέ ediderat Wass. Gail. nihil enotavit, unde tamen non conjecerim Pariss. omnes δή exhibuisse, recteque Haackium reposuisse puto τότε δέ, quamquam τότε δή *aperte* corruptum non dixerim.

ἄλλος ἄλλῃ — κατενεχθέντες] V. Matthiae. Gr. Gr. §. 501. b.

ἄλλοι δὲ καί, οἱ πλεῖστοι, ἤδη] Male vulgo ante καί et post ἤδη inciditur. Ἄλλοι δὲ καί supra §. 12. eodem modo habuimus, et infra 28, 5. eadem ratione οἱ δέ τινες καί — usurpatum; οἱ πλεῖστοι appositionem, quam dicunt, facit ad ἄλλοι V. II, 4. Cf. Commentatt. III, 11. n. 74. Caeterum καί a vulg. Thuc. edd. abest; reposuit ex codd. Haackius, secus tamen ac nos intellexit, cum οἱ πλεῖστοι conjungens. Quam quidem rationem non adstruit locus ab eo collatus VII, 80. med.: τὸ ἥμισυ μάλιστα καὶ τὸ πλέον ἀπεσπάσθη.

περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ὅπῃ σωθήσονται διεσκόπουν] Aut deest hic aliquid, aut leg. est πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὅπῃ σωθ. δ. Nam περί τινα διασκοπεῖν Graecum esse nego. Reisk. Facilius feram vulgatum, si καί post αὐτούς deleatur, quod commode Valla omittit atque ex praegressis huc irrepsisse arbi-

ὁρῷεν μὴ κατ' ἀνάγκην πρύμναν κρουόμενον, ἀνακαλοῦντες ὀνομαστὶ τὸν τριήραρχον ἠρώτων — οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, εἰ τὴν πολεμιωτάτην (γῆν) οἰκειοτέραν ἤδη τῆς οὐ δι' ὀλίγου πόνου κεκτημένης θαλάσσης ἡγούμενοι ἀποχωροῦσιν, οἱ δὲ Συρακούσιοι, εἰ οὓς σαφῶς ἴσασι προθυμουμένους Ἀθηναίους παντὶ τρόπῳ διαφυγεῖν, τούτους αὐτοὶ φεύγοντας φεύγου-
11 σιν. Ὅ τε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύστασιν τῆς γνώμης εἶχε, φιλονεικῶν μὲν ὁ αὐτόθεν περὶ τοῦ πλείονος ἤδη καλοῦ, δεδιότες δὲ οἱ ἐπελθόντες, μὴ τῶν παρόντων ἔτι
12 χείρω πράξωσιν. Πάντων γὰρ δὴ ἀνακειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς, ὅ τε φόβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐδενὶ
879 ἐοικὼς καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν τῆς ναυμαχίας

---

10. [γῆν] Inclufum γῆν additum ex iisdem [Thuc. ex.]. Ex iisdem etiam mox τῆς οὐ δι' ὀλίγου repofitum pro eo, quod in fcripto libro vitiofe legitur τοῖς οὐδὲ ὀλίγου. Sequens πόνου abeft quidem a vulg. exemplaribus: fed agnofcit illud cum fcripto Dudithii libro etiam fcholiaftes Thucydidis, cum ait τῆς μετὰ πόνου κεκτημένης θαλάσσης. Sylb. Non extruferim γῆν, ubi fit; nolim tamen rurfus intrudere quod elegantius omittatur. Ego equidem id hic abeffe malim. Reisk. Non ego. Requiritur enim propter oppofitum τῆς οὐ δι' ὀλίγου κεκτημένης θαλάσσης. Τὴν πολεμιωτάτην, fine γῆν, intelligeremus hoftilem unius alicujus populi terram, hic Syracufanorum, cum terra omnino Athenienfibus iniqua dicatur. Verbum πόνου quamquam fchol. in interpretatione pofuit, non tamen in cod. ab eo repertum fuiffe dixerim.

11. ξύστασιν] ξύστασιν fi bene habet, accipio pro ξύντασιν, *intentionem*, *contentionem*: quamquam hoc mallem. Reisk. Praeftat vulgatum, quamquam quod fchol. legiffe videtur, ξύντασιν, cum Duckero probat Haackius. Sed melius cum ἀγῶνα congruit ξύστασιν, quod et ipfum a pugna translatum eft. Appofite Schneiderus in Lex. f. v. ex Plutarcho affert ὅταν μάλιστα σύστασιν ὁ ἀγὼν ἔχῃ. His jam fcriptis, Stallbaumio quoque ad Plat. Phileb. p. 142. ξύστασιν unice verum videri cognovi. Apud Plutarchum, hunc locum laudantem, de Glor. Athenn. p. 347. b. corrupte ξύνταξιν legitur.

φιλονεικῶν μὲν — δεδιότες δὲ —] V. Matthiae Gr. Gr. §. 562. 1. n.

12. καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον καί] Ad διὰ τό in fcripti exemplaris margine appofitum hoc epexegema: διὰ τοῦτο. Sylb. Mihi videtur hic parum quid deeffe ad hunc fere modum: καὶ

ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν. Δι' ὀλίγου γὰρ οὔσης τῆς θέας καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, εἰ μέν τινες ἴδοιεν

διὰ τὸ τῶν γιγνομένων ἀνώμαλον, ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν — vel sic: *καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον τῶν γιγνομένων, ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν*: *et propter inaequalitatem rerum contingentium etiam inaequalis erat adspectus*. Reisk. H. Steph. in App. ad alior. scripta de dial. p. 184. Scholiasten secutus *διὰ τό* accipit pro *διὰ τοῦτο*. Hanc explicationem qui amplectitur, Duckerus, non animadvertit, locos a Stephano ad eam probandam allatos plane alius esse generis. Non ignoro equidem idem statuere Reizium de inclin. acc. p. 9. probantibus Wolfio et Hermanno ad Viger. p. 700. Sed quem ille locum ad hanc interpretationem tuendam affert, Plat. Euthyd. p. 305. d., is, jam a Stephano collatus, dissimillimus est: *πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα οἱ λόγοι ὑμῶν καλὰ ἔχουσιν — ἐν δὲ τοῖς καὶ τοῦτο.* cujus gemina infra laudabimus ad 52, 2. Loci a Wolfio comparati, non magis appositi videntur. Primus est Plat. Phaed. p. 99. b. de quo v. Heindorf. p. 186. sq., alter sic ut laudatur non legitur Plat. Cratyl. p. 434. e., sed *σὺ δὲ γινώσκεις*: certe sic habent Basil. Heindorf. Beck. Bekker.; de tertio denique Sympos. XX, 7. v. Wyttenb. ad Jul. laud. in Const. p. 15. c. Schaefer. ad Soph. Trach. 1174. coll. Herod. IX, 48. Plutarch. Mar. 32. Jam ad nostrum locum revertamur. In quo Bauerus *ἀνώμαλον* semel excidisse et Jacobsius in Attica eam vocem bis cogitandam esse statuit: *τῆς ναυμαχίας ἐν διαφόροις τόποις ἀνωμάλου οὔσης, καὶ τὴν ἔποψιν τοιαύτην* (i. e. *ἀνώμαλον*) *ἠναγκάζοντο ἔχειν.* Kaltwasserus in praefatione ad Atticam Jacobsii interpretatur: *καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον und bei der so ungleichen und schwankenden Lage, ἠναγκάζοντο ἔχειν καὶ τὴν ἔποψιν mussten sie auch noch das Seegefecht vom Lande her mit ansehn.* Quam interpretationem vereor, ut praepositio *διά* admittat. Haackius denique satis fidenter pronunciat, *ἀνώμαλον* bis cogitandum et prius intelligendum esse de locorum, ubi quisque pugnam spectaturus constitisset, inaequalitate. Sensum enim esse: *propter inaequalitatem loci etiam inaequaliter proelium ex terra spectare cogebantur*, ut totidem verbis Valla recte interpretatus sit. Sed primum etsi non ignoro, saepe vocabulum bis cogitandum esse, eorum tamen, quos ego ex hoc genere observavi, exemplorum tam diversa est ratio, ut vel hoc nomine istam explicationem rejicere audeam. Deinde hoc locorum situ non assequor, qui inaequalitas eorum varium pugnae adspectum efficere potuerit. Quod autem vir doctus Benedicti auctoritate istam interpretationem Vallae dicit, miror in meis Vallae exemplaribus (utor autem tribus, eo, quod 1550 Coloniae apud Genopaeum excusum est, ac Steph. 1. et 2.) locum sic esse conversum: *Inerat eis futuri metus, ut nemini tantus, et eo vehementior, quod superne ex edito loco pugnam navalem spectare cogebatur* (sic.). Quae interpretatio confirmare videtur quod, antequam eam inspicerem, mihi in mentem venerat, pro *ἀνώμαλον* leg. esse *ἄνω μᾶλλον*: *quia editum*

πη τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν, μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας, ἐτρέποντο, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες ὀλοφυρμῷ τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο καὶ ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο. Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆ-
13 γον. Ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον ἢ ἀπώλλυντο. Ἦν τε ἐν τῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμός, βοή, νικῶντες,

---

locum occupabant, *magis etiam adspectum pugnae habere cogebantur*, i. e. *clarius quam pugnantes ipsi omnia contuebantur*, ideoque ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο.

ἀνεθάρσησάν τε ἂν] V. Hermann. ad Viger. p. 825. Matthiae. Gr. Gr. §. 598. a. Buttmann. Gr. Gr. §. 126. n. 5. p. 522. ed. oct.

οἱ δὲ] Idem [scriptum Dudithii] exemplar habet οὐδέ. Rectius in libris vulg. οἱ δέ. Sylb. Perpetua haec confusio. V. Thuc. VI, 35. Lucian. Somn. §. 7. p. 8. cum var. lect.

ἀντιπάλου τι] Iidem libri habent ἀντίπαλόν τι eodem casu; et mox [§. 13.] τῷ αὐτῷ στρατ. Sylb. Ἀντιπάλου τι haud dubie librario debetur. Post ἄλλοι δέ comma sustuli, quia καί arcte cum his verbis jungendum est.

ἐν τοῖς χαλεπώτατα] V. Hermann. ad Viger. p. 787. Matthiae Gr. Gr. §. 289. Buttmann. Gr. Gr. p. 584. sq. Bredow. et Haack. ad Thuc. III, 17.

13. τῷ στρατεύματι] Quod in Thuc. edd. interponitur, αὐτῷ, non agnoscunt Reg. Cass. Aug. Ar. C. Dan. Mosq. In Pariss. tantum duobus C. I. hanc vocem non legi vix crediderim Gailio. Valla tamen eam expressit.

νικῶντες, κρατούμενοι] Verba sic nuda in se, extra connexionem, spectata, vitii nihil, nihil suspicionis habent. Bene Graecum est, Thucydideum quidem, ἦσαν ἀκοῦσαι νικῶντες, ἦσαν ἀκοῦσαι κρατούμενοι pro ἦσαν ἀκοῦσαι φωναὶ καὶ νικώντων καὶ κρατουμένων. Verum insequentia ὅσα ἄλλα στρατόπεδον ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι subjiciunt, paulo ante recitatas esse voces ingentis exercitus in tanto discrimine. Atqui ejusmodi exercitus non clamat νικῶντες, sed νικῶμεν, neque κρατούμενοι, sed κρατούμεθα. Praeferam equidem primam personam pluralis indicativi utroque loco, nominativo participii; *vincimus*, *vincimur*. Reisk. De ejusmodi emendatione silere satius duco.

κρατούμενοι, ἄλλα, ὅσα ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ μέγα στρατόπεδον πολυειδῆ ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι. Παραπλήσια δὲ καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἔπασχον, πρίν γε δὴ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐπὶ πολὺ ἀντισχούσης τῆς ναυμαχίας, ἔτρεψάν τε τοὺς Ἀθηναίους καὶ ἐπικείμενοι λαμπρῶς, πολλῇ κραυγῇ καὶ διακελευσμῷ χρώμενοι κατεδίωκον ἐς τὴν γῆν. Τότε δὴ ὁ μὲν ναυτικὸς στρατός, ἄλλος ἄλλῃ, ὅσοι μὴ μετέωροι ἑάλωσαν, κατενεχθέντες, ἐξέπεσον ἐς τὸ στρατόπεδον· ὁ δὲ πεζός, οὐκέτι διαφόρως, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς οἰμωγῇ τε καὶ στόνῳ, πάντες δυσανασχετοῦντες τὰ γιγνόμενα, οἱ μὲν ἐπὶ τὰς ναῦς παρεβοήθουν, οἱ δὲ πρὸς τὸ λοιπὸν τοῦ τείχους ἐς φυλακήν, ἄλλοι δὲ καί, οἱ πλεῖστοι, ἤδη περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ὅπη σωθήσονται, διεσκόπουν. Ἦν τε ἐν

88 14

ἄλλα] Cf. Plat. Gorg. p. 517. d: ἱμάτια, στρώματα, ὑποδήματα, ἄλλα, ὧν ἔρχεται σώματα εἰς ἐπιθυμίαν. ubi Heindorfius citra necessitatem τἄλλα edidit. Demosth. Phil. IV. p. 133. 28: πολλὰ δὲ καὶ παραλείπω, Φεράς, τὴν ἐπ' Ἀμβρακίαν ὁδόν, τὰς ἐν Ἤλιδι σφαγάς, ἄλλα μυρία. Cf. Philipp. III. p. 124. 15. Dionys. Antiqq. VI, 76. p. 1214. 2. Plat. Polit. X. p. 598. c. De asyndeto sublimitatis fonte cf. Longin. XIX. qui Xenoph. Hellen. IV, 3, 19. laudat. Adde II, 4, 33. Cyrop. VII, 1, 38. III, 3, 59. V, 2, 5. Plutarch. Lys. 11. Thucydidem in hac pugna describenda aemulari videtur Lys. orat. fun. p. 98. sqq.

14. τότε δή] Sic etiam Aug. atque ita pro τότε δέ ediderat Wass. Gail. nihil enotavit, unde tamen non conjecerim Pariss. omnes δή exhibuisse, recteque Haackium reposuisse puto τότε δέ, quamquam τότε δή *aperte* corruptum non dixerim.

ἄλλος ἄλλῃ — κατενεχθέντες] V. Matthiae. Gr. Gr. §. 501. b.

ἄλλοι δὲ καί, οἱ πλεῖστοι, ἤδη] Male vulgo ante καί et post ἤδη inciditur. Ἄλλοι δὲ καί supra §. 12. eodem modo habuimus, et infra 28, 5. eadem ratione οἱ δέ τινες καί — usurpatum; οἱ πλεῖστοι appositionem, quam dicunt, facit ad ἄλλοι V. II, 4. Cf. Commentatt. III, 11. n. 74. Caeterum καί a vulg. Thuc. edd. abest; reposuit ex codd. Haackius, secus tamen ac nos intellexit, cum οἱ πλεῖστοι conjungens. Quam quidem rationem non adstruit locus ab eo collatus, VII, 80. med.: τὸ ἥμισυ μάλιστα καὶ τὸ πλέον ἀπεσπάσθη.

περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ὅπη σωθήσονται διεσκόπουν] Aut deest hic aliquid, aut leg. est πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὅπη σωθ. δ. Nam περί τινα διασκοπεῖν Graecum esse nego. Reisk. Facilius feram vulgatum, si καί post αὐτούς deleatur, quod commode Valla omittit atque ex praegressis huc irrepsisse arbi-

τῷ παραυτίκα οὐδὲ μιᾶς δὴ τῶν ξυμπασῶν ἐλάσσων ἔκπλη-
15 ξις. Παραπλήσιά τε ἐπεπόνθεσαν καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ ἐν Πύλῳ· διαφθαρεισῶν γὰρ τῶν νεῶν τοῖς Λακεδαιμονίοις, προσαπώλλυντο αὐτοῖς καὶ οἱ ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες διαβεβηκότες· καὶ
881 τότε τοῖς Ἀθηναίοις ἀνέλπιστον ἦν τὸ κατὰ γῆν σωθήσεσθαι ἢν μή τι παρὰ λόγον γίγνηται. Γενομένης δ' ἰσχυρᾶς τῆς ναυμαχίας καὶ πολλῶν νεῶν ἀμφοτέροις καὶ ἀνδρῶν ἀπολομένων, οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐπικρατοῦντες τά τε ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο καὶ ἀποπλεύσαντες πρὸς τὴν πόλιν τρόπαιον ἔστησαν."

1 XXVII. Ἐμοὶ μὲν δὴ ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις ἄξια ζήλου τε καὶ μιμήσεως ἐφάνη, τήν τε μεγαληγορίαν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν καλλιλογίαν καὶ τὴν δεινότητα καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, ἐν τούτοις τοῖς ἔργοις ἐπείσθην τελειοτάτας εἶναι, τεκμαιρόμενος, ὅτι πᾶσα ψύχη τούτῳ τῷ γένει

---

tror. Etenim cum probum sit σφᾶς αὐτοὺς διεσκόπουν, ὅπῃ σωθήσονται, quodam attractionis genere accusativus etiam addita praepositione servatus esse videatur.

15. ἐπεπόνθεσαν καὶ ἔδρασαν] Non me fugit os Thucydideum. Vereor tamen, ne ille dederit ἐπεπόνθεσαν οἷς καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ τοὺς ἐν Πύλῳ. Reisk. Ut οἷς addatur non opus est, cum idem sit sensus e vulgari lectione. V. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 321. Cur additum velit τούς non magis assequor. Caeterum quae Thuc. significat, narravit IV, 25. sqq. Unde patet διαφθαρεισῶν hic pro ληφθεισῶν dici.

αὐτοῖς] Quidam codices habent αὐταῖς, foeminino genere. Sylb. Ego foemininum praetuli e vulgaribus Thucydidis libris. Reisk. Sine causa; revocavi igitur αὐτοῖς, quod cum Reg. Cass. Aug. Marg. Schol. exhibeant, Thucydidi quoque reddidit Haackius. E Pariss. codd. Gailius nihil enotavit.

καὶ τότε] Imo vero οὕτω καὶ τότε. Reisk. Non opus.

ἢν μὴ —] Scriptus liber pro ἢν habet εἰ. Sed cum ea conjunctione mutato verbi modo legendum esset γένοιτο. Ibidem vulgati libri composite habent παράλογον et ἀνθρώπων pro ἀνδρῶν. Sylb. Παρὰ λόγον unice verum est. Nam Thuc. adjectivum παράλογος ignorat, id quod alibi ostendemus. Contra ἀνδρῶν haud dubie corruptum est.

ἐπικρατοῦντες] In vulgatis Thucydidis exemplaribus legitur ἐπικρατήσαντες, praet. aor. Sylb. Corruptam Dionysii lectionem nullus codex confirmat.

XXVII, 1. πᾶσα ψυχή] Malim ἡ πᾶσα ψυχή. Nam πᾶσα ψυχή est *quivis animus, hominis cujuscunque animus*; con-

τῆς λέξεως ἄγεται καὶ οὔτε τὸ ἄλογον τῆς διανοίας κριτήριον, ᾧ πεφύκαμεν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἡδέων ἢ ἀνιαρῶν, ἀλλοτριοῦται πρὸς αὐτό, οὔτε τὸ λογικόν, ὑφ' οὗ διαγιγνώσκεται 882 τὸ ἐν ἑκάστῃ τέχνῃ καλόν. Οὐδ' ἂν ἔχοιεν οὔθ' οἱ μὴ πάνυ 2 λόγων ἔμπειροι πολιτικῶν εἰπεῖν, ἐφ' ὅτῳ δυσχεραίνουσιν ὀνόματι ἢ σχήματι, οὔθ' οἱ πάνυ περιττοὶ καὶ τῆς τῶν πολλῶν ὑπερορῶντες ἀμαθίας μέμψασθαι τὴν κατασκευὴν ταύτης τῆς λέξεως, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν πολλῶν καὶ τῶν ἀλόγων τὴν αὐτὴν ὑπόληψιν ἕξει. Ὁ μέν γε πολὺς ἐκεῖνος ἰδιώτης οὐ δυς- 3 χεραίνει τὸ φορτικὸν τῆς λέξεως καὶ σκολιὸν καὶ δυςπαρακολούθητον, ὁ δὲ σπάνιος καὶ οὐδ' ἐκ τῆς τυχούσης ἀγωγῆς γιγνόμενος τεχνίτης οὐ μέμψεται τὸ ἀγενὲς καὶ χαμαιτυπὲς καὶ ἀκατάσκευον, ἀλλὰ συνῳδὸν ἔσται τό τε λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον κριτήριον, ὑφ' ὧν ἀμφοτέρων ἀξιοῦμεν ἅπαντα κρίνεσθαι κατὰ τὰς τεχνὰς ἐργάσηται θάτερον οὐκέτι καλόν, οὐδὲ τέλειον ἀποδίδωσι τὰ ἕτερον.

---

tra ἡ πᾶσα ψυχή *totus animus*, quod huic loco unice aptum esse sequentia declarant.

2. τὸ τῶν πολλῶν] Subaudi πλῆθος. Reisk. Immo repete κριτήριον.

τῶν ἀλόγων] Pro ἀλόγων legendum fortasse ἀκριβολόγων. §. 1. dicit λόγων πολιτικῶν ἔμπειροι: et mox περιττοί. Sylb. Num καὶ τὸ τῶν ὀλίγων. Opponuntur οἱ ὀλίγοι τοῖς πολλοῖς. Reisk. Hoc praeplacet. Cf. §. 5.

5. δυςχεραίνει] Lege δυςχερανεῖ in futuro, ut paulo post μέμψεται [et §. 2. ἕξει]. Reisk.

καὶ οὐδ'] Aut καὶ οὐκ leg. aut καὶ ejiciendum puto. Nam οὐδὲ pro οὐ poni non probant exempla in Lexic. Xenoph. T. III. p. 354. allata.

χαμαιτυπές] Usitatius est χαμαιπετές. V. Ernesti Lex. Gr. Rhett. p. 379. Adde Lucian. Quom. hist. sit conscr. 16. p. 178. De praegresso ἀγενές v. ind.

ἐργάσηται] Mutilus est locus: et aliquis quidem elici potest sensus, si pro ἐργάσηται reponantur haec: ἔργα, εἰ γὰρ ἁμάρτοι θάτ. Sed vereor, ne majus subsit mendum. Sylb. Sententia qualiscunque, loco sic constituto, exibit: ἀξιοῦμεν ἅπαντα κρίνεσθαι τὰ τῆς τέχνης, ὧν ὅτῳ ἐνδέηται θάτερον, *quibus ambobus spectari debere volumus omnia artis opera, quorum operum cuicunque desit horum amborum criteriorum alterutrum, efficit ille defectus, ut alterum minus sit perfectum.*

1 XXVIII. Ἐγὼ γοῦν οὐκ ἔχω, πῶς ἐκεῖνα ἐπαινέσω τὰ δοκοῦντα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ εἶναί τισιν, ὅσα μηδὲ τὰς πρώτας ἀρετὰς ἔχει καὶ κοινοτάτας, ἀλλ' ἐκνενίκηται τῷ πε- 883 ριέργῳ καὶ περιττῷ μήτε ἡδέα εἶναι μήτ' ὠφέλιμα· ὧν ὀλίγα παρέξομαι δείγματα, παρατιθεὶς εὐθὺς ἑκάστοις τὰς αἰτίας, δι' ἃς περιέστηκεν εἰς τὰς ἐναντίας ταῖς ἀρεταῖς κακίας. 2 Ἐν μὲν οὖν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τὰ περὶ Κέρκυραν ὠμὰ καὶ ἀνόσια ἔργα διὰ τὴν στάσιν εἰς τοὺς δυνατωτάτους ἐκ τοῦ δήμου γενόμενα διεξιών, ἕως μὲν ἐν τῷ κοινῷ καὶ συνήθει τῆς διαλέκτου τρόπῳ τὰ πραχθέντα δηλοῖ, σαφῶς τε καὶ συντόμως καὶ δυνατῶς ἅπαντα εἴρηκεν· ἀρξάμενος δὲ ἐπιτραγῳδεῖν τὰς κοινὰς τῶν Ἑλλήνων συμφορὰς καὶ τὴν διάνοιαν ἐξαλλάττειν ἐκ τῶν ἐν ἔθει μακρῷ τινι γίγνεται χείρων αὐτὸς ἑαυτοῦ. Ἔστι δὲ τὰ μὲν πρῶτα, ὧν οὐδεὶς ἂν ὡς ἡμαρτημένων ἐπιλάβοιτο, ταῦτα· 3 „Κερκυραῖοι δὲ αἰσθανόμενοι τάς τε Ἀττικὰς ναῦς προσπλεούσας, τάς τε τῶν πολεμίων οἰχομένας, λαβόντες τούς τε Μεσηνίους ἐς τὴν πόλιν ἤγαγον,

---

Verum utique plura desunt. Reisk. Opem exspecto a codicibus. Neque quidquam colligere audeo e verbis similibus Judic. de Demosth. p. 1100. 9: χωρισθὲν γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν θατέρου πρὸς τῷ μὴ τέλειον εἶναι καὶ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ἀμαυροτέραν ἴσχει.

XXVIII, 1. πῶς — ἐπαινέσω] Sic etiam Antiqq. l. p. 270. 5: οὐκ ἔχω, πῶς ἐπαινέσαιμι e Vatic. ἐπαινέσω rescribendum.

2. ἐπιτραγῳδεῖν] Plutarch. Pericl. 28: Δοῦρις ὁ Σάμιος τούτοις ἐπιτραγῳδεῖ, πολλὴν ὠμότητα τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ Περικλέους κατηγορῶν. Demosth. 21: οὐκ ἀγεννῶς φέρων τὸ συμβεβηκός, ὡς γράφει καὶ τραγῳδεῖ Θεόπομπος. Cf. Demosth. de Cor. p. 229. 18. de falsa leg. p. 400. 17. R. Ernesti Lex. techn. Gr. Rhett. p. 355. Sed harum exaggerationum Thucydidem expertem praestare audeo.

3. Κερκυραῖοι δὲ —] Locus Thucyd. est III, 81. et 82. Reisk.

αἰσθανόμενοι] Vulgata Thucydidis exemplaria habent αἰσθόμενοι. Mox scriptus liber habet τούς τε: et tamen mox foem. gen. οἰχομένας. Sylb.

Μεσηνίους] Sic etiam Ar. C. Dan. Gr. Paris. D. In Thuc. edd. σ geminatur. Videntur tamen recte statuere, qui semper apud eum Μεσήνη caet. leg. putant.

πρότερον ἔξω ὄντας, καὶ τὰς ναῦς περιπλεῦσαι κελεύσαντες, 884 ἃς ἐπλήρωσαν, ἐς τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα, ἐν ὅσῳ περιεκομίζοντο, τῶν ἐχθρῶν εἴ τινα λάβοιεν ἀπέκτεινον καὶ ἐκ τῶν νεῶν ὅσους ἔπεισαν ἐςβῆναι ἐκβιβάζοντες ἀπεχώρησαν, ἐς τὸ Ἡραιόν τε ἐλθόντες, τῶν ἱκετῶν ὡς πεντήκοντα ἄνδρας δίκην ὑποσχεῖν ἔπεισαν καὶ κατέγνωσαν ἁπάντων θάνατον. Οἱ 4 δὲ πολλοὶ τῶν ἱκετῶν, ὅσοι οὐκ ἐπείσθησαν, ὡς ἑώρων τὰ γιγνόμενα, διέφθειραν αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ἀλλήλους καὶ ἐκ τῶν δένδρων τινὲς ἀπήγχοντο, οἱ δ' ὡς ἕκαστοι ἐδύναντο ἀνηλοῦντο. Ἡμέρας τε ἑπτά, ἃς ἀφικόμενος ὁ Εὐρυμέδων ταῖς πεντήκοντα ναυσὶ παρέμεινεν, οἱ Κερκυραῖοι σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας εἶναι ἐφόνευον, τὴν μὲν αἰτίαν ἐπι-

---

ὄντας, καὶ] Male vulgo post ὄντας major distinctio ponitur, cum καί ad τε post Μεσηνίους referatur.

Ὑλαϊκόν] Vulgati libri Ὑλλαϊκόν, gemino λλ. Eadem ex. [pro ἀνεχώρησαν] habent ἀπεχώρησαν, et mox Ἡραῖόν τε. Apud Suid. quoque legitur Ἡραῖον, ὁ τῆς Ἥρας ναός. Sed agnoscit tamen idem etiam Ἥραιον. Stephanus Byzantius hoc videtur statuere discriminis, ut adjective quidem dicatur Ἥραιον τεῖχος, substantive autem Ἡραῖον, sive oppidi nomen sit, sive Junonis aedem significet. Sylb.

ἀνεχώρησαν] Apud Thuc. legi ἀπεχώρησαν, jam annotavit Sylburg. Pro quo quod, non admodum difficili confusione (v. var. lect. ad VIII, 40. a. m.), nonnulli codices habent, ἀπεχρῶντο, ad sensum optimum judicat Poppo p. 50. ideo vulgari lectione offensus, quod non narretur, quid de his hominibus factum sit. Sed eadem difficultate laborat, quam probat, Hermanni conjectura ἀπεχώρισαν. Posthac enim nulla eorum mentio injicitur. Equidem, si vulgatum sanum est, id ita explicandum puto, ut statuatur, eos supplices, qui navibus vecti fuerant, caeteros Corcyraeos ad Heraeum comitatos, ibique eandem, atque illos, qui eo confugerant, sortem expertos esse. Fortasse ipsis insidiose utebantur populares, ut caeterorum supplicum parti persuaderent δίκην ὑποσχεῖν.

ἁπάντων] Hoc pro πάντων, invitis libris, in Thucydide substituerat Wass. Revocavit veterem lectionem Haack.

4. ἱκετῶν] Scriptus liber οἰκετῶν. Sed verius esse ἱκετῶν satis tum praecedentia declarant, tum sequentia. Sylb.

παρέμεινεν, οἱ Κερκυραῖοι] Ex plerisque codd. παρέμεινε, Κερκ. scripsit Haack.

δοκοῦντας] Idem liber habet δοκοῦντες, nominandi casu; quod retinere si velis accipiendum erit pro νομίζοντες. Sylb. Nullo modo ferri potest δοκοῦντες.

φέροντες τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν, ἀπέθανον δέ τινες καὶ
885 ἰδίας ἔχθρας ἕνεκα καὶ ἄλλοι, χρημάτων σφίσι ὀφειλομένων,
5 ὑπὸ τῶν λαβόντων. Πᾶσα τε ἰδέα κατέστη θανάτου καὶ
οἷον φιλεῖ ἐν τῷ τοιούτῳ γίγνεσθαι, οὐδὲν ὅ, τι οὐ ξυνέβη

τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσι] Vituperatis, qui τοῖς pro αὐτοῖς dictum putaverint, Haackius cum Bauero interpretatur: *democratiam evertere conantibus.* Eodem redit Hermanni explicatio ad Viger. p. 700; *Corcyraei suspectos necando in semet ipsos saeviebant, accusantes hostes reipublicae* (immo: *status popularis*) *sed eo praetextu etiam privatas ulciscentes injurias.* Quae explicatio hac difficultate laborat, quod ex ea populares nonnisi parti adversariorum illud crimen intulisse viderentur, quod ad omnes pertinuisse apparet. Ad sensum itaque aptior est ea ratio, quae τοῖς pro αὐτοῖς accipit, eaque hujusmodi locis defendi queat. Thuc. IV, 46: οἱ τοῦ δήμου προστάται τῶν Κερκυραίων, δεδιότες, μὴ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐλθόντας οὐκ ἀποκτείνωσι, μηχανῶνται τοιόνδε τι. ubi τοὺς ἐλθόντας dictum est pro αὐτοὺς ἐλθόντας, *eos*, optimates in Ptychiam trajectos, *ubi advenissent.* V, 27: Κορίνθιοι, ἐς Ἄργος τραπόμενοι, πρῶτον (sic dist.) λόγους ποιοῦνται πρός τινας τῶν ἐν τέλει ὄντων Ἀργείων, ὡς χρὴ — ἀποδεῖξαι ἄνδρας ὀλίγους, ἀρχὴν αὐτοκράτορας καὶ μὴ πρὸς τὸν δῆμον τοὺς (articulum praebent codd. Cf. IV, 118. extr. VI, 105. med.) λόγους εἶναι, τοῦ μὴ καταφανεῖς γίγνεσθαι τοὺς μὴ πείσαντας τὸ πλῆθος. Xenoph. Anab. V, 4, 21: τοῖς πολεμίοις δηλώσετε, ὅτι οὐχ ὁμοίοις ἀνδράσι μαχοῦνται νῦν τε καὶ ὅτε τοῖς ἀτάκτοις ἐμάχοντο, ubi τοῖς ἀτάκτοις intell. ἡμῖν ἀτάκτοις οὖσιν. Eodem refero Thuc. V, 65: ἐβούλετο τοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου βοηθοῦντας ἐπὶ τὴν τοῦ ὕδατος ἐκτροπὴν, ἐπειδὰν πύθωνται, καταβιβάσαι, τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους, ubi verba τοὺς Ἀ. κ. τ. ξυμ. epexegesin faciunt, cujus similes locos ex ipso Thucydide bene multos alibi proponam. IV, 131; προσβαλόντες αὐτῷ (τῷ λόφῳ) κατὰ κράτος καὶ μάχῃ ἐκκρούσαντες τοὺς ἐπιόντας ἐστρατοπεδεύσαντο. ubi τοὺς ἐπιόντας, pro quo τοὺς ἐπόντας ex Popponis conjectura edidit Haack. explico *eos*, hostes, *sibi occurrentes*, *impetum excipientes.* Sic et Herod. VII, 139. extr.: ἀνέσχοντο τὸν ἐπιόντα (regem Persarum, de quo modo dixit) ἐπὶ τὴν χώρην δέξασθαι. Sed haec tamen ad nostrum locum non satis apposita videntur, propterea quod in hoc, illa ratione admissa, ὡς subaudiendum foret. Itaque hic post αἰτίαν ἐπιφέρειν articulum eodem modo adhibitum esse puto, quo post nominandi verba inferri solet. V. Matthiae. Gr. Gr. §. 266. p. 574. sq.

χρημάτων σφίσι ὀφειλομένων] Haec commatis inclusi, mirorque, non idem fecisse Haackium.

5. καὶ οἷον — ξυνέβη] Portus: *et (quemadmodum in hujusmodi rerum statu solet accidere) nihil est., quod non contigerit.* Sed si omnino nihil non contigisse dixisset auctor, inepte addidisset καὶ ἔτι περαιτέρω. Rectius igitur Valla, quem

καὶ ἔτι περαιτέρω. Καὶ γὰρ πατὴρ παῖδα ἀπέκτεινε καὶ ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀπεσπῶντο καὶ πρὸς αὐτοῖς ἐκτείνοντο, οἱ δέ τινες καὶ [οἱ] περιοικοδομηθέντες ἐν τοῦ Διονύσου τῷ ἱερῷ ἀπέθανον. Οὕτως ὠμὴ στάσις προὐχώρησε καὶ ἔδοξε μᾶλλον, διότι ἐν τοῖς πρώτη ἐγένετο, ἐπεὶ ὕστερόν γε καὶ πᾶν, ὡς εἰπεῖν, τὸ Ἑλληνικὸν ἐκινήθη, διαφορῶν οὐσῶν ἑκασταχοῦ τοῖς τε τῶν δήμων προστάταις, τοὺς Ἀθηναίους ἐπάγεσθαι, καὶ τοῖς ὀλίγοις, τοὺς Λακεδαιμονίους."

XXIX. Ἃ δὲ τούτοις ἐπιφέρει, σκολιὰ καὶ δυςπαρακολούθητα καὶ τὰς τῶν σχηματισμῶν πλοκὰς σολοικοφανεῖς ἔχοντα καὶ οὔτε τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν βίον γενομένοις ἐπιτηδευθέντα οὔτε τοῖς ὕστερον, ὅτε μάλιστα ἤκμασεν ἡ πολιτικὴ δύναμις· ἃ μέλλω νυνὶ λέγειν· „Ἐστασίαζόν τε οὖν τά 2

Heilmannus sequitur: *nihil non contigit eorum, quae in hujusmodi casu fieri solent.* Ita enim alia tempora cogitari possunt iis, de quibus narratur, etiam graviora. Idem sensit Reiskius, qui ad οἷον: „In se, inquit, non male. Verum insequentia, καὶ ἔτι περαιτέρω subjiciunt, leg. esse ὧν. Idem est ac si dixisset οὐδὲν οὐ ξυνέβη τούτων, ἃ φιλεῖ γίγνεσθαι ἐν τῷ τοιούτῳ (scil. χρόνῳ vel κακῷ) καὶ ἔτι περαιτέρω τούτων: *nihil non contingebat eorum, quae solent in ejusmodi tempore contingere.*" Faciliore mutatione legeris οἵων. Sed non opus videtur emendatione.

[οἱ] περιοικοδομηθέντες] Inclusus articulus abest a vulgatis libris. Sylb. Saepe articulus post καί irrepsit. V. Haack. ad I, 71. Adde V, 37. et 44. var. lect.

ὠμὴ στάσις] Interponendum videtur ἡ.

ἐν τοῖς πρώτη] Quidquid agant, mihi non eripient, ἐν τοῖς sic nude positum nihili faciendum et vitiosum esse. Sine dubio deest τέως, ἐν τοῖς τέως, sc. γεγενημένοις, *in rebus adhuc gestis*, aut *in superiori omni rerum gestarum memoria.* Cui opponitur statim post ὕστερον. Reisk. Fallitur. V. ad 26, 12.

ἑκασταχοῦ] Post ἑκασταχοῦ deesse videtur aliquid, fort. hoc minutum καὶ προὔργου ὄντος, *et cum in hoc laborarent*, vel *contenderent* —. Reisk. Induxit eum prava distinctio. Nam commate post ἑκασταχοῦ sublato, verba τοῖς τε τοῦ δήμου προστάταις καὶ τοῖς ὀλίγοις jungenda sunt cum διαφορῶν, in qua voce cum simul studii et voluntatis notio insit, ei annectitur infinitivus ἐπάγεσθαι, qui etiam ad τοὺς Λακεδαιμονίους repetendus est. De re dicetur infra.

XXIX, 2. ἐστασίαζόν τε οὖν] Iidem libri singulari fine habent ἐστασίαζέ τε οὖν: more Attico [immo Graeco]. Sylb. In indice Lysiae exempla compluscula dedi neutrius generis

τῶν πόλεων καὶ τὰ ἐφυστερίζοντά που πύστει τῶν προγενομένων πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας τῶν τ᾽ ἐπιχειρήσεων περιτεχνήσει καὶ τῶν τιμωριῶν 3 ἀτοπίᾳ." Ἐν τούτοις τὸ μὲν πρῶτον τῶν κώλων περιπέφρασται πρὸς οὐδὲν ἀναγκαῖον· „ἐστασιάζετο οὖν τὰ τῶν πόλεων." Ὑγιέστερον γὰρ ἦν εἰπεῖν· ἐστασίαζον αἱ πόλεις. Τὸ δ᾽ ἐπὶ τούτῳ λεγόμενον· „Καὶ τὰ ἐφυστερίζοντά που·" δυςείκαστόν ἐστι· σαφέστερον δ᾽ ἂν ἐγένετο ῥηθὲν οὕτω· αἱ δ᾽ ὑστεροῦσαι πόλεις. Οἷς ἐπίκειται· „Ἐπιπύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν ἐς τὸ καινοῦσθαι

---

substantivorum in numero plurali cum verborum item numeris pluralibus copulatorum. In τὰ τῶν πόλεων subauditur τέλη, *ordines*; id est αἱ πόλεις. Reisk. V. Matthiae. Gr. Gr. §. 284. 2. Lectionem ἐστασίαζον librarii culpa corruptam esse, docet §. 3.

πολύ] Sine dubio praeferenda est lectio libri Dudithiani πολλήν [v. infra Sylb.] neque dubitavi eam praeferre. Reisk. Modo addicerent codd. At Dionysius quoque, ubi iterum hunc locum laudat, Jud. de Demosth. p. 955. 2. πολύ exhibet.

ἐστασιάζετο οὖν] Rectius ἐστασίαζέ τε οὖν: ut modo dictum est. Sylb. Nisi constantia esset servanda nihil offenderer hac lectione, quae hoc possit significare, *in tumultum concitabantur*. Reisk. Quid in frequentatissima circumscriptione rhetorem offenderit, non perspicio.

ὑστεροῦσαι] Dionysium scripsisse puto ὑστερίζουσαι, quo verbo mox utitur rectius. Caeterum eam, quam Dionysius usurpat, dictionem magis perspicuam esse Thucydidea, nondum mihi persuadere potui.

ἐπὶ πύστει] Praepositio ἐπὶ ante πύστει nec in vulgatis Thucydidis exemplaribus legitur nec paulo ante. Pro προγεγενημένων etiam habemus προγενομένων [illud tamen e Paris. G. enotatum, ex eodemque ἀπό ante πύστει]; et pro πολλὴν ibid. πολύ [in vulgatis puta. Reisk.] Sylb. Possit quidem ἐπί delendum videri, ut cujus prima syllaba perperam e fine vocabuli praecedentis ἐπίκειται esset iteratum, posterior e prima syllaba vocabuli insequentis πύστει. Verum tamen e v. ἐπιπυνθανόμενοι [quo mox utitur Dionysius] satis perspicue constat, Dionysium in suo Thucydide non simplex πύστει legisse, sed compositum ἐπιπύστει, quod affectatione Thucydidea quaesitae dictionis haud est indignum. Reisk.

ἐς τὸ καινοῦσθαι] Sic etiam Judic. de Demosth. p. 955. 3. Unde patet sic in suo exemplo invenisse Dionysium. Nam quod supra habuimus, τοῦ καινοῦσθαι, ex Thuc. edd. correctum videtur.

τὰς διανοίας." Βούλεται μὲν γὰρ λέγειν· οἱ δὲ ὑστερίζοντες, ἐπιπυνθανόμενοι τὰ γεγενημένα παρ' ἑτέρων, ἐλάμβανον ὑπερβολὴν ἐπὶ τὸ διανοεῖσθαί τι καινότερον. Χωρὶς δὲ τῆς πλοκῆς οὐδὲ οἱ τῶν ὀνομάτων σχηματισμοὶ ταῖς ἀκοαῖς εἶεν ἡδεῖς. Τούτοις ἐπιφέρει κεφάλαιον ἄλλο ποιητικῆς, 4 μᾶλλον δὲ διθυραμβικῆς σκευωρίας οἰκειότερον· „Τῶν τ' 837 ἐπιχειρήσεων ἐπιτεχνήσει καὶ τῶν τιμωριῶν ἀτοπίᾳ. Καὶ τὴν εἰωθυῖαν τῶν ὀνομάτων ἀξίωσιν ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν

---

4. τῶν τ' ἐπιχειρήσεων — ἀτοπίᾳ] Haec jam ſupra §. 2. habuimus, ubi tamen, quamquam aptius, quam hic, proferuntur, ab aliquo ex Thucydide adſcripta videri poſſint, cum §. 5. nulla eorum habeatur ratio. Unde conjeceris, cenſorem, perverſe quidem, haec cum ſeqq. junxiſſe: — ἀτοπίᾳ καὶ τὴν εἰωθυῖαν —. Nam noſtro loco, iſta verba, quamquam ſatis inepte, a rhetore propoſita eſſe declarant ſeqq. Sed qui locum accuratius inſpexerit, intelliget, negligentiam ſubeſſe, non librarii, ſed auctoris, qui hic, ut ſaepius non lente feſtinavit. De mira ejus interpretatione non operae pretium eſt dicere.

ἐπιτεχνήσει] Rectius περιτέχνησις, ut §. 2. Sylb. Περιτεχνήσει etiam Jud. de Demoſth. l. l. et apud Thuc. Dubitari tamen poteſt, an ſic in libro ſuo invenerit Dionyſius, cûm mox ἐπιτέχνησις repetat, qua voce Thuc. utitur I, 71.

τὴν εἰωθυῖαν — ἀργόν] Haec Thucydidis verba laudat Plutarch. De discr. adul. et am. p. 56. b.

τὴν εἰωθυῖαν τῶν ὀνομάτων ἀξίωσιν ἐς τὰ ἔργα] Repugnat hujus loci conformatio iis, quae de poſitione articuli Matthiae. Gr. Gr. §. 276. disputat, quem miror, eadem repetiiſſe in Gramm. minore, cum ſexcenta exempla huic regulae adverſentur. Promam hic tantummodo ea, quae noſtro loco conſimilia ſunt: Herod. IV, 145: τῶν Τυνδαριδέων ἡ ναυτιλίη ἐν τῇ Ἀργοῖ. V, 63: ὁ πρῶτος στόλος ἐκ Λακεδαίμονος. V, 108: ἡ ἀγγελίη περὶ τῶν Σαρδίων. Thuc. II, 52: ἡ συγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ ἄστυ. III, 44: ἡ νῦν ὑμετέρα ὀργὴ ἐς Μιτυληναίους. V, 20: ἡ ἐςβολὴ ἐς τὴν Ἀττικήν, ubi articulum poſt ἐςβολή, quem praebent Caſſ. Aug. Pariſſ. H. X. inſertum voluit Schaefer. Melett. crit. p. 8. Plat. Polit II. p. 358. a: εὐδοκιμήσεις διὰ δόξαν (quomodo ibi recte junxiſſe Aſtium oſtendit locus p. 363. a: ἵνα δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι γίγνηται ἀπὸ τῆς δόξης ἀρχαί τε καὶ γάμοι καὶ ὅσαπερ Γλαύκων διῆλθεν ἄρτι.) p. 378. a: τὰ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέως. p. 378. d: Ἥρας δεσμοὶ ὑπὸ υἱέως (υἱέος repoſitum vult Lobeck. ad Phryn. p. 68. De re v. Aſt. ad h. l. et Phot. ſ. v. Ἥρας δεσμός) καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρός. III. p. 411. d: πειθὼ διὰ λόγων. (ubi mox pro ἀχαριστίας leg. videtur ἀναρμοστίας.) Legg. VII.

τῇ δικαιώσει.“ Ὃ γὰρ βούλεται δηλοῦν ἐν τῇ δυςεξελίκτῳ πλοκῇ τοιοῦτόν ἐστι· „Πολλὴν τὴν ἐπίδοσιν ἐλάμβανον εἰς τὸ διανοεῖσθαί τι καινότερον περὶ τὰς τέχνας τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ περὶ τὰς ὑπερβολὰς τῶν τιμωριῶν· τά τ' εἰωθότα ὀνόματα ἐπὶ τοῖς πράγμασι λέγεσθαι μετατιθέντες, ἄλλως ἠξίουν αὐτὰ καλεῖν. Ἡ δ' ἐπιτέχνησις καὶ ἡ τῶν τιμωριῶν ἀτοπία καὶ ἡ εἰωθυῖα τῶν ὀνομάτων ἀξίωσις καὶ ἡ εἰς τὰ ἔργα ἀντηλλαγμένη δι-
5 καίωσις περιφράσεως ποιητικῆς ἐστιν οἰκειοτέρα. Οἷς ἐπιτίθησι τὰ ποιητικὰ σχήματα ταυτί· „Τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέλλησις δὲ προμηθὴς δειλία εὐπρεπής.“ Παρομοιώσεις γὰρ ἀμφότερα ταῦτα καὶ παρισώσεις περιέχει καὶ τὰ ἐπίθετα καλλωπισμοῦ χάριν
888 κεῖται. Τὸ γὰρ οὔτε θεατρικόν, ἀλλ' ἀναγκαῖον τῆς λέξεως σχῆμα τοιοῦτ' ἂν ἦν· Τὴν μὲν γὰρ τόλμαν ἀνδρίαν
6 ἐκάλουν, τὴν δὲ μέλλησιν δειλίαν. Ὅμοια δὲ τούτοις ἐστὶν καὶ τὰ συναπτόμενα· „Τὸ δὲ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν ἐπίπαν ἀργόν.“ Κυριώτερον δ'

---

p. 796. e: οἱ ἄλλοι πόνοι τε καὶ παιδιαὶ καὶ σπουδαὶ κατὰ σώματα. VIII. p. 843. b: διτταῖς δικαῖς ἔνοχος ἔστω, μιᾷ μὲν παρὰ θεῶν καὶ πρώτῃ, δευτέρᾳ δὲ ὑπὸ νόμου.

ἡ δ' ἐπιτέχνησις] Rectius legemus ἡ δὲ τῶν ἐπιχειρήσεων περιτέχνησις. Sylb.

ἡ εἰς τὰ ἔργα ἀντηλλαγμένη δικαίωσις] Vide, quam ſibi non conſtet. Modo enim verba εἰς τὰ ἔργα recte cum ἀξίωσις conjunxit, hic autem omnia confundit. Nam quomodo τὴν εἰς τὰ ἔργα ἀντηλλαγμένην δικαίωσιν ex Thucydidis verbis elicere potuerit, equidem non perſpicio. Nec magis video, quaenam ſit periphraſis poetica, quam in iisdem inveniſſe ſibi videtur.

5. οὔτε θεατρικόν] Aut deeſt colon, alterum οὔτε iſti priori reſpondens, e. c. οὔτε κομψόν, vel tale quid, aut pro οὔτε ſimplex οὐ eſt adſciscendum. Reisk. Neutrum verum puto. Nam quemadmodum οὔτε et δέ ſubinde ſibi reſpondent (v. Reiſig. Conjectt p. 213. ſq.), ita etiam οὔτε — ἀλλά videtur ferri poſſe. Cf. Long. Paſt. IV. p. 142. Schaef.: οὔτε θυγατρίου γενέσθαι πατὴρ ηὐτύχησα, ἀλλ' ὥςπερ οἱ θεοὶ γέλωτά με ποιούμενοι νύκτωρ ὀνείρους μοι ἐπιπέμπουσι δηλοῦντας, ὅτι με πατέρα ποιήσει ποίμνιον ubi Schaefer. οὐδέ edidit. De infelici Dionyſii emendatione ſilere praeſtat.

6. τὸ δὲ σώφρον — ἀργόν] Hunc, ut praegreſſum locum, etiam III, 13. proponit, ubi cf. annot. Thucydidem aemu-

ἂν οὕτως ἐλέχθη· οἱ δὲ σώφρονες ἄνανδροι καὶ οἱ συνετοὶ πρὸς ἅπαντα ἐν ἅπασιν ἀργοί.

XXX. Εἰ μεχρὶ τούτων προελθὼν ἐπαύσατο, τὰ μὲν καλλωπίζων, τὰ δὲ σκληραγωγῶν τὴν λέξιν, ἧττον ἂν ὀχληρὸς ἦν· νῦν δ' ἐπιτίθησιν· „ἀσφαλείᾳ [ἀσφάλεια] δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος. Καὶ ὁ μὲν χαλεπαίνων πιστὸς ἀεί, ὁ δ' ἀντιλέγων αὐτῷ ὕποπτος.“ Καὶ γὰρ ἐν τούτοις πάλιν ἄδηλον μέν ἐστι, τίνα βούλεται δηλοῦν τὸν χαλεπαίνοντα καὶ περὶ τίνος, τίνα δὲ τὸν ἀντιλέγοντα καὶ ἐφ' ὅτῳ. „Ἐπιβουλεύσας δέ τι, φησί, τυχών τε ξυνετὸς καὶ ὑπονοήσας ἔτι δεινότερος, προβουλεύσας δέ, 889 ὅπως μηδὲν αὐτῶν δεήσει, τῆς τε ἑταιρίας διαλυτὴς καὶ τοὺς ἐναντίους ἐκπεπληγμένος.“ Οὔτε γὰρ ὁ τυχὼν ἐμφαίνει

---

latur Plato Polit. VIII. p. 560. d: τὴν μὲν αἰδῶ ἠλιθιότητα ὀνομάζοντες ὠθοῦσιν (οἱ ἀλαζόνες λόγοι) ἔξω ἀτίμως φυγάδα, σωφροσύνην δὲ ἀνανδρίαν καλοῦντές τε καὶ προπηλακίζοντες ἐκβάλλουσι, μετριότητα δὲ καὶ κοσμίαν δαπάνην, ὡς ἀγροικίαν οὖσαν πείθοντες, ὑπερορίζουσι. Item Dionyſ. Arch. IX, 53. p. 1891. Locum inde a τὴν εἰωθυῖαν usque ad ἀργόν exſcripſit Plutarch. de discr. adulat. et amici §. 12. p. 56. b. Verba τὸ δὲ σῶφρον — πρόσχημα laudat Thom. M. p. 758.

XXX, 1. ἀσφαλείᾳ (ἀσφάλεια)] Poſterius ἀσφάλεια nominandi caſu legitur etiam in vulgatis exemplaribus Thucydidis et infra [Jud. de Demoſth. p. 954. 5. ſq.] Sed cum Scholiaſtes ſic exponat: τὸ ἐπὶ πολὺ βουλεύσασθαι δι' ἀσφάλειαν, videtur et ille dandi caſu legiſſe ἀσφαλείᾳ, et is, qui haec transſcripſit utramque lectionem in contextum inſeruiſſe. Veriorque ſcriptura videtur eſſe haec: νῦν δ' ἐπιτίθησιν· Ἀσφαλείᾳ δὲ τὸ ἐπιβ. Sylb. Facile aſſentiar Sylburgio, prius horum vocabulorum eſſe delendum. Quod ſi tamen malimus ejus veſtigia quaedam ſervare, poſſit locus ſic legi: νῦν δ' ἐπιτίθησιν ἀσαφέστατα· Ἀσφάλεια δὲ — Reisk. Vulgo ſic diſtinguitur: ἐπιτίθησιν ἀσφαλείᾳ· „Ἀσφάλεια δὲ —. Dativum unice verum eſſe certatim monuerunt VV. DD. De ſqq. quae Dionyſius disputat ea refutatione non egent, cum, quod ad orationis conformationem attinet, nihil inſoliti in loco inſit. Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 269.

2. ἐπιβουλεύσας δέ τι] Rectius maſc. gen. τις, ut in vulg. libris eſt et infra [Jud. de Demoſth. p. 954. 8.] Conjunctio τέ poſt τυχών abeſt a vulg. libris; ſed infra quoque in altero exemplari ſcripto exſtat, et ſenſum magis explet. Sylb. Sed deeſt in omnibus Thuc. codd. neque ſenſus eam flagitat.

αὐτῶν] Ejusmodi artium, τοῦ ἐπιβουλεύειν et ὑπονοεῖν.

δεήσει] Vulg. libri habent δεήσοι, opt. verbi modo. Noſtrum δεήσει legitur etiam infra [Jud. de Demoſth. p. 954. 10.] Sylb. Et ſic ex codd. ſcripſit Haack.

μᾶλλον ὃ βούλεται δηλοῦν, οὔτε ὁ αὐτὸς τυχών τε καὶ ἐπιβουλεύσας νοεῖσθαι δύναται, εἴ γε ὁ μὲν τυχὼν ἐπὶ τοῦ κατορθώσαντος καὶ ἐπιτυχόντος ὃ ἤλπισε λέγεται, ὁ δὲ νοήσας ἐπὶ τοῦ προαισθομένου τὸ μήπω πραχθέν, ἀλλ᾽
3 ἔτι μέλλον κακόν. Καθαρὸς δὲ καὶ τηλαυγὴς ὁ νοῦς οὕτως ἂν ἦν· οἵ τ᾽ ἐπιβουλεύοντες ἑτέροις, εἰ κατορθώσειαν, δεινοί, καὶ οἱ τὰς ἐπιβουλὰς προεπινοοῦντες, εἰ φυλάξαιντο, ἔτι δεινότεροι, ὁ δὲ προειδόμενος, ὅπως μηδὲν αὐτῷ δεήσει μήτ᾽ ἐπιβουλῆς μήτε φυλακῆς, τάς τε ἑταιρίας διαλύειν ἐδόκει καὶ τοὺς ἐναντίους ἐκπεπλῆχθαι.

1 XXXI. Μίαν δὲ τούτοις ἐπιθεὶς περίοδον ἀγκύλως
890 εἰρημένην καὶ δυνατῶς μετὰ τοῦ σαφῶς· „Ἁπλῶς δὲ ὁ φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾷν ἐπῃνεῖτο καὶ ὁ ἐπικελεύσας τὸν μὴ διανοούμενον.“ Ποιητικῇ πάλιν ἐχρήσατο μεταλήψει· „Καὶ μὴν καὶ τὸ ξυγγενὲς τοῦ ἑταιρικοῦ ἀλλοτριώτερον ἐγένετο διὰ τὸ ἑτοιμότερον εἶναι ἀπροφασίστως
2 τολμᾷν.“ Τὸ γὰρ ξυγγενὲς καὶ τὸ ἑταιρικὸν κείμενον μετείληπται, τό τε ἀπροφασίστως τολμᾷν ἄδηλον, εἴτε ἐπὶ τῶν φίλων κεῖται νῦν, εἴτε ἐπὶ τῶν συγγενῶν. Αἰτίαν γὰρ ἀποδιδούς, δι᾽ ἣν τοὺς συγγενεῖς ἀλλοτριωτέρους ἔκρινον τῶν φίλων, ἐπιτίθησιν, ὅτι τόλμαν ἀπροφάσιστον

νοεῖσθαι] In *νοῆσθαι* [quomodo vulgo legitur] ambiguus est error. Convenientius tamen esse videtur *νοεῖσθαι*, quam *νοῆσαι*. Sylb.

τὴν μὲν οὖν] In Thucydidis exempl. vulgatis pro οὖν legitur γὰρ et mox πρόφασιν pro αἰτίαν. Sylb.

γινόμενοι] Exemplar habet γενόμενοι: ego praesens γινόμενοι cum Steph. malui, ut v. praec. in loco Thucyd. Sylb. In Ed. Steph. et Mss. Reg. 1. et Colb. γινόμενοι, quod rectius visum est Sylburgio. Huds.

πεποίηκε δ' ἀντὶ τῆς ἀνάγκης καὶ τοῦ πολέμου, ὀνοματικῶν ὄντων, ῥηματικά, τό τε ἀναγκάσαι καὶ τὸ πολεμεῖν.

VII. Ὅταν δὲ τῶν ῥημάτων ἀλλάττῃ τὰ εἴδη τῶν παθητικῶν καὶ ἐνεργητικῶν, οὕτω σχηματίζει τὸν λόγον·
797 „Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε." Τὸ γὰρ κωλύει, ῥῆμα ἐνεργητικὸν ὑπάρχον, ἀντὶ τοῦ κωλύεται,
2 παθητικοῦ ὄντος, παρείληπται. Ἦν δὲ τὸ σημαινόμενον
797 ὑπὸ τῆς λέξεως τοιοῦτον· „Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύεται ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε." Καὶ ἔτι τὰ ἐν τῷ προοιμίῳ λεγόμενα· „Τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις." Καὶ γὰρ ἐν τούτοις τὸ ἐπιμιγνύντες ἐνεργητικὸν ὑπάρχον ῥῆμα τοῦ ἐπιμιγνύμενοι, παθητικοῦ ὄντος, χώραν ἐπέχει.

ὀνομαστικῶν] Ὀνοματικῶν Reg. 1. 2. et Colb. et sic ubique. Hudſ. Recepi.

7. ἀλλάττῃ] In exempl. eſt ἀπαλλάττῃ: parum uſitate. Sylb. Ἀλλάττῃ habet Reg. 2. Hudſ.

καὶ ἐνεργητικῶν] Καὶ ποιητικῶν Reg. 2. et Colb. Hudſ.

Οὔτε γὰρ — τόδε] Thuc. I, 144. ubi ἐν ante ταῖς σπονδαῖς additur. Praepoſitionem Valla quoque non videtur legiſſe.

κωλύει] Sed quid ſi Thucydides non hoc ſed κωλύμῃ dederit? Reisk. Sed non dedit. Activum hic pro paſſivo uſurpatum eſſe, quamquam ſimilibus poetarum locis defendi poſſit (v. Erfurdt. ad Soph. Oed. R. 155. Seidler. ad Eurip. Iphig. T. 1119.) recte tamen Poppo p. 76. videtur negare. Neque tamen ſatis placet, quam idem proponit, Hermanni ratio, τι ſubaudientis atque ἐκεῖνο et τόδε accuſativos habentis. Nam et omiſſio pronominis durior eſt et ſenſus, qui ex hac explicatione exſiſtit: *nihil eſt enim in foederibus neque quod illud neque quod hoc impediat*, minus, ut opinor, concinit cum praegreſſis, quibus aptior videtur haec ſententiae conformatio: *neque enim illud neque hoc foederibus officit.* Vide igitur, ne cum Ar. C. pro κωλύει leg. ſit κωλύειν, qua correctione admiſſa facile unde ἐν, quod delendum cenſeo, ortum ſit intelligitur. Neque obſtare huic rationi videtur dativus ταῖς σπονδαῖς, cum κωλύειν ad ſenſum idem ſit, quod κώλυμα εἶναι, vel ἐμπόδιον εἶναι, *impedimento eſſe*, ut Valla vertit. Cf. Abreſch. Dilucc. Thuc. auct. p. 365.

τοιοῦτον] Τοιοῦτο. Reg. 1. Hudſ.

ἐν τῷ προοιμίῳ] C. 2. Cf. ad p. 154.

VIII. Ὅταν δ' ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ τὸ παθητικὸν παραλαμβάνῃ, τοῦτον σχηματίζει τὸν τρόπον· „Ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν.“ Βούλεται μὲν γὰρ δηλοῦν· „Ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις συνήλλαξαν.“ Παρείληφε δὲ τὸ ἐνηλλάγησαν, παθητικὸν ὑπάρχον, ἀντὶ ἐνεργητικοῦ, τοῦ συνήλλαξαν. Καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τούτῳ· „Τοὺς δ' ἐν τῇ μεσογείᾳ μᾶλλον κατῳκημένους.“ Ἀντὶ γὰρ τοῦ ἐνεργητικοῦ ῥήματος τοῦ κατῳκηκότας τὸ παθητικὸν παρείληφε, τὸ κατῳκημένους.

IX. Παρὰ δὲ τὰς τῶν ἑνικῶν τε καὶ πληθυντικῶν 798 διαφοράς, ὅταν ἐναλλάττῃ τὴν ἑκατέρου τούτων τάξιν, ἑνικὰ μὲν ἀντὶ πληθυντικῶν οὕτως ἐκφέρει· „Καὶ οὕτως ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν Συρακούσιον, αὐτὸν δὲ οὐ πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ.“ Βούλεται μὲν γὰρ τοὺς Συρακουσίους

VIII. ἐνεργητικοῦ] Ποιητικοῦ pro ἐνεργητικοῦ Reg. 2. ut et mox Reg. 2. et Colb. Hudſ.

Ἡμῶν δὲ — ἐνηλλάγησαν] Thuc. I, 120.

συνήλλαξαν] Conjecerit aliquis ἐνήλλαξαν. Sed idem συνήλλαξαν deinceps repetitur atque eadem ratione 5, 5. ἀπολοφύρασθαι dixit auctor, ubi accuratius ὀλοφύρεσθαι uſurpaſſet. Caeterum hic paſſivum (medium) activi vice fungi, non verum videtur. Cf. Riemer. Lex. ſ. v. ἐναλλάσσω, et Poppo p. 77. Atque ut ἐνηλλάγησαν, ſic etiam κατῳκημένους medium eſt (*ſich anſiedeln*). Quare non κατοικουμένους hic dici poterat. Cf. Thuc. III, 54. V, 83. Minime autem hic uſus inter Thucydidis ἰδιώματα referri debebat. Cf. Herod. II, 92, 102. IV, 8.

τὸ ἐπιφερόμενον — κατῳκημένους. ἀντὶ γὰρ τοῦ ἐνεργ.] Steph. brevius, τὸ ἐπιφερόμενον τὸ κατῳκημένους. ἀντὶ γὰρ τοῦ ἐνεργ. Sylb.

IX, 1. ἑνικὰ μὲν —] His reſpondent verba ἀντὶ δὲ τοῦ ἑνικοῦ — §. 2.

καὶ οὕτως — τῷ Ἀθηναίῳ] Thuc. VI, 78. ubi ut ſupra II, 48, 5. εἴτω legitur pro οὕτως, quod hic Dionyſium illi ſubſtituiſſe dixeris, quod locum integrum proponere nollet. Sed huic argumentationi nihil tribuo. Caeterum neque hic idioma eſt Thucydidis. V. Herod. I, 69: τὸν Ἕλληνα φίλον προσθέσθαι· c. 163; πυθόμενος τὸν Μῆδον παρ' αὐτῶν ὡς αὔξοιτο, ubi tamen ſunt, qui aliter interpretentur. VIII, 136: σύμμαχον τὸν Ἀθηναῖον ποιέεσθαι.

αὐτὸν δὲ οὐ] Sic edidi pro αὐτὸν δὲ οὐ. Apud Thuc. legitur ἑαυτὸν δ' οὔ.

τὸν Ἀθηναῖον] Steph. [Reg. 2. et Colb. Hudſ.] τῶν Ἀθηναίων, quae ſcriptura cum ſequenti expoſitione nequaquam



φράσει· τῷ τε θηλυκῷ γένει τῆς προσηγορίας τὸ θηλυκὸν ἀν-
τέζευξαι μόριον καὶ πτῶσιν τῆς μετοχῆς τὴν αἰτιατικὴν ἀντὶ
τῆς γενικῆς ἔταξεν τὸν τρόπον τόνδε· „Σωφροσύνην γὰρ λα-
βοῦσαι αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων ἐχώρησαν ἐπὶ
τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον
εὐνομίαν οὐ προτιμήσαντες.“ Εἰ δὲ τὰ ἀρσενικὰ τοῖς θηλυκοῖς
συνέταττον, ὥσπερ οὗτος πεποίηκε, τὰς γενικὰς ἀντὶ τῶν αἰ-
τιατικῶν πτώσεων παραλαμβάνοντες, σολοικίζειν ἂν ὑφ' ἡμῶν
3 λέγοιντο. Καὶ ἔτι τὰ τοιαῦτα· „Καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν
801 καταπλαγέντες.“ οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς δοτικῆς πτώσεως σχη-
ματίσθαι τὴν λέξιν ἥρμοττεν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς αἰτιατικῆς·
„καὶ μὴ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων καταπλαγέντες.“ Οὐδὲ
γὰρ „τῇ παρὰ τῶν θεῶν ὀργῇ φοβεῖσθαι“ λέγοιτ' ἄν τις,
ἀλλὰ τὴν τῶν θεῶν ὀργήν.

XII. Ἡ δὲ παρὰ τοὺς χρόνους τῶν ῥημάτων ἐκβεβη-
κυῖα τὸ κατάλληλον φράσις τοιαύτη τίς ἐστι· „Καίτοι εἰ
ῥαθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ

τὸ θηλυκὸν — μετοχικῆς] Steph. brevius [omissis verbis τῷ θηλυκῷ γένει τῆς προσηγορίας]: τό, τε θηλυκὸν ἀπέζευξεν μόριον καὶ τὴν πτῶσιν τῆς μετοχ. Sylb.

οἱ δὲ
τοῖς θηλυκοῖ
τὰ τῶν αἰτια
ἡμῶν λέγοιντ
tiodorum o

λέγοιν
malim, leg.
παραλαμβάν
inepta esse
praeeunte l
debatur. V
σολοικίζειν ἂ
mutata ad
γοιντο.

καὶ μὴ
loco Dionyl
ousativi fu
perculsi aliq

XII.
verba non
quotiqribus
μετέρχονται

πλέον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, (περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν) καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέροις τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι." Ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν ἐθέλοιμεν ῥῆμα τοῦ μέλλοντός ἐστι χρόνου δηλωτικόν, τὸ δὲ περιγίνεται τοῦ παρόντος. Ἀκόλουθον δ' ἂν ἦν εἰ συνέζευξε τῷ ἐθέλοιμεν τὸ περιέσται. — „Τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυςέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ, μενόντων μὲν ἡμῶν, σύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δέ, καίπερ χαλεπὸν ὄν, εὔπορον ἔσται." Τὸ 2

ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. Ex quibus verbis patet, εἰ ἐθέλοιμεν, hic non aptum esse, cum de re non dubia, sed vera et concessa sermo sit. Confitetur enim orator, Athenienses ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας κινδυνεύειν. Itaque vide, ne cum cod. Vindob. qui subinde egregius est, leg. sit εἰ ἐθέλομεν. Fortasse tamen vulgaris lectio hac interpretatione defendi potest: *Etiamsi vel eo, ἀνειμένως διαιτώμενοι, progrediamur, ut otiati potius, quam laborum exercitationem passi — pericula subire malimus —*. Cf. Matthiae Gr. Gr. §. 524. n. 5.

τὸ πλέον] Apud Thuc. τὸ πλεῖον.

(περιγίγνεται — προκάμνειν)] Inclusa absunt a Stephani editione. Sylb.

ἀτολμοτέροις] Sic etiam codd. quidam Thuc, apud quem vulgo legitur ἀτολμοτέρους.

ῥῆμα τοῦ μέλλοντος] Hoc quo jure dicat, equidem ignoro. Futuro περιέσται auctor usus esset, si quae dicit nonnisi ad futurum tempus referri voluisset; sed cum περιγίγνεται dicat, omne omnino tempus complectitur. Cf. III, 50: (ἴσμεν) οὔτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην, οὔτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς οὐδέν, εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιτο καὶ τἄλλα ὁμοιότροποι εἶεν. Cf. Plat. Gorg. p. 510. d.

ἀκόλουθον δ' ἂν ἦν, εἰ συνεζ.] In exemplari est ἀκόλουθον δ' ἦν, ἂν συνεζ. Ego Stephanum sequi malui. Sylb.

Τοῦ τε γὰρ — ἔσται] Thuc. IV, 10. ubi ξύμμαχον pro σύμμαχον legitur et μὲν post μενόντων omittitur. Particulae τε in τοῦ τε γὰρ in sequentibus respondere τό τε πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἄγαν δεῖ φοβεῖσθαι, recte monet Poppo p. 24. Sed quod idem putat, pronomen ὃ ante μενόντων cum libris plerisque omittendum et verba μενόντων — εὔπορον ἔσται, μηδενὸς κωλύοντος, καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν, μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, ἢν καὶ ὑφ' ἡμῶν βιάζηται· ἐπὶ γὰρ ταῖς ναυσὶ ῥᾷστοί εἰσιν ἀμύνεσθαι, ἀποβάντες δὲ ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη· parentheseos signis includenda esse, id, quamquam Haackius amplexus est, mihi tamen durissimum videtur. Retinendam igitur puto vulgarem lectionem. Ὃ post ω facile elidi potuit; simili

802 μὲν γὰρ γίγνεται τοῦ παρόντος ἐστί, τὸ δὲ ἔσται τοῦ μέλ-
3 λοντος χρόνου δηλωτικόν. Γέγονε δὲ καὶ παρὰ τὰς πτώσεις ὁ σχηματισμὸς ἀκατάλληλος. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γενικῆς πτώσεως ἐξενήνοχε τό τε μετοχικὸν ὄνομα, τὸ μελλόντων, καὶ τὸ ἀντωνυμικὸν τὸ ἡμῶν, ἐπὶ δὲ τῆς δοτικῆς τὸ ὑποχωρήσασιν. Οἰκειότερον δ' ἦν καὶ τοῦτο κατὰ τὴν αὐτὴν ἐξενηνέχθαι πτῶσιν.

XIII. Ὅταν δὲ πρὸς τὸ σημαῖνον ἀπὸ τοῦ σημαινομένου πράγματος τὴν ἀποστροφὴν ποιῆται, ἢ πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀπὸ τοῦ σημαίνοντος, οὕτω σχηματίζει τὸν λόγον·

---

modo ω ante ε elisum est ἐ
esse ἔξω *Olv.* monuit Hemster
emendatio fugerat Poppone
215. sqq. — Similis est locu
μένης ὑμῖν σπονδὰς ἔχειν τι β
ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται, —
praebent margo Gr. Parisi,
Schol. hic corruptam distinct
δυνάμει, ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησι
Reisig. in Conject. p. 310. sq
μίζω δ leg. esse νομιζόμενον, ἰδ

τὸ μὲν γὰρ — δηλωτικόν]
videtur esse potestas. Atque
poterat, quia, sensu postulan
ρήσομεν), non ὑποχωροῦσι,
dem γενήσεται non ineptum
Demosthenes, certo se sper
non cessuros esse. Nam de q
futura sit, eam eventuram es

γέγονε δὲ — ἀκατάλληλος
diluce. Thuc. auct. p. 355. sq
II, 2, 15.

ἀντωνυμικόν]. Idem exe
peram. Sylb.

XIII. πρὸς τὸ σημαῖνον
ἐξηλλαγμένην notat, ipse usu
tinus auctor eam non usurpa
τὸ στρατόπεδον ἀγρυπνοῦντες
στρατόπεδον significat τοὺς στ
meri adjectivum ei tribuit, ὡ
San. 259. 60. Sylb. Gregor
(τοῖς Ἀττικοῖς) μὴ ἀποδεδόσθαι
λὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Θου
(c. 79.) τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπὶ μ

„Τῶν δὲ Συρακουσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν.“ Προθεὶς γὰρ ἑνικὸν ὄνομα, τὸν δῆμον, ἀπέστρεψεν ἀπὸ τούτου τὸν λόγον ἐπὶ τὸ σημαινόμενον πρᾶγμα, πληθυντικὸν ὑπάρχον, τοὺς Συρακουσίους. Καὶ αὖθις· „Λεοντῖνοι γὰρ ἀπελθόντων Ἀθηναίων ἐκ Σικελίας μετὰ τὴν σύμβασιν, πολίτας τε ἐπεγράψαντο πολλοὺς καὶ ὁ δῆμος ἐπενόει τὴν γῆν ἀναδάσασθαι.“ Ἀπὸ γὰρ τοῦ πληθυντικοῦ ὀνόματος, τοῦ Λεοντῖνοι, ἀπέστρεψε τὸν λόγον ἐπὶ τὸ ἑνικὸν ὄνομα, τὸν δῆμον. 2 808

XIV. Πρόσωπα δὲ παρ᾽ αὐτῷ τὰ πράγματα γίγνεται, καθάπερ ἐν τῇ Κορινθίων πρὸς Λακεδαιμονίους δημηγορίᾳ γέγονεν. Ἀξιῶν γὰρ ὁ Κορίνθιος τοὺς προεστηκότας τῆς Πελοποννήσου φυλάττειν αὐτῆς τὸ ἀξίωμα πρὸς τὰς ἔξω πόλεις, οἷον παρὰ τῶν πατέρων παρέλαβον, ταῦτα λέγει· „Πρὸς τάδε βουλεύεσθε εὖ καὶ τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλαττον ἐξηγεῖσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῖν παρέδοσαν.“ Τὸ γὰρ ἐξηγεῖσθαι νῦν τέθεικεν ἐπὶ τοῦ προάγειν ἔξω τὴν Πελοπόννησον, ἡγουμένους αὐτῆς. Τοῦτο δὲ τῇ χώρᾳ μὲν ἀδύ- 2

καίπερ ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ φόβῳ ὄντας. Nolim huc trahere quae p. 94. disputat, coll. Thuc. II, 47. Cf. Matthiae Gr. Gr. §. 501. et 434. 2.

Τῶν δὲ — ἦσαν] Thuc. VI, 55.

ἀπέστρεψεν] *Ἐπέστρεψεν* Reg. 1. et Colb. Hudſ.

τοὺς Συρακουσίους] Steph. *τὸ Συρακουσίους*. Sylb.

Λεοντῖνοι γὰρ — ἀναδάσασθαι] Thuc. V, 4. ubi pro *σύμβασιν* legitur *ξύμβασιν*. Quae de hoc loco Dionyſius disputat, ſatis mira ſunt. Videtur autem opinatus eſſe, *τὸν δῆμον* hic intelligi populum Leontinorum, cum nonniſi plebs dicatur. Poſt hanc ſectionem nonnulla videntur intercidiſſe, quibus quod rhetor ſupra 2. propoſuerat, Thucydidem *ἐν τοῖς συνδετικοῖς καὶ τοῖς προθετικοῖς μορίοις καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς διαρθροῦσι τὰς τῶν νοημάτων δυνάμεις ποιητοῦ τρόπον ἐνεξουσιάζειν* et *πλεῖστα ἄν τινα εὑρεῖν παρ᾽ αὐτῷ τῶν σχημάτων προςώπων τ᾽ ἀποστροφαῖς καὶ χρόνων ἐναλλαγαῖς καὶ τροπικῶν σημειώσεων μεταφοραῖς ἐξηλλαγμένα καὶ σολοικισμῶν λαμβάνοντα φαντασίαν*, illuſtrata fuerint.

XIV. *Πρὸς τάδε — παρέδοσαν*] Thuc. I, 71. ubi pro *ἔλαττον* legitur *ἐλάσσω*. Dionyſius videtur *ἐλάττονα* dediſſe.

ἐπὶ τοῦ προάγειν ἔξω τὴν Πελοπόννησον] Merito haec explicatio obſcura viſa eſt Dukero; quam qui ipſa verba ad-

νατον ἦν συμβῆναι, τῇ δὲ δόξῃ καὶ τοῖς πράγμασι τοῖς περὶ αὐτὴν ὑπάρχουσι δυνατόν· καὶ βούλεταί τοῦτο δηλοῦν.
3 Πράγματα δὲ ἀντὶ σωμάτων τὰ τοιαῦτα ὑπ' αὐτοῦ γίγνεται. λέγεται δὲ ὑπὸ τοῦ Κορινθίου πρεσβευτοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους, συγκρίνοντος τά τε Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων·
804 „Οἱ μέν γε νεωτεροποιοὶ καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ, ὃ ἂν γνῶσιν· ὑμεῖς δὲ τὰ ὑπάρχοντά τε σώζειν καὶ ἐπιγνῶναι μηδὲν καὶ ἔργῳ οὐδὲ τἀναγκαῖα ἐξικέσθαι."
4 Μέχρι μὲν οὖν τούτων τὸ σχῆμα τῆς λέξεως σώζει τὴν ἀκολουθίαν, ὡς ἐπὶ προσώπων ἀμφοτέρων κειμένων· ἔπειτα ἀποστρέφεται κατὰ θάτερον τῶν μερῶν ὁ λόγος καὶ ἀντὶ τῶν σωμάτων πρᾶγμα γίγνεται περὶ τοὺς Λακεδαιμονίους.
5 Φησί· „Αὖθις δὲ οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες· τὸ δὲ ὑμέτερον τῆς τε δυνάμεως ἐνδεᾶ πρᾶξαι τῆς τε γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι, τῶν δὲ δεινῶν μηδέποτε οἴεσθαι

---

vertorit, ita, opinor, intelliget: *ducere Peloponnesios in ex-*
tern
vide
re,
Cert
γα ε
cant
mus,
Pelo
rit,
ficer
prob
qua
III,
X, p

Syll
smit

Aug.
I. en
ἃ χρὴ

fine

ἀπολυθήσεσθαι.“ Τὸ γὰρ ὑμέτερον ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς παρείληπται, πρᾶγμα ὑπάρχον ἀντὶ τοῦ σώματος.

XV. Ἐν δὲ τοῖς ἐνθυμήμασί τε καὶ νοήμασιν αἱ μεταξὺ παρεμπτώσεις, πολλαὶ γινόμεναι καὶ μόλις ἐπὶ τὸ τέλος ἀφικνούμεναι, δι' ἃς ἡ φράσις δυσπαρακολούθητος γίνεται, πλεῖσται μέν εἰσι καθ' ὅλην τὴν ἱστορίαν, ἀρκέσουσι δ' ἐκ 805 τοῦ προοιμίου δύο ληφθεῖσαι μόναι, ἥ τε δηλοῦσα τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀρχαίων τῆς Ἑλλάδος πραγμάτων καὶ τὰς αἰτίας ἀποδιδοῦσα· „Τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδὲ ἐπιμιγνύντες 2 ἀδεῶς ἀλλήλοις, οὔτε κατὰ γῆν οὔτε διὰ θαλάσσης, νεμόμενοί τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι, ὅσον ἀποζῆν, καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες οὔτε γῆν φυτεύοντες, ἄδηλον ὄν, ὁπότε τις ἐπελθὼν, καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσεται, τῆς τε καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ἡγούμενοι ἐπικρατεῖν, οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο.“ * * προςτεθὲν τῇ πρώτῃ περιόδῳ καὶ σχηματισθὲν οὕτω· „Τῆς 3 γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις οὔτε κατὰ γῆν (οὔτε διὰ θαλάσσης) νεμόμενοι δὲ τὰ ἑαυτῶν

τὸ γὰρ ὑμέτερον ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς παρείληπται] Ne hoc quidem idioma est Thucydidis. Cf. Plat. Legg. I. p. 643. a. ibique Ast. Valckenar. ad Herod. VIII, 140. Matthiae Gr. Gr. §. 269 et hujus quoque rationis imitatorem Dionys. Arch. VIII, 7. p. 1518. 5. c. 8. p. 1521. 14.

XV. πλεῖσται μέν] Sic edidi pro πλεῖστα μέν.

τῆς γὰρ ἐμπορίας — ἀπανίσταντο] Locus hic citatus etiam supra p. 164. v. 15. [de Compos. p. 526. Schaefer. et Jud. de Thuc. III, 25, 5.] in austerae compositionis descriptione. Exstat autem in ipso Thucydidis exordio c. 2. Sylb.

2. προςτεθέν] Mihi videntur tria postrema vocabula dictionis hujus Thucydideae ad hunc modum esse iteranda, ut, finita illa dictione, sic statim sequatur: τὸ γὰρ οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο προςτεθὲν τῇ πρώτῃ περιόδῳ. nam si illa tria vocabula οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο primo statim membro periodi adjuncta fuissent. Quo admisso mox non in dativo, τῇ δὲ παρεμβολῇ leg. sit, sed in nominativo ἡ δὲ παρεμβολή. Reisk. Mihi in mentem venerat, post ἀπανίσταντο elisum esse ὅ, quod tamen pronomen quia non satis perspicue rhetoris sententiam declararet, praetulerim conjecturam Reiskii. Sed dativus τῇ δὲ παρεμβολῇ videtur retineri posse, cum ad πεποίηκε intelligi queat Thucydides. In praegressis quae exciderant, verba οὔτε διὰ θαλάσσης, uncis inclusa addidi.

ἀπανίσταντο] Ἀνίσταντο Reg. 1. Colb. Huds.

ἕκαστοι ὅσον ἐπεῖχον, οὐ χαλεπῶς ἀπηνέσταντο·" Φανερωτέραν ἂν ἐποίει τὴν διάνοιαν. Τῇ δὲ παρεμβολῇ τῶν μεταξὺ πραγμάτων, πολλῶν ὄντων, ἀσαφῆ καὶ δυσπαρακολούθητον

5 πεποίηκε. Καὶ ἡ περὶ τῆς Εὐρυσθέως στρατιᾶς ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν

806 ἤδε· „Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ τῶν Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος, Ἀτρέως δὲ μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ

στρατιᾶς] Steph. στρατείας: usitatius. Idem Steph. seq. v. habet ἐν μὲν τ. Nostra lectio consentit cum Thucyd. exempl. [I, 9.] Sylb. De στρατιά et στρατεία modeste, ut solet, Sylburgius. Ex iis quae de his formis nuperrime disputavit censor edit. Thuc. Haack. in Ephem. litt. Hal. Oct. 1820. N. 262. p. 255. D. apud Dionysium quoque multis locis codd. lectio revocanda erit.

Εὐρυ[illegible]
λέγουσι δὲ [illegible]
πρότερον δ[illegible]
Plutarch. [illegible]
ρους, δυνα[illegible]
ὄντα ὅμως [illegible]
ναι. Cum [illegible]
conformat[illegible]
μητρὸς ἀδε[illegible]
σίππου θά[illegible]
τὴν ἀρχὴν [illegible]
Εὐρυσθεύς [illegible]
δῶν, καὶ ἀ[illegible]
θος τεθρα[illegible]
τὴν βασιλει[illegible]
quam part[illegible]
μητρὸς ἀδε[illegible]
Ἀτρέως ex[illegible]
adjici deb[illegible]
primarium [illegible]
potentia e[illegible]
habes I, 6 [illegible]
τοῖς Ἀσιανο[illegible]
το δρῶσι. [illegible]
πυγμῆς καὶ [illegible]
της μέντοι [illegible]
τοιαῦτα, ὥσ[illegible]
νοίᾳ. ubi re[illegible]
Cyrop. I, 1, [illegible]
παμπόλλους [illegible]
αὐτῷ) —. [illegible]
cast. — I[illegible]
Parenthese[illegible]
Thucydidis [illegible]
Plutarch. p[illegible]
rus ad Isoc[illegible]

τῷ καὶ ἐπιτρέψαντος Εὐρυσθέως, ὅτ' ἐστράτευε, Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ οἰκεῖον Ἀτρεῖ· τυγχάνειν δὲ αὐτὸν φεύγοντα τὸν πατέρα διὰ τὸν Χρυσίππου θάνατον· καὶ ὡς οὐκέτι ἀνεχώρησεν Εὐρυσθεύς, βουλομένων καὶ τῶν Μυκηναίων, φόβῳ τῶν Ἡρακλειδῶν καὶ ἅμα δυνατὸν δοκοῦντα εἶναι καὶ τὸ πλῆθος τεθεραπευκότα, τῶν Μυκηναίων τε καὶ ὅσων Εὐρυσθεὺς ἦρχε τὴν βασιλείαν Ἀτρέα παραλαβεῖν.

XVI. Ἐν οἷς δὲ σκολιὰ καὶ πολύπλοκος καὶ δυσεξέλικτος ἡ τῶν ἐνθυμημάτων κατασκευὴ γίνεται, τοῦτον τὸν τρόπον ἔχει παρ' αὐτῷ. Κεῖται δὲ ἐν τῷ ἐπιταφίῳ ἡ λέξις· „Τὴν δὲ τῶν ἐναντίων τιμωρίαν ποθεινοτέραν αὐτῶν λαβόντες καὶ κινδύνων ἅμα τόνδε κάλλιστον νομίσαντες ἐβουλήθησαν τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἐφίεσθαι, ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν ἐπιτρέψαντες, ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ ἤδη 807 ὁρωμένου σφίσιν αὐτοῖς ἀξιοῦντες πεποιθέναι, ἐν τῷ ἀμύνεσθαι παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τῷ ἐνδόντες σώζεσθαι, τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὸ δὲ ἔργον τῷ σώματι ὑπέ-

---

XVI. πολύπλοκος] Steph. πολυπλόκος, ut supra dictum ad 2, 4. Sylb.

ἐν τῷ ἐπιταφίῳ] L. II. c. 42. ubi praecedunt τῶν δὲ οὔτε πλούτῳ (sic pro πλούτου optimi codd. exhibent, idemque Valla expressit.) τις τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν προτιμήσας ἐμαλακίσθη, οὔτε πενίας ἐλπίδι (i. e. ob spem, quam pauperes fovere solent), ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν αὐτὴν πλουτήσειεν, ἀναβολὴν τοῦ δεινοῦ ἐποιήσατο.

αὐτῶν] i. e. τῆς ἔτι ἀπολαύσεως (non τοῦ πλούτου, ut Haackius putat) καὶ τῆς ἐλπίδος (in qua voce hic simul studii notio inest) τοῦ διαφυγεῖν τὴν πενίαν.

ἐβουλήθησαν] Thucydidis exemplaria ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ. Sylb.

ἐφίεσθαι] Ἵεσθαι. Hudſ. Poppo p. 225. ἀφίεσθαι conjecit, quod merito reprobat ejus libri censor in libellis philol. Fasc. 2. p. 156. sq. Etenim non simpliciter dicitur ἐβουλήθησαν τῶνδε (quod pronomen eodem redit, quo praegressum αὐτῶν) ἐφίεσθαι, quod sane ineptum esset, sed ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ (i. e. τοῦδε τοῦ κινδύνου) τῶνδε ἐφίεσθαι, *nonnisi illo periculo propulsando ista bona appetere voluerunt*, quae quidem exoptabant, sed ita tamen, ut simul fortes se gererent, non voluptatum cupiditate a virtute deflecterent.

ἐν τῷ ἀμύνεσθαι παθεῖν] Thucyd. exempl. habent καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι [ἀμύνασθαι] καὶ παθεῖν. Sylb. Ἀμύνεσθαι ex codd. rescripsit Haackius. Caetera apud Dionysium muti-

μειναν καὶ δι' ἐλαχίστου καιροῦ τύχης ἅμα ἀκμῇ τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τοῦ δέους ἀπηλλάγησαν." Τοιαῦτά ἐστι καὶ τὰ περὶ Θεμιστοκλέους εἰρημένα ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ· „Ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι. Οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν οὔτ' ἐπιμαθὼν τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ

---

lata sunt. Mox Heilmannus, quem interpretum plerique sequuntur, ἢ τῷ ἐνδόντες pro ἢ τῷ ἐνδόντες legit, et ad ἡγησάμενοι verbum χρῆναι subaudit, ut haec sit totius loci sententia: *atque in ipsa defensione vel mortem potius oppetendam, quam alicui* (hosti) *cedendo salutem quaerendam esse rati* caet. Sed hic χρῆναι omitti potuisse non putaverim. Nec magis verum censeo, quod Scholiastes dicit, μᾶλλον hic positum esse pro κρεῖσσον, quod qui saepius fieri affirmat, Haackius, velim, hunc usum idoneis exemplis adstruxisset. Quod vix poterit. Itaque μᾶλλον cum παθεῖν jungendum et ἡγεῖσθαι *constituere* interpretandum puto.

ἢ τοῦ δέους] Post ἢ repete ἅμα ἀκμῇ.

ἀπηλλάγησαν] sc. τοῦ βίου.

εἰρημένα] Εἰρημένα ὑπὸ τοῦ συγγραφέως Reg. 1. Hud s.

ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ] C. 138. Cf. annot. ad 4, 1.

οἰκείᾳ] i. e. φυσικῇ, ut Schol. interpretatur. Cf. Plutarch. de Herod. malign. 38: Ὀδυσσεὺς ἐπωνομάσθη διὰ τὴν φρόνησιν. Caeteros scriptorum, a quibus vir summus collaudatur, locos, cum omnibus noti sint, hic coacervare nolo. Seqq. laudat Cicero ad Att. X, 8. qui pro τῶν τε παραχρῆμα legit τῶν μὲν παρόντων et pro τό τε ἄμεινον ἢ χεῖρον — τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χ.

προμαθὼν] sc. priusquam remp. capesseret. Eodem respectu dicitur ἐπιμαθών.

τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου] Pleonasmum, quem Poppo p. 206. in his verbis invenit, equidem non agnoverim. Nam non jungendum puto τοῦ γενησομένου τῶν μελλόντων, ut Poppo videtur fecisse, sed τῶν μελλόντων ab εἰκαστής, et τοῦ γενησομένου ab ἐπὶ πλεῖστον pendere existimo. Caeterum hunc quoque locum quadamtenus imitatus est Dionys. Archaeol. VII, 57. p. 1445. 4: συνενέγκῃ (leg. cum Vat. συνενέγκοι) μὲν ταῦτα ὑμῖν καὶ γενοίμην ἐγὼ κακὸς εἰκαστὴς τῶν ἐσομένων. Cf. interpr. ad Jud. de Lys. p. 449. Hemsterh. ad Lucian. somn. §. 10. p. 191. Bip. Thucydidis locum respicit Cornel. Nep. Themist. c. 1.

πλείστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής. καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε, ὧν δὲ ἄπειρος εἴη κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο. Τό τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, φύσεως μὲν δυνάμει, μελέτης δὲ βραχύτητι κράτιστος δὴ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἐγένετο." 808

XVII. Οἱ δὲ μειρακιώδεις σχηματισμοὶ τῶν ἀντιθέτων τε καὶ παρομοίων καὶ παρισώσεων, ἐν οἷς οἱ περὶ τὸν Γοργίαν μάλιστα ἐπλεόνασαν, ἥκιστα τῷ χαρακτῆρι τούτῳ προσήκοντες, αὐστηρὰν ἔχοντι τὴν ἀγωγὴν καὶ τοῦ κομψοῦ πλεῖστον ἀφεστηκότι, τοιοῦτοί τινές εἰσι παρὰ τῷ συγγραφεῖ· „Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη." Καὶ ἔτι δέ· „Οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν 2 τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες· τὸ δ' ὑμέτερον τῆς τε δυνάμεως ἐνδεᾶ πρᾶξαι τῆς τε γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι, τῶν δὲ δεινῶν μηδέποτε οἴεσθαι ἀπολυθήσεσθαι." Καὶ ἐν οἷς τὰς καταλαβού- 3 σας τὴν Ἑλλάδα συμφορὰς διὰ τὰς στάσεις ἐπεξέρχεται, τοιάδε γράφων· „Τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέλλησις δὲ προμηθὴς δειλία εὐπρεπής· τὸ δὲ σῶφρον πρόσχημα τοῦ ἀνάνδρου· καὶ τὸ εἰςάπαξ συνετὸν ἐπίπαν ἀργόν." Πολλὰ τοιαῦτά τις ἂν εὕροι δι' ὅλης 4



καὶ ἃ μὲν — ἀπήλλακτο] Similia judicia collegit Goeller. in Act. Monac. T. II. Fasc. 2. p. 225. sq.

εἴη κρῖναι] Steph. pro εἴη κρῖναι habet ἐπικρῖναι [atque ita in Reg. 1 2. et Colb. Hudſ.]. Noſtra lectio cum Thucydidis exemplaribus conſentit. Sylb.

προεώρα] In iisdem exemplaribus cum adverbio legitur προεώρα μάλιστα. Sylb.

κράτιστος δή] Sic pro κράτιστος δέ ſcripſi ex ed. Sylburg.

XVII. Φαίνεται — οἰκουμένη] I, 2. V. notata ad II, 25, 3.

οἱ μὲν — ἀπολυθήσεσθαι] Citatur et hic locus etiam 14, 5. Sylb. V. ibi not.

τὸ δ' ὑμέτερον] Supra, ut apud Thuc. τὸ δὲ ὑμέτερον.

ἀνδρεία] In Thucyd. [III, 82.] ἀνδρία et mox τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα, καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετόν etc. Hudſ. Cf. ad II, 29, 5.



αὐτοῦ τῆς ἱστορίας λεγόμενα. Ἱκανὰ δὲ καὶ ταῦτα δείγματος ἕνεκα εἰρῆσθαι. Ἔχεις, ὦ φίλε Ἀμμαῖε, τὰ παρατηρήματα καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν, ἐκ τῆς κοινῆς ἐξητασμένα πραγματείας, ὡς ἐπεζήτεις. Εὐτυχῶς Ἀμμαῖε.


ἱκανόν] *Ἱκανά* Reg. 1, 2. et Colb. Hudſ. Hos ſecutus ſum.

COMMENTATIONES
CRITICAE ET HISTORICAE
DE
THUCYDIDIS HISTORIARUM
PARTE POSTREMA

SCRIPSIT

Dr. CAROLUS GUILELMUS KRÜGER

POMERANUS.



CAPUT PRIMUM.

Nihil in studiis parvum est. Quintil.

THUCYDIDES
morte praeventus historiam suam non absolvit, nec ultimam manum admovit libro octavo, quem genuinum esse et narrationis et orationis indoles ostendit.

Haud injuria Dionysius Halicarnasseus Thucydidem vituperasse videatur [1]), quod in tanta illustrium, quas Graeci gesserint, rerum copia pronuntiare non dubitaverit, magnitudine ac gravitate bellum Peloponnesiacum caeteris antecellere omnibus [2]). Quotus enim quisque est, qui, ut nihil dicam de temporibus fabulosis, Marathona, Thermopylas, Salamina, Plataeas, minus celebrandas existimet, quam, ne minora tangam, funestas clades, quibus Athenienses cum ad Syracusas tum ad Aegos flumen profligati sunt? Prona est igitur suspicio, gravius, si forte, Thucydidis de bello Peloponnesiaco judicium inde ortum esse, quod cum rebus eo gestis ipse interfuerit, tum easdem sibi perscribendas elegerit, ideoque sic consideravit collustraritque, ut minus, quam par esset, contueretur alia. Quam quidem sententiam inprimis approbabit qui solum respexerit bellum Archida-

1) Judic. de Thuc. p. 855 sq.

2) Thuc. 1, 1. coll. quae monuimus ad Dionys. p. 128.

mium [3]). Depopulationes mutuae, urbes expugnatae, crudeles civium ſtrages, quaedam majoris momenti proelia, Spartanorum manus in Sphacteria capta [4]), haec aliaque, ut majus hoc bellum judicetur caeteris, quae contra Graecos Graeci adhuc geſſerant, ſufficiunt; ut Perſicis quoque bellis majus cenſeatur ſufficere non videntur. Qui pari ingenio atque virtute praeditus majora moliebatur, cumque Athenas, niſi ſociis ſuis privarentur, debellari non poſſe intelligeret, expeditionem in Thraciam fecit, inde, ut videtur, bellum in Aſiam tranſlaturus, Braſidas praematura morte, quominus conſilia ſua exſequeretur, praeventus eſt. Et cum eodem tempore Cleon etiam, qui non minus quam ille paci adverſatus fuerat [4b]), occubuiſſet, Niciae pax huic quidem bello finem impoſuit. Quae ſi firma ac ſtabilis fuiſſet, facile vulnera, quae ſibi ipſa inflixerat Graecia [5]), conſanuiſſent; quae novo, quod mox exortum eſt, bello facta ſunt inſanabilia. Atque hoc demum bello, quod praegreſſum erat Archidamium momenta nactum eſt potentiſ-

---

3) Sic enim a Lacedaemoniorum rege Archidamo prior belli pars vocabatur (v. Harpocr. ſ. v. *Ἀρχιδάμιος πόλεμος* ibique Mauſſ. et Valeſ. Lexicc. Segg. p. 450. 1.) quod Niciae pax finivit, de qua Plut. Nic. 9. Alcib. 14. cf. Thuc. V, 16 ſſ. Ariſt. Pac. 269. ſ. 280. ſ. Schol. ad Eq. 790. (falſus eſt Schol. ad Eq. 1589.) Schol. Pac. 466. 480. 1050. Diod. XII, 74. Quod ſequebatur bellum, Decelicum appellabant, *τὸν ἐκ Δεκελείας πόλεμον* Thuc. VII, 27. *Δεκελεικὸν πόλεμον* Iſocr. de pace 14. Demoſth. p. Cor. 28, 5. Bekker. Harpocr. ſ. v. *Δεκελεικός*, Weſſ. ad Diod. 15, 9. — Lexicc. Segg. p. 234, 27. et Zonar. p. 474. rem confundunt. Hoc bellum ſignificari a Xenophonte Hellen. II, 4, 21. jam vidiſſe video Hinrichs. in comment. de Theramenis, Critiae et Thraſybuli rebus et ingenio p. 25. annot. Hanc ſententiam unice veram eſſe demonſtrat Iſocr. Panath. 19.

4) De his, quos ut reciperent inprimis pacem componere ſtudebant Lacedaemonii (Thuc. IV, 41. 117. V, 115.) vid. Thuc. IV, 8. ſſ. Plut. Nic. 7. ſ. Alc. 14. de glor. Athen. 7. ubi poſt *δεδεμένους* excidiſſe ſuſpicor τ, i. e. *τριακοσίους*. Strabo VIII, 4. p. 180. Tauchn. Diod. XII, 63. Pauſ. Meſſ. 36. Attic. 15, 5. Crebra ejusdem rei mentio apud Ariſtophanem ejusque Scholiaſtas Nub. 186. Pac. 218. Equitt. paſſim.

4b) Thuc. V, 16. Ariſtoph. Pac. 269. ſſ. Plutarch. Nic. 9.

5) Appoſite Pauſan. Arcad. 52, 2: *τοὺς ἐπὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου, καὶ μάλιστα αὐτῶν τοὺς εὐδοκιμήσαντας. φαίη τις ἂν αὐτόχειρας* (de hac voce v. egregiam Spohnii notam ad Iſocr. Paneg. 32.) *καὶ ἔτι ἐγγύτατα ποντιστὰς εἶναι σφᾶς τῆς Ἑλλάδος.*

ſima, ita ut, cum fallax tantum ſuſpectaque pax interfuerit [6]), merito utrumque uno nomine comprehendatur Peloponneſiaci: quod non maximum videri non poteſt ei, qui reputarit, eo non ſolum civitatem opibus florentiſſimam gradu dejectam, ſed totius Graeciae vires ita infractas eſſe, ut nunquam priſtinam recuperarit potentiam [6 b]).

Quae inprimis Atticas opes concuſſit, clades Sicilienſis quanto praeclarius a Thucydide perſcripta eſt [7]), tanto magis dolemus, hunc non illa quoque tempora complexum eſſe, quibus quod in prooemio eum contendiſſe diximus, bellum Peloponneſiacum caetera, quae Graeci geſſiſſent, magnitudine praecellere, optime oſtendere potuiſſet, idque cur non fecerit requirimus, cum totius belli Peloponneſiaci hiſtoriam promiſerit [8]). Quem quod promiſſum non ſolverit, notare, quam cur non ſolverit, explicare maluit iniquus ejus cenſor Dionyſius [9]). Cujus haec, quam diximus, reprehenſio ita

---

6) Thuc. V, 26; *τὴν διὰ μέσου ξύμβασιν, εἴ τις μὴ ἀξιώσει πόλεμον νομίζειν, οὐκ ὀρθῶς δικαιώσει. Τοῖς τε γὰρ ἔργοις, ὡς διῄρηται, ἀθρείτω, καὶ εὑρήσει οὐκ εἰκὸς ὂν εἰρήνην αὐτὴν κριθῆναι, ἐν ῇ οὔτε ἀπέδοσαν πάντα οὔτ' ἀπεδέξαντο, ἃ ξυνέθεντο. Ἔξω τε τούτων πρὸς τὸν Μαντινικὸν καὶ Ἐπιδαύριον πόλεμον καὶ ἐς ἄλλα ἀμφοτέροις ἁμαρτήματα ἐγένοντο καὶ οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ξύμμαχοι οὐδὲν ἧσσον πολέμιοι ἦσαν, Βοιωτοί τε ἐκεχειρίαν δεχήμερον ἦγον. Ἐγένοντο* pro *ἐγένετο* ſcripſi ex codicibus. Cujus dicendi rationis exempla non rara ſunt v. Thuc. III, 82. extr. IV, 61. (ubi tamen alii libri *διαφοραὶ* legunt) V, 75. VI, 62. VII, 57. Xenoph. Hellen. IV, 2, 7. Oec. 15, 6. Lyſ. c. Agor. p. 466. R. Ariſtot. Polit. V, 2, 11. Aſt ad Plat. Polit. 1, 24. Legg. T. II. p. 46. Hermann. ad Soph. Electr. 430. Amuſſi, opinor, in hac quoque ratione abſtinendum. — De bello Epidaurico v. Thuc. V, 43. ſſ. Plut. Alc. 15. Diod. XII, 77. De ſociorum in Thracia rationibus alibi dicetur.

6b) Cf. Heilmann. Krit. Gedanken von dem Char. u. d. Schreibart des Thuc. in ej. opuſc. a Danovio edd. T. II. p. 104. ſſ.

7) Judice etiam Heilmanno l. l. p. 153. et quovis opinor lectore. Jam a veteribus collaudatus eſt locus VII, 70. ſſ. V. Dionyſ. Jud. de Thuc. p. 874. ſſ. Plutarch. de Glor. Athenn. V. IX. p. 87. Hutten.

8) V, 26: *γέγραφε δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ἑξῆς, ὡς ἕκαστα ἐγένετο, μέχρις οὗ τήν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν τῶν Ἀθηναίων Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι καὶ τὰ μακρὰ τείχη καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέλαβον.* Cf. I, 15. II, 65.

9) Epiſt. ad Pompej. p. 771.

vera videretur, si exploratum esset, Thucydidem, cum posset, telam, quam exorsus erat, noluisse pertexere. Tale quid *conjecisse* nuper virum doctum, satis nequeo mirari [9b]. Thucydidis enim qui sunt similes, hi quod instituerunt non tam facile abjiciunt: qui viginti septem per annos, ut *κτῆμα ἐς ἀεί* conderet, materiem conquisivit, eum probabile est, nonnisi invitum, majore operis parte absoluta, non perfecisse minorem.

Sed de hac re ut certi quid pronuntiari queat, excutienda sunt quae de scriptoris vitae exitu prodita habemus. Ordienda videtur haec quaestio ab eo auctore, quem in ejusmodi narrationibus diligentissimum novimus, a Pausania. Is igitur, Οἰνοβίῳ, inquit [11]), *ἔργον ἐστὶν εἰς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χρηστόν· ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας Θουκυδίδην. Καὶ οἱ δολοφονηθέντι, ὡς κατῄει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων.* De exilio revocatum esse Thucydidem ipse significat [12]). Quaeritur, quando hoc factum sit. Quod quis conjecerit, eo id tempore contigisse, quo, Athenis a Lysandro expugnatis, exulibus reditus concessus est [13]), duplici de causa admitti nequit. Primum enim cum Thucydides octavo belli Peloponnesiaci anno, quod nonnisi septem et viginti annorum fuisse affirmat, expulsus, per viginti annos se extorrem fuisse dicat, sequitur, ut anno post, quam Athenae expugnatae sunt, revocatus fuerit [14]). Deinde si ipsi una cum caeteris exulibus redeundi potestas facta esset, quid peculiari, quod Pausanias commemorat, Oenobii psephismate opus fuisset? Sed dixerit quispiam, quam causam comminiscemur, cur Thucydidi cum caeteris in patriam reverti non licuerit? Hanc difficultatem, ut opinor, Marcellinus expediet, e Didymo referens [15]):

9b) Benedict. Comment. critici in Thucydidis octo libros ad VIII, 78. p. 216.

11) Attic. 23, 11.

12) l. l. Confirmat etiam Plin. H. N. VII, 31: *Thucydidem imperatorem Athenienses in exilium egere* (cf. Thuc. IV, 104 s. V, 26. Marcell. p. 724. 728. Anonymi Vita Thuc. p. 735.): *rerum conditorem revocavere, eloquentiam mirati, cujus virtutem damnaverant.*

13) V. Xenoph. Hellen. II, 2, 20. 23. Andoc. de Myst. p. 38 de pace p. 94. Plutarch. Lys. 14.

14) V. l. l.

15) p. 726.

τοὺς Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν, μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ. Id post cladem Siciliensem non factum esse abunde docet scriptorum, inprimis Thucydidis, alias in hac quoque re annotanda diligentissimi [16]), silentium. Itaque quamquam Marcellinus deperditos Philochorum et Demetrium eorum, quae dixit, auctores advocat, quis non facile sibi persuadeat, hos quoque nihil aliud retulisse, quam quod inter omnes convenit, Athenienses exsulibus redeundi potestatem fecisse non post Siciliensem stragem, sed post cladem ad Aegos flumen acceptam, atque hanc narrationem a scriptoribus temporum negligentibus, sive Marcellino sive Didymo, corruptam esse. Cui conjecturae tanto facilius assensum nos impetraturos esse speramus, cum, si temporis notationem exceperis, caetera Marcellino credenda esse existimemus omnia. Tantum enim abest, ut Pisistratidarum mentionem fabulosam esse contendamus [17]), ut inde difficultatem, ad quam modo offendimus, optime tollere posse videamur. Etenim si illi quo tempore caeteri exsules restituebantur exclusi erant, facile patet, cur, ut peculiari psephismate Thucydides revocaretur, opus fuerit, cum a Pisistrato eum genus traxisse proditum sit [18]). Haec ratio auctorum dissensum tollit, eoque non exiguam probabilitatis speciem nanciscitur. Probabilitatis, inquam: nam pro certo in re tam dubia quidquam affirmare quis audeat?

Non magis constat, ubi scriptor interemtus sit. Nam interemtum esse uno consensu testantur Plutarchus [19]) Didymus e Zopyro [20]) et Pausanias [21]). Sed

16) V. VIII, 70.

17) Quemadmodum Meierus de bonis damnat. p. 229.

18) Schol. Thuc. I, 20. Marcell. p. 723.

19) Vita Cim. 4.

20) Apud Marcell. p. 726. Qui quod subjicit: *ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω, λέγοντα τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ τετελευτηκέναι κᾂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν.* non uno modo laborat. Primum enim hic Zopyro contraria refert, atque Didymum invenisse paucis versibus ante dixit: unde locum esse corruptum conjicerem, nisi Marcellinum me tractare recordarer. Deinde quod dicit *κᾂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν*, non mirum videri non potest, cum Cratippus Thucydidis aequalis fuerit (v. ad Dionys. III, 16, 2.), aequales autem talia non credere, sed scire debeant.

21) l. l. Solus, quod sciam, morbo exstinctum refert Anonym. p. 735.



Plutarchus eum in Thracia interfectum dicit, Didymus, ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα, *cum rediisset* (Athenas), Pausanias, ὡς κατῄει, *cum rediret*. Quod Plutarchus tradit quam facile confingi potuerit sponte intelligitur [22]. Contra quod Pausanias refert tanto verisimilius videri possit, cum Apollodorus [23]) Thucydidem Parparone, Aeoliae oppido, periisse prodiderit, nec improbabile sit, auctorem in patriam rediturum, antea Asiae oras, ubi res a se descriptae describendaeve magnam partem gestae erant, sibi perlustrandas duxisse. Ita non esset, quod Ciceronem [24]) et Plutarchum [25]) erroris insimularemus, referentes, Thucydidem libros suos scripsisse in Thracia. Sed hanc sententiam Thucydides ipse explodit. Qui cum V, 26. quamdiu extorris fuerit dicat, in patriam se rediisse significat. Idem colligi potest e l. I. c. 93: ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ (sc. πάχος; nam Schol. male τεῖχος repetere vel ex sq. τὸ δὲ ὕψος, quod huic opponitur, patet) νῦν ἔτι δῆλόν ἐστιν, nempe e fundamentis murorum a Lacedaemoniis dirutorum, *necdum a Conone restitutorum*: quae auctor se ipsum vidisse hic satis declarat. Hinc probabilior videbitur Didymi narratio, Thucydidem Athenis interemtum referentis. Sed haec cum ad argumentum nostrum minus pertineant, nunc quidem missa faciamus. Inprimis enim nobis urgendus est auctorum ille consensus, quo Thucydidem violenta morte obiisse testantur: unde quantopere quod conjecimus, Thucydidem invitum morteque praeventum, historiam suam non absolvisse, confirmetur, quivis intelligit.

Jam quaeritur, utrum Thucydides historiam suam tantum ad finem non perduxerit, an ea quoque, quae conscripsit, non satis emendarit perpoliveritque. Hoc qui ex insigni, quae in hoc potissimum scriptore offendant, difficultatum numero probare conaretur: nae ille argumentatione levis-

---

22) Quod Timaeus ap. Marcell. p. 726. refert, Thucydidem in Italia obiisse, non dignum est, quod respiciatur. Fortasse tamen haec quoque narratio inde orta, quod historicum ibi decessisse sumebant, ubi aliquamdiu eum degisse constabat. Cf. p. 724.

23) Apud Steph. Byz. v. Παρπάρων.

24) De orat. II, 13.

25) De exilio 14. Adde Marcell. p. 724.

sima uteretur [26]). Nam, ne dicam, difficultatum istarum, sana interpretandi ratione adhibita, bonam partem evanescere, multaque, quae nobis obscura videantur, non Graecis esse visa: praefractior atque impeditior Nostri dicendi ratio ex ejus ingenio potius derivanda est, quam inde, quod libros suos non satis elimaverit. Quamquam non negaverim, auctorem, si eos retrectasset, multa fuisse emendaturum. Quis est enim, qui ubi secundas curas scriptionibus suis adhibet, non inveniat, quae emendet? Sed hoc si respiceremus, nullum unquam opus absolutum foret dicendum. Et in Thucydidis quidem historia usque ad initium libri octavi tantam, opinor, quisque artem deprehendet, ut ea nonnisi a summa cura ac diligentia profecta videri possit.


Non idem, quod de caeteris libris, de octavo pronuntiare licet. In quo cum et in rebus et in verbis plurima, quibus offendaris, reperiantur, neque ingenii artisque tot, quot in illis, vestigia animadvertantur, facile suspiceris, octavum quidem librum, imperfectum a Thucydide relictum, retrectatum magisque expolitum nos habituros esse, si vita auctori suppetiisset. Quae quidem sententia, cum pauca tantum, quae quidem satis certa sint, de primis historiae Thucydideae fatis acceperimus [27]), nonnisi internis argumentis adstrui potest.

At occurrunt hic critici veteres, quibus diversam ab hac, quae modo proposita est, conjecturam placuisse ex Marcellino discimus. Qui λέγουσι δέ τινες, inquit [28]),

26) Quod Heilmannus praef. ad interpretat. germ. p. XXX. plura negligentiae vestigia sibi reperisse visus est, earum major pars ejusmodi est, ut similia ex optimis scriptoribus afferri possint. Quae Heilmanni, eadem et Mitfordii sententia, qui Hist. Gr. T. IV. p. 370. vers. vernac.: *Ich bemerke bei dieser Gelegenheit, dass, da Thucydides sein Geschichtswerk nie vollendet hat, die letzten Kapitel und selbst ein grosser Theil des letzten Buches, Kennzeichen einer ungeordneten Compilation an sich tragen, und hier und da auch in Rücksicht des Ausdruckes vernachlässigt sind. Indess möchte ich lieber annehmen, dass das Ganze seine eigne unvollendete Arbeit sey, als dass der letzte Theil durch einen andern (einige haben behaupten wollen, durch seine Tochter) aus seinen Materialien zusammengetragen worden.*

27) v. Weisk. ad Diog. Laert. vit. Xenoph. in hujus opp. ed. I. p. XXXII. Weiskii tamen sententiam probabilem esse, nondum mihi persuadere potui.

28) p. 728.



τὴν ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου· ἀλλ' οἱ μέν φασιν εἶναι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, οἱ δέ, Ξενοφῶντος. Πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι τῆς μὲν θυγατρὸς ὡς οὐκ ἔστι δῆλον 29). Οὐ γὰρ γυναικείας ἦν φύσεως τοιαύτην ἀρετήν τε καὶ τέχνην μιμήσασθαι. Ἔπειτα, εἰ τοιαύτη τις ἦν, οὐκ ἂν ἐσπούδασε λαθεῖν, οὐδ' ἂν τὴν ὀγδόην ἔγραψε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ κατέλιπεν ἄν, τὴν οἰκείαν ἐκφαίνουσα φύσιν. Ὅτι δὲ οὐδὲ Ξενοφῶντός ἐστιν, ὁ χαρακτὴρ μόνον οὐχὶ βοᾷ. Πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἰσχνοῦ χαρακτῆρος καὶ ὑψηλοῦ. Οὐ μὴν οὐδὲ Θεοπόμπου, καθά τινες ἠξίωσαν. Τισὶ δέ, καὶ μᾶλλον τοῖς χαριεστέροις 30) Θουκυδίδου μὲν εἶναι δοκεῖ, ἄλλως δ' ἀκαλλώ-

---

29) Fortasse haec Thucydidis filiae et Xenophontis commemoratio latentis veritatis offert vestigium. Etenim cum Diog. Laert. l. annot. 27. laudato dicat: ὅτι (Ξενοφῶν) καὶ τὰ τοῦ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα, ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγε, facile quis suspicari possit, Thucydidis filiam patris scripta Xenophonti tradidisse, huncque ea edenda curasse.

30) Puto positum esse pro καὶ (h. e. *idque*, v. Schaefer. ad Longum. p. 351.) τοῖς μᾶλλον χαριεστέροις. Μᾶλλον cum comparativo junctum nihil offensionis habet. v. Matthiae Gr. Gr. §. 458. Hermann. ad Vig. p. 719. Dorvill. ad Charit. p. 146. (p. 288. ed. Lips.) Wess. ad Her. VII, 143. Ast. ad Legg. II. p. 224. Sluiter lectt. Andoc. p. 220. Sed ordinem vereor, ne quis non Graecum censeat, haud contentus iis, quae Heindorf. ad Plat. Charm. §. 5. disputat. Non supervacanea erit igitur major exemplorum copia, cum praesertim partem eorum viri docti tentaverint. Non uno modo haec trajectio, si ita dicenda est, ab usitata positione deflectit. Nam adverbium adjectivo aut participio vel postponitur vel ante articulum praepositionemve collocatur. V. Aesch. Pers. 825. Schütz. ed. min. Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν φρονημάτων ἔπεισι. Cf. Hermann. Censur. Nov. Edit. Steph. Thes. Lond. Extracted from. Nr. XXXV. of the Classical Journal p. 11. — Sic saepe ἀεὶ Isocr. Paneg. 14: διετέλεσαν κοινὴν τὴν πόλιν παρέχοντες, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμύνουσαν. Cf. Plat. Legg. V. p. 736. D. Xenoph. Hellen. I, 2, 10. Oec. XIX, 19. Thuc. II, 43. Demosth. de fals. leg. p. 374, 14. Sed in hoc Thuc. III, 23: ὁ δὲ διακομιζόμενος ἀεὶ ἵστατο ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου similibusque, Xenoph. Hell. II, 4, 8. Oec. XVIII, 5. quibus accenseo Plat. Legg. VII. p. 794. b: κολάζουσα ἀεὶ τὸν ἀδικοῦντα. utrumque verbum affici puto; ὑπὸ πολλῶν πάνυ Xen. Oec. XI, 21. Plus dubitationis apud quosdam habuerint haec: Xenoph. Hell. II, 1, 4: ἀεὶ ὁ ἀκούων δεδιώς. ubi Weiskius verba ἀεὶ ὁ transposuit: immerito; ib. VI, 5, 1: μάλα σὺν πολλῷ φόβῳ; nam μάλα non dubito, quin ex edd. Steph. et Looncl. recipiendum sit; Aristot. Polit. I, 5, 8: δῆλον δὲ τοῦτο καὶ

πιστος, δι' ἐκτύπων γεγραμμένη καὶ πολλῶν πλήρης ἐν κεφαλαίῳ πραγμάτων, καλλωπισθῆναι καὶ λαβεῖν ἔκτασιν δυναμένων. Ἔνθεν καὶ λέγομεν, ὡς ἀσθενέστερον πέφρασται καὶ ὀλίγον καθότι ἀῤῥωστῶν αὐτὴν φαίνεται συντεθεικώς. Ἀσθενοῦντος δὲ σώματος, βραχύ τι καὶ ὁ λογισμὸς ἀτονώτερος εἶναι φιλεῖ. Μικροῦ γὰρ συμπάσχουσιν ἀλλήλοις ὅ, τε λογισμὸς καὶ τὸ σῶμα.

Quod a ſummis recentioris aetatis criticis ſubinde factum eſt, ut ſi quid minus, quam caetera ejusdem ſcriptoris, virtutibus conſpicuum eſſet, id huic abjudicarent, idem opinor veteres illi ſecuti ſunt, qui octavum Thucydidis librum ab ipſo profectum eſſe negarunt. Videntur enim talem vitiis non paucis laborantem ſcriptionem indignam habuiſſe hiſtoricorum principis gloria. At iſta regula nihil eſt fallacius. Cernimus has maculas, non diffitemur illa vitia, nihiloque ſecius Thucydidi librum aſſerimus 31). In quo niſi tota rerum perſequendarum ratio, civitatum fere penetralia recludens, hominum mores animosque aperiens, idque antiqua illa, ab omni jactatione remota, ſimplicitate 32), Thucydidem proderent: ſola oratio non alium eſſe quaerendum auctorem abunde doceret. Quod de univerſo libro pronuntiatum eſt, id praecipue in ſin-

---

κατὰ μέρος μᾶλλον ἐπισκοποῦσι· καθόλου γὰρ οἱ λέγοντες ἐξαπατῶσιν ἑαυτούς. Iſocr. Paneg. 57: οὕτω περὶ μικρῶν. Alius generis eſt hoc Xenoph. Hell. II, 4, 17: μνημεῖον οὐδεὶς οὕτω, πλούσιος ὤν, καλοῦ τεύξεται. ubi quod Weisk. putat οὕτω etiam ad πλούσιος pertinere, id quominus probem, officit Herod. VII, 46: ἐν γὰρ οὕτω βραχέϊ βίῳ οὐδεὶς οὕτω, ἄνθρωπος ἐών, εὐδαίμων πέφυκε. Cf. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 252. Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 159. Audaciora etiam haec: ἡ κομιδὴ τὸ ὀπίσω, Herod. VIII, 108. ἡ ἅλωσις τὸ δεύτερον, Plat. Legg. p. 685. D ibique Aſt. ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο Thuc. I, 137. ἐν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήσσει, Thuc. II, 38. quem locum Thomas M. p. 286. ſq. laudat.

31) Beck. obſſ. criticoexeg. VII. Super criſ. nov. incr. p. XII: „Dubitatum eſt, utrum Thucydides octavum librum de bello Peloponneſiaco (quem ſerius adjeciſſe videtur) ipſe ſcripſerit, non ſatis idoneis, opinor, de cauſis." Recte. Sed quod addit, octavum librum ab auctore ſerius adjectum videri, id quibus argumentis adſtrui poſſit exputare nequeo.

32) Cujus etiam eſt, quod ſcriptor de ſe ipſo, ut de alio, loquitur c. 6. 60. Cf. Wyttenb. ad Eclog. hiſt. p. 544.



gulis locis elucet. Quae de cladis Siciliensis effectibus, Atheniensium metu, luctuque, caeterorum Graecorum gaudio illosque debellandi studio [33]), de Athenarum statu post proelium navale ad Euboeam infeliciter pugnatum [34]) contraque de momento victoriae ad Cynossema reportatae [35]), de factionibus, quae hanc civitatem lacerarunt [36]), de florentibus Chiorum rebus [37]) referuntur, de reipublicae formis judicantur [38]), de Tissapherne [39]) et Alci-

33) c. 1. 2. non diversae fuer
34) c. 96. Egregia ibi sunt
in edit. Lips. excidit nec restitua
Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις ξυμφορώτ
infinit. v. Matthiae. Gr. Gr. §.
58. d.) *ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις*
στον ὄντες τὸν τρόπον, οἱ μὲν ὀξεῖς,
χειρηταί, οἱ δὲ ἄτολμοι, ἄλλως τε
λουν. Ἔδειξαν δὲ οἱ Συρακόσιοι· (
v. Boeckh. praef. in Simon. Socr.
ὁμοιότροποι γενόμενοι ἄριστα καὶ
siis v. VI, 21, 55. de Atheniensib
rinthii: in quorum oratione scrip
tam vim ad bella gerenda bellan
tissimum agit, ut Atheniensium
nia depingat, quo ex his quoque
niti, causas rerum repeterent.

35) c. 106. 36) inde a c. 47.

37) c. 24. 40. cf. quem praeceptorem venerer, Koeh. Prolegg. ad Theop. p. 27. sqq.

58) c. 89. et inprimis 97. ubi qua
ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασιν; eam
reperies plerisque. V. Polyb. VI, 5. T
Dionys. Arch. VII, 55. p. 1440. Cf. Ast.
p. 175.) Qui eandem, de qua ibi serm
Diodorus XIII, 38. foede corruptus est
τοὺς χρόνους, inquit, *Ἀθηναῖοι τὴν ἐκ τῶ*
χίαν κατέλυσαν καὶ τὸ σύστημα τῆς πολιτείας
σαντο. Num quadringenti viri non cives
ta? Pro *πολιτῶν* leg. esse *ὁπλιτῶν* Nostri l
(*ἐκκλησίᾳ*) *καὶ τοὺς τετρακοσίους καταπαύσ*
λίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα (i. e. reipu
nem, v. Budaei Comment. L. Gr. p. 421.
ναι δὲ αὐτῶν, ὁπόσοι καὶ (quae vox e c
Seidler. ad Eurip. Iphig. Taur. 577.) ὅ
Ὅπλα autem *παρέχεσθαι*, *ἔχειν* (Aristot.
θεσθαι (Plat. Legg. VI. p. 753. a.) fere soli poterant ditiores, v. Arist. Polit. 6, 4, 8: *Ἐπεὶ τέτταρα μέν ἐστι μέρη μάλι-*

biade [40]), de Phrynicho [41]) et Antiphonte [42]) narrantur — in his ſimilibusque Thucydidis ingenium ſpirare, quis non primo ſtatim obtutu agnoſcat?

Ac fortaſſe, genuinum eſſe hunc, de quo agimus, librum, ex ea ipſa virtute appareat, cui contrarium vitium a quibusdam Thucydidi exprobratum eſt. Hunc enim fuerunt, qui, Dionyſio praeeunte, criminarentur, quod unice in malis rebus perſequendis ſibi placeret. Hoc opprobrium dupliciter poteſt intelligi. Nam vel ſumitur, ea ſcriptorem fuiſſe indole, ut ipſe infelix, humani generis incommodis atque infortuniis gaviſus iisque immoratus ſit lubenter; vel quaſi Momus aliquis creditur, qui, quo nomine Theopompus reprehenſionem incurrit, in eo ſtudium collocarit, ut hominum vitia et peccata inveſtigaret, mordaciterque perſtringeret. Ut illud in Thucydidem non cadere nullo negotio oſtendi poteſt, ita nec hoc ei jure exprobrari, multa ſunt, quae doceant. Etenim ut ſaepius ſcriptor virtutis amans, ubi res ita fert,

---

στα τοῦ πλήθους, γεωργικόν, βάναυσον, ἀγοραῖον, θητικόν, τέτταρα δὲ τὰ χρήσιμα πρὸς πόλεμον, ἱππικόν, ὁπλιτικόν, ψιλόν, ναυτικόν, ὅπου μὲν συμβέβηκε τὴν χώραν εἶναι ἱππάσιμον, ἐνταῦθα μὲν εὐφυῶς ἔχει κατασκευάζειν τὴν ὀλιγαρχίαν (τὴν) ἰσχυράν· ἡ γὰρ σωτηρία τοῖς οἰκοῦσι διὰ ταύτης ἐστὶ τῆς δυνάμεως· αἱ δὲ ἱπποτροφίαι τῶν μακρὰς οὐσίας κεκτημένων εἰσίν· ὅπου δὲ ὁπλῖτιν, τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν· τὸ γὰρ ὁπλιτικὸν τῶν εὐπόρων μᾶλλον ἢ τῶν ἀπόρων, ἡ δὲ ψιλὴ δύναμις καὶ ναυτικὴ δημοκρατικὴ πάμπαν. cf. II, 5, 2. 5. IV, 3, 1. 10, 7. 9. III, 5, 3. VII, 9, 5. 8, 6. Haec qui adverterit, non dubitabit, quin ap. Xenoph. R. Ath. I, 2: καὶ γὰρ οἱ κυβερνῆται καὶ οἱ κελευσταὶ καὶ οἱ πεντηκόνταρχοι καὶ οἱ πρωρᾶται καὶ οἱ ναυπηγοὶ — οὗτοί (quod omnes qui nominati ſunt una complectitur.) εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει μᾶλλον ἢ οἱ πολῖται καὶ οἱ γενναῖοι καὶ οἱ χρηστοί. ſpretis aliorum conjecturis, leg. ſit ὁπλῖται pro πολῖται. Harum vocum confuſione nihil eſt frequentius. V. Lyſ. c. Agor. p. 499, (ubi veriſſimam Marklandi emendationem non aſpernari debebat Reisk.) et interprr. ad Gregor. Cor. p. 141. Eademque medicina videtur adhibenda eſſe Diodor. XIII, 52. collato, ubi eadem res iteratur, c. 64. et Xenoph. Hellen. 1, 1, 54.

39) c. 46 87. al. 40) c. 45. ſſ. al.

41) Inpr. c. 27. Eodem ſpiritu ſcripta ſunt, quae II, 65. copioſius, ut in perſona illuſtriore, de Pericle disputantur.

42) c. 68. 90. cf. Ruhnkenii diſſert. hiſt. de Antiph. orat. Attico in Reisk. oratt. Gr. T. VII. p. 795. ſqq. (Opuſc. p. 214. ſqq. ed. Lugd.)

saeculi mores exagitat [43]), ita rarissime singulos homines reprehensione notat [44]). Neque enim hos ipsos, sed vitia in iis odit. Quid quod subinde ne ea quidem refert, quae magno consensu ab aliis in illustres viros crimina conferuntur? Notum est in antiquitate constantem famam obtinuisse, Periclem, ne in periculum veniret, commovisse [45]) bellum Peloponnesiacum. At Thucydides hoc ne commemorat quidem. Et sic ubique ad laudandum, quam ad vituperandum, pronior conspicitur. Eandem autem rationem in nostro quoque libro servatam vides. Phrynichi prudentiam laudat auctor [46]), ejus mores notare omittit [47]); Astyochum a Tissapherne corruptum fuisse, dubio videtur vacare [48]); at ille hoc non asserit, sed tantummodo famam fuisse ait [49]). Omninoque odiosa exponere defugit: infensum fuisse Alcibiadi Agidem refert [50]); cur fuerit non refert [51]).

Sed e quibus vel maxime artem Thucydidis historicam elucere inter viros doctos convenit [52]), orationes in nostro

---

43) Veluti II, 65. III, 82—85. cf. Plut. de discr. adul. et am. p. 56. B. ed. Francof. Manso. Sparta II. p. 416 ff. Heeren. Ideae. III, 1.

44) Quae de Cleone III, 36. IV, 27. sq. de Alcibiade VI, 15. de Athenagora VI, 35. aliisque dicuntur, Theopompeam mordacitatem sapere non dixeris. Hic contulisse juvabit Plutarch. de H[illegible]

45) Plut. Pe[illegible] clem defendunt M[illegible] Aspasiae ipsiusque [illegible] v. Aristoph. Achar[illegible] Segg. p. 465. 12.

46) c. 27.

47) Eos not[illegible] afferemus infra.

48) Ostendit [illegible] accuratius dicetur [illegible] contra afferet. N[illegible] go dicit: τὴν μὲν γ[illegible] φιλοχρημάτους, id [illegible] Herod. VI, 72. Bo[illegible] gnus ille Gylippus, [illegible] XIII, 106. ibique [illegible]

49) VIII, 50. Cf. c. 85.

50) c. 12. 45.

51) Plut. Alc. 25. Justin. V, 2, 5.

52) v. Heilm. l. l. p. 126—158. Herder. Ideae ad gen. hum. hist. philos. II. p. 158. ed. Luden. Heeren. Ideae III, 1.

libro conſpicimus nullas. Atque hoc argumento praecipue ſententiam ſuam adſtruxiſſe arbitror illos, qui Thucydidi eum abjudicandum putaverunt. Hujus autem defectus quae cauſa ſit, exquirere, maximi eſſe momenti ſponte intelligitur. Et conjectandi quidem periculo nos liberare videtur Dionyſius. Cujus qui huc pertinet locus, proponatur integer: πολλὰ, inquit, καὶ ἄλλα τις ἂν εὕροι δι' ὅλης τῆς ἱστορίας ἢ τῆς ἄκρας ἐξεργασίας τετυχηκότα καὶ μήτε πρόσθεσιν δεχόμενα μήτ' ἀφαίρεσιν, ἢ ῥαθύμως ἐπιτετροχασμένα καὶ οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην ἔμφασιν ἔχοντα τῆς δεινότητος ἐκείνης, μάλιστα δ' ἐν ταῖς δημηγορίαις καὶ ἐν τοῖς διαλόγοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ῥητορείαις· ὧν προνοούμενος ἔοικεν ἀτελῆ τὴν ἱστορίαν καταλιπεῖν, ὡς καὶ Κράτιππος, ὁ συνακμάσας αὐτῷ καὶ τὰ παραλειφθέντα ὑπ' αὐτοῦ συναγαγὼν γέγραφεν, οὐ μόνον ταῖς πράξεσιν αὐταῖς ἐμποδὼν γεγενῆσθαι λέγων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσιν ὀχληρὰς εἶναι· τοῦτό γέ τοι συνέντα αὐτὸν ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς ἱστορίας φησὶ μηδεμίαν τάξαι ῥητορείαν, πολλῶν μὲν κατὰ τὴν Ἰωνίαν γεγενημένων, πολλῶν δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις, ὅσα διὰ λόγων καὶ δημηγοριῶν ἐπράχθη. Εἴ γέ τοι τὴν πρώτην καὶ τὴν ὀγδόην βίβλον ἀντιπαρεξετάζοι τις ἀλλήλαις, οὔτε τῆς αὐτῆς ἂν προαιρέσεως δόξειεν ἀμφοτέρας ὑπάρχειν, οὔτε τῆς αὐτῆς δυνάμεως· ἡ μὲν γὰρ ὀλίγα πράγματα καὶ μικρὰ περιέχουσα πληθύει τῶν ῥητορειῶν· ἡ δὲ περὶ πολλὰς καὶ μεγάλας συνταχθεῖσα πράξεις δημηγορικῶν σπανίζει λόγων [53]).

Quae hic Cratippi fertur ſententia quo gravior eſt et memorabilior, tanto accuratiore examine digna videtur. Ex ea autem quem plerique octavi libri defectum putant, virtutem potius habebimus. Omiſiſſe enim auctorem orationes, ut lectoribus moleſtas, nec hiſtoriae accommodatas. Itaque ultima Thucydidis hiſtoriae pars tantum aberit, ut minus abſoluta ſit putanda, ut exiſtimanda videatur virtutibus eſſe conſummatior.

At enim vero qui rectius de Thucydidis orationibus judicare didicerunt, qui quanta arte quantam rerum ſententiarumque gravitatem iis explicaverit ſcriptor perſpiciunt, iisque ſublatis omnes hiſtoriae ejus nervos praeciſos eſſe intelligunt: horum neminem, ut auctorem ipſum

---

p. 404. ſ. Mitford. hiſt. Gr. II. p. 42. ſq. Creuzer. Herod. et Thuc. p. 110. ſqq. ej. de art. hiſt. p. 275 ſqq. Wachsmuth Entwurf einer Theorie der Geſchichte p. 134. ſqq.

55) Jud. de Thuc. p. 846. ſq.

praestantissimam operis sui partem improbasse credant, adductum iri arbitror. Magis, opinor, in eam partem inclinabunt, ut alterutrum, sive Cratippum sive Dionysium, falsum esse statuant. Ac Dionysii lapsum subesse ut suspicer, multa sunt, quae suadeant. Is enim non magis ea fide dignus est, qua vulgo gaudet, quam illa auctoritate, quae judiciis ejus ubique tribuitur. Et de fide quidem nonnulla exempla exhibere lubet, quibus quam proposui suspicionem confirmem.

In Platonis [54]) dialogo, qui Menexenus inscribitur, Dio et Archinus [55]), oratores, memorantur, quorum alterutri orationis funebris habendae munus delegatum iri suspicantem facit auctor Menexenum [56]). Nil praeterea. Quid Dionysius? Sine cunctatione Platonem dixisse narrat, sua se funebri oratione hos, Archinum ac Dionem, imitatum esse, sibi tamen, adjicit, Thucydidem ab eo expressum videri [57]).

Duobus aliis locis [58]), postquam Platoni inconditam affectationem (ἀπειροκαλίαν) exprobravit, addit, scilicet ut locupletissimo auctore suum probet judicium, ipsum philosophum hoc vitium confessum esse, Phaedri locum

---

54) Platonis inquam; nam non Platonis esse hauddum mihi persuaserunt Schleiermacher. Plat. vers. germ. II, 3. p. 367. sqq. 524. sqq., Ast. de Plat. vita et script. p. 446. Nimirum crederem, si non aliud, quam quod vulgo sumunt, Platonis in hoc dialogo conscribendo fuisse consilium videretur.

55) Cf. Ruhnken. hist. crit. p. 127. sq. ap. Reisk. oratt. Gr. T. VIII.

56) Σωκρ. — Ἀλλὰ τίνα εἵλοντο; Μεν. Οὐδένα· ἀλλὰ ἀνεβάλοντο ἐς τὴν αὔριον· οἶμαι μέντοι Ἀρχῖνον ἢ Δίωνα αἱρεθήσεσθαι. p. 234. c. Steph.

57) περὶ δεινότ. p. 1027: κράτιστος δὴ πάντων τῶν πολιτικῶν λόγων ὁ Μενέξενος, ἐν ᾧ τὸν ἐπιτάφιον διεξέρχεται λόγον, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, Θουκυδίδην παραμιμούμενος, ὡς δ' αὐτός φησιν, Ἀρχῖνον καὶ Δίωνα.

58) Epist. ad Pompej. p. 761 sq. περὶ δεινότ. p. 968: ταῦτα μέντοι καὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον γενόμενοι ὡς ἁμαρτάνοντι τῷ ἀνδρὶ ἐπιτιμῶσιν, ὧν τὰ ὀνόματα οὐθὲν δέομαι λέγειν. (Velim tamen fecisset; erat enim minus suspectum.) καὶ αὐτὸς αὐτῷ· τοῦτο γὰρ δὴ τὸ λαμπρότατον· ᾔσθετο γάρ, ὡς ἔοικε, τῆς ἰδίας ἀπειροκαλίας καὶ ὄνομα ἔθετο αὐτῇ τὸν διθύραμβον· ὃ νῦν ἂν ᾐδέσθην ἐγὼ λέγειν, ἀληθὲς ὄν. Locus plane egregius est. cf. p. 764. sq.

significans 59), ex quo nemo nisi Dionysius tale quid exsculpserit.

Plane geminum est illud, quod in libro de Compositione 60), asperitate Thucydideae dictionis similibusque

---

59) p. 258. d. Ed. Steph. p. 14. ed. Ast. Cf. Schleierm. l. l. I, 1. p. 78. Ast. de Platonis Phaedro p. 42.

60) XXII. p. 326. ed. Schaefer.: Αὕτη πάλιν ἡ λέξις, ὅτι μὲν οὐκ ἔχει λείας οὐδὲ συνεξεσμένας ἀκριβῶς τὰς ἁρμονίας οὐδέ ἐστιν εὐεπὴς καὶ λεληθότως ὀλισθαίνουσα διὰ τῆς ἀκοῆς, ἀλλὰ πολὺ τὸ ἀντίτυπον καὶ τραχὺ καὶ στρυφνὸν ἐμφαίνει, καὶ ὅτι πανηγυρικῆς μὲν ἢ θεατρικῆς οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐφάπτεται χάριτος, ἀρχαϊκὸν δέ τι καὶ αὔθαδες ἐπιδείκνυται κάλλος ὡς πρὸς εἰδότας ὁμοίως τοὺς ἀπαιδεύτους ἅπαντας' οὐδὲν δέομαι λέγειν, ἄλλως τε καὶ αὐτοῦ τοῦτό γε τοῦ συγγραφέως ὁμολογήσαντος, ὅτι ἐς μὲν ἀκρόασιν ἧττον ἐπιτερπὴς ἡ γραφὴ ἐστι (leg. ἔσται ut apud Thuc. φανεῖται I, 22. quem ipsum locum Dionysius exprimit; futuro aliquis praesens substituere poterat propter sequens σύγκειται.) κτῆμα δὲ ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραυτίκα ἀκούειν σύγκειται. Error, ex confusione ortus, manifestus est, ab ipsoque Dionysio evitatus, ubi de eodem Thucydidis loco agit, in Jud. de Thuc. p. 823. sq. Vocem ἀπαιδεύτους autem in nostro loco, quamquam nuperus editor, Goellerus (p. 180.) nihil varietatis offert, non sanam censeo. Schaeferus quidem verba ita ordinat: πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτους ἅπαντας ὁμοίως, ὡς πρὸς εἰδότας et hujusmodi locos confert: τοῦτο μὲν γὰρ ὡς πρὸς εἰδότας ὁμοίως ἅπαντας οὐδὲ λόγου δεῖν οἶμαι. περὶ δεινοτ. p. 1057. Sic enim ibi legendum esse pro προειδότας non dubitari potest; ἀλλ' ὡς πρὸς εἰδότα με σὺ τἀληθῆ λέγε Aristoph. Lysistr. 993. ὥσπερ εἰς θηρία ἀνθρώπους ἐμπεσών, ubi male legitur ἄνθρωπος Plat. Polit. VI. p. 496. d. ὡς ἐν κατόπτροις αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν Plat. Legg. X. p. 905. b. ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθηναίους Thuc. VI, 50. quomodo ibi ex Dan. et Valla emendandum esse pro Ἀθηναίων quivis intelligit. Cf. Thuc. I, 73. II, 43. IV, 41. 85. Matthiae. Gr. Gr. §. 595. Rarius particula iteratur, ut in hoc Plat. Euthyphr. 1: ὥσπερ πρὸς μητέρα πρὸς τὴν πόλιν. ubi alterum πρός Schaefero l. l. delendum videbatur; immerito. V. Plat. Phaed. p. 67. d. ubi cf. Heindorf. p. 50. ib. p. 85. d. Thuc. VI, 82: ἐπὶ τὴν μητρόπολιν ἐφ' ἡμᾶς. Lysias. p. 99: οἱ μέλλοντες ναυμαχήσειν ὑπὲρ τῆς φιλότητος ὑπὲρ τῶν ἄθλων τῶν ἐν Σαλαμῖνι, et Aristid. II. p. 119. 4. Goellero laudatus. Sed hi loci satis, ut opinor, ostendunt, nostrum locum sic esse construendum: οὐδὲν δέομαι λέγειν πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτους, ὡς εἰδότας ἅπαντας ὁμοίως. At quis tam ἀπαίδευτον censeat Dionysium, ut quae dicit, haec eum pronuntiasse putet ἅπαντας τοὺς ἀπαιδεύτους probe nosse. Nos talem non fuisse rati εὐπαιδεύτους ei reddimus. Verba ὁμοίως ἅπαντας *aeque omnes*, *omnes omnino*, conjungenda sunt. cf. Demosth. de Coron. p. 245, 14 R; παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισίν, ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως φορὰν προδο-

vitiis notatis, ipſum ſcriptorem de oratione ſua non aliter judicaſſe affirmat. At quem ille reſpicit locum, ibi de oratione ſua loqui ne per ſomnium quidem cogitavit Thucydides.

His ex Archaeologia narrationem ſubjungamus lepidiſſimam. Sabini noctu Romanos adorturi ſunt. Quo de conſilio hi certiores facti inter foſſam et vallum caſtrorum ſuorum conſident. Aggrediuntur Sabini, foſſam transeunt; transeuntium totos acervos Romani contrucidant, nec ſentiunt praegreſſorum ſtragem qui eos ſequuntur. Tandem ſurdis hoſtibus cladis magnitudinem nubibus liberata Luna aperit [61]). Succenſuerim Deae optimae. Iſtorum enim hominum nullus aufugere debebat. — At talia qui refert, is, opinor, ejusmodi potius hiſtoricorum, quales Lucianus [62]) exagitat, rationem in memoriam redigit, quam Polybii [63]) militarem prudentiam [64]).

τῶν — σύνέβη γενέσθαι. quem l. Dionyſ. laudat T. VI. p. 998: Leptin. §. 69. ed. Wolf. non multum abeſt, quin contra Wolfium p. 305. Reiskii ſententiam amplectar, *ὁμοίως* cum *πάντας* jungentis. Orat. fun. 1596. 5. Dionyſ. Ep. ad Pompej. 782. 4. de Compoſ. p. 6. Schaef. Herod. I, 139. 140. Ariſtoph. Plut. 489. Xenoph. R. L. X, 7. Thuc. I, 93. 121. 130. II, 20. 75. 49. 52. 53. III, 111. IV, 19. 120. VI, 24. Cf. Cenſor. Schoemanni de Comitiis in Ephemer. litter. Hal. A. 1821. N. 86. p. 687. Literae *α* autem et *ευ* quoties in codd. confuſae ſint, nemo ignorat. V. Schaefer. ad Longum p. 379. ad Apollon. Rhod. II. p. 62. 87. 180. 245. Eadem confuſio in Dion. Jud. de Lyſ. p. 497: *ἀποχρῆν οἰόμενοι ψυχαῖς ἀπαιδεύτοις καὶ μετρίοις.* ubi Reisk. recte Marklandi emendationem *εὐπαιδεύτοις* recepit, et Antiqq. Rom. VI, 50. p. 1154: *ὧν ἑκατέρων ὅσης ἐστὶ μεστὸν εὐηθείας ἐξ αὐτῶν ὑμᾶς ἀξιώσαιμ' ἂν ἔγωγε τῶν ἔργων σκοπεῖν, ἐνθυμηθέντας, ὅτι διαστασιάντων πρὸς ὑμᾶς τῶν ταπεινοτέρων διὰ τοὺς οὔτε πολιτικῶς οὔτε μετρίως ταῖς ἀ τ υ χ ί α ι ς χρησαμένους καὶ παραχωρησάντων μὲν ἐκ τῆς πόλεως, ἄλλο δὲ μηδὲν ὑμᾶς δεινὸν μήτ' ἐργαζομένων μήτε διανοουμένων* (repete *ἐργάζεσθαι*) — *πολλοὶ — τοῦτον οἴονται παρεῖναι τὸν εὐκταῖον καιρόν, ἐν ᾧ καταλύσουσιν ὑμῶν τὴν ἀρχήν.* Reiskius: „malim *αὐτῶν* (pauperiorum puta) *ταῖς ἀτυχίαις.*" Immo leg. *εὐτυχίαις*; divites enim fortunis ſuis inſolenter uſi ad ſecedendum compulerant plebem. Cf. p. 1259. 15: *μετρίως ἤνεγκε τὴν τοιαύτην εὐτυχίαν.*

61) Antiqq. Rom. V, 42.

62) Quom. hiſt. ſit conſcrib. paſſim.

63) Atque hunc, cui ut calcei corrigiam ſolveret non dignum ſe putare debebat, contumelioſe tractat Dionyſius. Ita in Archaeol. prooemio eum dicit *τὸν τὰ πράγματα ἐπιωεσυρκότα*:

Talia de vetere ſcriptore propoſuiſſe, quanti ſit discriminis, haudquaquam me praeterit. Sed fortaſſe non melius de eo judicaverunt ipſorum nonnulli veterum: quorum Livius, quamquam Polybium laudat, nusquam tamen Dionyſium, quem allegaret, dignum habuit.

Quod ſi his, quae exhibui, ſimilibusque exemplis uſus, fidem abrogare audeo iis, quae Dionyſius de octavo Thucydidis libro ex Cratippo ſe referre ait, id eo minus mirum cuiquam viſum iri ſpero, quo minus quae tradit probabilitatis ſpecie ſe commendant. Accedit et hoc. Marcellinus, qui et ipſe Cratippum uſurpavit [65]), ubi varia variorum de libro noſtro judicia recenſet, nec talem, qualem Dionyſius, ſententiam refert, nec omnino, illo quidem loco [66]), Cratippi mentionem injicit, neutrum, puto, omiſſurus, ſi ab hoc, quae ille dicit, prodita reperiſſet. Tu igitur, dixerit quispiam, eum virum, qui viginti duo per annos, ut vera a falſis discerneret explorataque traderet, hiſtoriae Romanae ſtudium impendit [67]), finxiſſe iſta inſimulas ſcientem, ut judicium ſuum

---

nam ſic ibi leg. v. Wolf. ad Demoſth. Lept. p. 552: et in de Compoſ. p. 66. ed. Schaef. iis eum accenſet hiſtoricis, quorum libri tam prave ſcripti ſint, ut nemo eos perlegere ſuſtineat. Antiquitt. I. p. 187. in antiquiſſimis temporibus perſcribendis eum carpit ob unius anni errorem. Sed quantopere veri nominis hiſtoricos eorumque Deam, quam Lucianus vocat, veritatem oderit, optime criſis ejus indicat. Cujus quae huic Deae repugnent praecepta, quod quidam eo excuſarunt, quod Graecorum plerique oblectationem magis, quam fidem in hiſtoria requiſiverint: at non ita ſenſerunt Thucydides, Polybius, Lucianus; et tales quidem viri critici animo obverſari debebant. Cf. Leſſing. Dramat. in ej. Opp. T. XXIV. p. 16. Deinde num morum praeceptorem, qui virtutem non magnopere eſſe morandam ſignificaret, eo quis excuſaret, quod plerique virtutem non ament colantque? Atqui nihil aliud quam hic faceret, facit hiſtoricae artis ſcriptor, cujus praecepta fidem pervertunt.

64) Invitus hic diſſentio a Wachsmuthio, qui Antiquiſſ. Romanor. hiſt. p. 46. ſq. lecto, quem excuſſimus loco, egregium Polybii caput I, 57. in mentem ſibi revocatum dicit.

65) p. 726.

66) p. 728.

67) Sed fortaſſe hunc ſuum, quem tantopere jactat, laborem labor ei levaverat Attici „qui conſervatis notatisque temporibus, nihil cum illuſtre praetermitteret, annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligaverat" Cic. orat.

testimonio adstrueret. Finxisse, non puto, sed corrupisse, ut caetera, quae proposuimus; nec scientem, sed negligentem, quamquam non absque studio reperiundi, quod desiderabat. Atque hanc sententiam, age videamus, an ex ipso de quo agimus loco aliquatenus confirmare possimus. Dionysius postquam dixit, Thucydidis historiae partem egregie elaboratam esse, partem inprimisque conciones et colloquia omni arte carere, hoc modo pergit: ὧν προνοούμενος ἔοικεν ἀτελῆ τὴν ἱστορίαν καταλιπεῖν, ὡς καὶ Κράτιππος — γέγραφεν. Haec qui sola legerit nihil aliud significare posse putabit, quam hoc: Thucydidem orationibus, quas non satis elaborasset, secundas curas adhibere constituisse, id tamen non factum esse relictamque ejus historiam imperfectam, propterea, ut videtur, quod auctor priusquam illud consilium exsequeretur, diem supremam obierit. Idque inprimis ad octavum librum referremus, in quo nonnisi quaedam quasi semina orationum sparsa sunt; putaremusque huic quoque scriptorem inserturum fuisse orationes, si vita ei suppetiisset. Ac talia retulisse Cratippum, lubenter equidem crederem. At hanc, quam verba flagitare videntur, interpretationem rejicere cogunt quae subjiciuntur: orationes Thucydidis, Cratippo judice, lectoribus molestas esse, ipsumque historicum, eodem Cratippo auctore, id perspexisse ideoque in postremo libro nullas exhibuisse orationes. Itaque verba: ὧν προνοούμενος ἔοικεν ἀτελῆ τὴν ἱστορίαν καταλιπεῖν hoc sibi volunt, auctorem conciones et colloquia caeterorum quoque librorum delere voluisse, quo scilicet opus suum absolveret. Sed quis hanc senten-

---

c. 43. Brut. 4. sq. ad Attic. XII, 23. de Fin. II, 21. Nep. Attic. 18. Voss. de hist. Lat. p. 50. sqq. Atque hunc librum a Dionysio nusquam laudatum esse tanto magis offendit, cum saepe, ad subtiles de temporum ratione quaestiones delabatur. Polybium, quem Atticus quoque subinde emendaverat (Nep. Hannib. 13.) jam supra ab eo notatum esse vidimus. Archaeol. T. 1. p. 560. sqq. copiose Pythagorae discipulum fuisse Numam, refutat, ita quidem, ac si ipse primus hanc sententiam exploderet: quam non amplius obtinuisse Cicero docet Tusc. IV, 1. de Orat. II, 37. Rem exposuisse arbitror Atticum, quem hic, ut saepe, compilaverit Dionysius. Qui cur illius opera non usus fuerit, causam video nullam. Ac librum ejus περὶ χρόνων (de quo v. Hudson. praef. p. XX. ed. Schaef.) ex Attici Annali inprimis haustum fuisse, non veridissimile censeo.

tiam his verbis efferat? Confusionem hic mihi videre videor, quae vel sola, quae rhetor tradit, suspecta faciat. Nec vereor, ne quis sibi persuaderi patiatur, revera Thucydidem de orationibus suis delendis cogitasse, cum veteres, quoad quidem libertate fruebantur [68]), has ab historiis abesse vix tulissent. Ac si quis nimia, quam plerique de Dionysio habent, opinione ductus, hunc non falsum esse contendat, sed in Cratippo, quae refert legisse, Cratippum ego vera prodidisse negare audeam. Sed qui quae de Dionysio dicta sunt adverterit, eum, hujus errorem subesse, mecum existimaturum arbitror.

Haec si recte disputavimus, inde simul argumentum ducere licet ejus sententiae, qua octavum Thucydidis librum ab auctore non absolutum esse statuimus. Sed restat, ut, genuinum esse hunc librum ex oratione probemus. Facilem habebimus hanc quaestionem, si Benedicto auscultandum est. Qui unum c. 78. propter verba contorta et per synesin et alias orationis figuras varie mutata satis probare et persuadere posse ait *attento* Thucydidis lectori falsam esse eorum sententiam, qui non ab ipso Thucydide conscriptum esse librum octavum opinentur. Sed ne dicam quam sit temerarium, ex tantilla sectione de toto libro judicare, istas figuras ut lucraretur vir doctissimus interpretationem adhibuit, quam non miram sed portentosam dixeris. Quam silentio praetermitterem, nisi alios quoque in loco non difficillimo peccasse viderem. Verba sunt haec: *Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ ναυτικῷ στρατιῶται κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διεβόων, ὡς ὑπὸ Ἀστυόχου καὶ Τισσαφέρνους φθείρεται τὰ πράγματα, τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος οὔτε πρότερον ναυμαχεῖν, ἕως ἔτι αὐτοί τε ἔρρωντο μᾶλλον καὶ τὸ ναυτικὸν τῶν Ἀθηναίων ὀλίγον ἦν, οὔτε νῦν, ὅτε στασιάζειν τε λέγονται καὶ αἱ νῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἰσιν — ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφέρνους Φοινίσσας ναῦς μένοντες, ἄλλως ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον, κινδυνεύσειν* (futurum praestant libri) *διατριβῆναι· — τὸν δ' αὖ Τισσαφέρνην τάς τε ναῦς ταύτας οὐ κομίζειν καὶ τροφὴν ὅτι οὐ ξυνεχῶς οὐδ' ἐντελῆ διδοὺς κακοῖ τὸ ναυτικόν. οὔκουν ἔφασαν χρῆναι μέλλειν ἔτι, ἀλλὰ διαναυμαχεῖν. καὶ μάλιστα οἱ Συρακούσιοι ἐνῆγον.*

---

68) Qua amissa Trogus „in Livio et in Sallustio reprehendit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo, historiae modum excesserint." Justin. XXXVIII, 5.

De orationis ambitu jam Portus monuit, sibi respondere: τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος et τὸν δ' αὖ Τισσαφέρνην — οὐ κομίζειν. Indicant oppositionem voces τοῦ μὲν — τὸν δ' αὖ. Cf. c. 92: τὸ μὲν καταστῆσαι μετόχους τοσούτους, ἄντικρυς ἂν δῆμον ἡγούμενοι (operarum vitio in ed. Lips. legitur ἡγούμενον; propagavit ineptam lectionem, ut solet, Seebodius), τὸ δ' αὖ ἀφανὲς φόβον ἐς ἀλλήλους παρέξειν. et c. 2. ubi quod vulgo legitur οἱ δ' αὐτῶν Λακεδαιμονίων, muta in οἱ δ' αὖ τῶν Λ. quemadmodum bene exhibet Stephanus. Sed exspectaverit quis pro τὸν Τισσαφ. κομίζειν — τοῦ Τισσαφέρνους κομίζοντος. Verum hanc ἀκαταλληλίαν saepe reperies. V. Herod. IX, 52: ἀπαλλάσσοντο, ἐς μὲν τὸν χῶρον ἐς τὸν συνέκειτό σφι ἀπαλλάσσεσθαι, οὐκ (οὐδ'?) ἐν νόῳ ἔχοντες, οἱ δέ, ὡς ἐκινήθησαν, ἔφευγον ἄσμενοι τὴν ἵππον πρὸς τὴν Πλαταιέων πόλιν. (quem locum huc pertinere intelliget, qui Herodoti rationis meminerit, pronomen personale cum particula δέ pro ἀλλά usurpantis. Cf. I, 66. 107. 123. 163. III, 126, 133. IV, 165. V, 24. 73. 120. VI, 9. 30. 133. VII, 6. 10. 51. Cf. Pausan. I, 14, 4. Thuc. VII, 15: ὅ,τι δὲ μέλλετε ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράττετε, ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου ποριουμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου σχολαίτερον μέν, ὅμως δ' ἢν μὴ προσέχητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν λήσουσιν ὑμᾶς, ὥσπερ καὶ πρότερον, τὰ δὲ φθήσονται. ib. c. 13: τὰ δὲ πληρώματα διὰ τόδε ἐφθάρη τε ἡμῖν καὶ ἔτι νῦν φθείρεται, τῶν ναυτῶν, τῶν μὲν διὰ φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν μακρὰν καὶ ὑδρείαν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπολλυμένων, οἱ δὲ θεραπεύοντες — αὐτομολοῦσι caet. cf. c. 47. quem locum jam laudavit Duker., Poppo. p. 21. sq. Jam videbimus de singulis. Benedictus novam commentus est interpretationem verborum: καὶ αἱ νῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἰσιν. Haec ad sequentia esse trahenda, jam indicare ait particulam οὐδέπω. Cur indicet non dixit, nec ego possum exputare. Καί igitur esse *sed:* quasi vero haec particula non cum praegresso τε conjungi debeat: αὐτῶν, quod itaque pro σφῶν hic dici potuisse sibi persuasit, ipsos spectare Peloponnesios, non Athenienses, uti male, scholiastae obsecuti, interpretes statuerint. (Scholion: ἤγουν οὐχ ὁμονοοῦσι, non ad οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἰσι, quae ei vulgo praefiguntur, sed ad στασιάζειν λέγονται pertinere, jam Abreschium monuisse, oblitus est.) Sensum igitur esse hunc: „*ne nunc quidem* (Astyochum pugnare velle) *cum* (Athenienses) *dissidere dicantur, sed tamen*

nondum (Aftyocho praetendente) *ipforum* (Peloponnenfium) *naves in eo fint ftatu*, (uimirum ita vertit verba: ἐν τῷ αὐτῷ εἰσι!!) *contraria autem ratione* (ἀλλά) *Lacedaemonii fruftra exfpectantes illas Phoenicum naves, a Tiffapherne verbo quidem fed non revera promiffas* (fic!) *periculum adituri effe dicantur, ne conterantur ipforum vires.*" Iftius modi ineptias pluribus refutare piget, cum praefertim ipfarum feries rerum, quid auctor dicat, aperiat. Erant enim eodem loco naves Peloponnefiorum, non erant Athenienfium, quorum Strombichides cum viginti quatuor navibus Hellefpontum petierat, v. c. 62. cl. 80. Quid autem fit ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι, id vel ex Porti verfione difcere poterat attentus Thucydidis lector. Cf. Xenoph. Hellen. V, 3, 20. Herod. VII, 145. Verba: ἀλλὰ — μένοντες — κινδυνεύσειν — διατριβῆναι a διεβόων pendere et fignificare: *fefe*, (Peloponnefios) *dum Phoeniffas naves opperirentur — periclitari, ne contererentur*, id cum fponte pateat, non opus eft, ut Abrefchii, Baueri, Toupii, Kiftemakeri conamina refpiciantur. De ἄλλως ὄνομα v. Hermann. ad Vig. p. 780. et quos laudat. Simile eft quod legitur apud Plat. Legg. I. p. 626. a: ἣν καλοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα, τῷ δ' ἔργῳ πάσαις πρὸς πάσας τὰς πόλεις ἀεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον κατὰ φύσιν εἶναι. De τρίβειν v. Duker. ad h. l. in eadem re τρίβειν et κατατρίβειν c. 46. θλίβειν καὶ ἀποκναίειν Plut. Alc. 25. φθείρειν Plut. Lyf. 4. Variatam in fequentibus ftructuram illuftrat Matth. §. 538. Totius capitis fenfum vernacule reddere lubet:

Um diefe Zeit führten auch (καί refpicit turbas Athenienfium) *die Soldaten der Peloponnefier auf der Flotte zu Miletos laute Klagen unter einander, dafs von Aftyochos und Tiffaphernes ihre Angelegenheiten zu Grunde gerichtet würden, indem jener weder früher habe fchlagen wollen, da fie noch überlegen und die Seemacht der Athenäer gering gewefen* (Videntur ifta tempora fignificare, ubi Athenienfes Aftyochum, cum Mileti et Rhodi effet, fruftra ad pugnam committendum laceffebant. c. 30. 44. 55.), *noch jetzt es wolle, da diefelben, wie es heifse, im Aufruhr unter einander wären und ihre Schiffe noch nicht beifammen hätten; — fie felbft aber* (*die Peloponnefier*) *würden darüber in Gefahr kommen, während fie die phönikifchen Schiffe des Tiffaphernes erwarteten, aufgerieben zu werden. Tiffaphernes dagegen führe nicht blofs diefe Schiffe nicht*

herbei, sondern zahle auch den Sold nicht unausgesetzt und vollständig und thue so ihrer Seemacht Abbruch. Daher, erklärten sie, müsse man nicht mehr zögern, sondern ein entscheidendes Treffen wagen. Und vorzüglich drangen darauf die Syrakusier.

Haec satis plana et expedita videntur, ut mirer Dukero „structuram orationis toto hoc capite satis implicitam videri, ita ut propemodum haberi possit pro exemplo eorum, quae Dionys. Halic. in Thuc. σκολιὰ καὶ δυςπαρακολούθητα esse καὶ σχηματισμῶν πλοκὰς σολοικοφανεῖς habere dicat.“ Atque ipse Dukerus maximam partem locum bene explicavit. Cujus annotationem si, quos nominavimus, viri docti accuratius inspexissent, non tot nugas effudissent.

Quamquam igitur Benedicti argumentationem, ex hoc uno capite totius libri auctorem esse Thucydidem arguentis, e non intellectis esse ductum vidimus, tamen, orationem hujus libri Thucydideam esse, nemo, qui eum legerit, inficiabitur. Idque etsi melius sentiri, quam declarari potest, tamen, quae huc faciant, non pauca afferentur postmodum. Nunc nonnulla exhibebimus, in quibus vel plane suus est Thucydides, vel cum paucis habet communia. Hujusmodi est mira constantia, qua verba δοκεῖν εἶναι collocat: quae cum sexcenties conjungat, nunquam alio posuit ordine, quam hoc: δοκεῖν εἶναι vel, verbis aliquot intersertis, δοκεῖν — εἶναι, quod tanto magis mirum est, cum quamquam raro, alios infinitivos verbo δοκεῖν praeponat. Eadem autem constantia eundem ordinem tenet Herodotus; nec saepe eum deseruerit Xenophon, qui cur contrarium optaverit Oec. III, 10: ἀλλ' εἶναί τινές μοι δοκοῦσιν ἡλικίαι καὶ ἵππων καὶ ἀνθρώπων, αἳ εὐθύς τε χρήσιμοί εἰσι καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόασιν, e sono explicandum. In Hellen. V, 1, 16. cum marg. Leonclav. collocandum est ἢ δοκεῖ εὐδαίμων εἶναι. Caeterum etiam in libris, quos plerique spurios putant, de Rep. Athen., de Rep. Lacc., de Vectig. (de quibus v. Boeckh. Oec. Civ. I. p. 48. 344. sqq. T. II. p. 144. sqq.) et Apolog. Socr. ejusdem ordinis constantiam observabis, quae non est apud Platonem, Demosthenem, alios.

Aeque notabile est, quod particulas οὐ μέντοι — γε Thucydides semper divisim usurpat v. I, 3. 66. 111. 127. 142. II, 13. 47. 56. 65. III, 11. 86. 89. IV, 72. 78. V, 80. VI, 32. 72. VII, 14. VIII, 84. Nec aliter He-

rodotus, (nam II, 98. corrigendum puto) qui etiam in καί τοι — γε, quod apud Thucydidem bis tantum me legere memini III, 58. IV, 85. eandem rationem tenet. Cave, contra afferas VII, 9, 2: ibi enim γε codices non agnoſcunt. Alium proſae quidem orationis ſcriptorem, hujus uſus conſtantiam qui ſectatus ſit, ſcio neminem, miror que quae Vir cautiſſimus pronuntiat, Porſonus in Indic. ad Eurip. ſ. v. γε. V. Lyſ. p. Eratoſth. p. 45. Xenoph. Hell. II, 4, 42. Pl. Polit. p. 329. e. p. 440. d. et ſecenta alia, cf. Poppo. obſſ. p. 190. Reiſig. Conjectt. p. 294. Nec mutandum puto Eurip. Iphig. Taur. 702. Seidl. V. Hermann. ad Vig. p. 840. 841.

Utilior videbitur haec obſervatio. Quod Thuc. I, 78. legitur τοῦ πολέμου τὸν παράλογον, conferunt interprr. cum hujusmodi dictionibus: ὁ πλεῖστος τοῦ χρόνου I, 5. Putarunt igitur, Thucydidem voce παράλογος ut adjectivo uſum eſſe. Quod nunquam fecit. V. II, 61. 85. III, 16. VII, 28. 55. 61. VIII, 24. Cui ſententiae qui loci repugnare videntur, nulla opera poſſunt corrigi. Sunt autem hi: VII, 71 extr.: ἢν μή τι παράλογον γίγνηται. ubi παρὰ λόγον ſcribendum, (cf. II, 64. VI, 33.) et I, 65: ἢν μή τι ἀπὸ Πελοποννήσου ἢ ἄλλο παράλογον γένηται. ubi eadem emendatione adhibita ad ἄλλο ex praegreſſis repete pronomen τι. Pro ἄλλο exſpectaris ἄλλοθεν, ſed cf. V, 80: καὶ ὁπόσα ἀλλήλων πολέμῳ ἢ εἴ τι ἄλλο εἶχον. Etiam II, 90: γενομένου τούτου τοῦ ἀπροσδοκήτου καὶ παραλόγου. τοῦ cum nonnullis libris omittendum et ex optimis codicibus παρὰ λόγον reponendum. Denique I, 140: διόπερ καὶ τὴν τύχην, ὅσα ἂν παρὰ λόγον ξυμβῇ. pro vulg. παραλόγως praeſtant codd. Eandem confuſionem deprehendimus IV, 55. 56. Huc pertinet Phot. p. 282: παράλογον λέγουσιν ἀρσενικῶς οἵ τε ἄλλοι καὶ μάλιστα Θουκυδίδης τὸ παράδοξον καὶ ὃ οὐκ ἄντις προςδοκήσειεν, οἷον τοῦ πολέμου τὸν παράλογον. „καὶ ὅτι ἐγένετο πολὺς ὁ παράλογος."

Jam de ratione dicetur, cujus obſervatio cum aliis locis lucem affundit, tum VI, 17. his verbis: καὶ νῦν οὔτε ἀνέλπιστοί πω μᾶλλον Πελοποννήσιοι ἐς ἡμᾶς ἐγένοντο, εἴτε καὶ πάνυ ἔῤῥωνται. τὸ μὲν ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ἐςβάλλειν + κἂν μὴ ἐκπλεύσωμεν, ἱκανοί εἰσι, τῷ δὲ ναυτικῷ οὐκ ἂν δύναιντο βλάπτειν. Ibi diſtinctionem majorem poſt ἔῤῥωνται cum minima eſſe permutandam jam vidit Stephanus, quem Dukerus eſt ſecutus. Illius interpretatio, immerito ab editoribus neglecta, probabiliter totius loci ſenſum reddit hoc modo: *Et nunc* i. e. ut

nunc res sunt, vel: ut nunc est rerum status, *nunquam minus spei adversus nos conceperunt Lacedaemonii: quod si etiam valde sint animati, regionem quidem nostram, etiamsi navalem hanc expeditionem non suscipiamus, invadere possunt, at classe nihil nobis nocere queant.* Ac similiter Gallice interpretatus est Coray. Cujus tamen interpretationis priorem partem non probaverim. Censeo enim ἀνέλπιστοι h. l. passive capiendum esse, sicuti VI, 33. extr.: ἡμῖν οὐκ ἀνέλπιστον, τὸ τοιοῦτον ξυμβῆναι. cf. 34. VII, 71. Plat. Menex. XIV. p. 242, e., hoc sensu: *nunquam minus, ne Peloponnesii nos adorirentur, metuendum fuit*; quod sententiarum seriei et linguae rationi aptius videtur. Sed quae inprimis nos advertit, est insignis particularum οὔτε et εἴτε oppositio. Et de hac quidem, quae apud alios scriptores rarissima est, hoc loco dicere placet explicatius. Non rara sunt exempla, ubi τε particulis εἰ et ἤν semel positis jungatur, ita ut enunciationes copulet. Sic εἴ τε habes (nam divisim ita rectius scribi puto, ut factum ab Astio Plat. Legg. p. 830. b.) Thucyd. II, 8. 20. 84. (ubi εἴτ' pro εἰ positum putabat Heilm. de indol. et dict. Thuc. p. 205, caeterum non multum a vero remotus.) III, 54. 46. VI., 12. 78. VII, 64. (quos locos qui contulerit, assentietur, ut spero, mihi, etiam VIII, 24. pro εἰ δέ τι leg. esse εἴ τέ τι praeeunte Aug. qui εἴτ' ἔτι habet; eandemque emendationem suadeam III, 32. etsi hic quoque nec plurimi nec optimi codd. eam praestant. Saepe enim cum alii tum inprimis Thucydides τε usurpant, ubi δέ exspectaris, quod non semel substituerunt librarii) addito καί: Her. VII, 234. Thuc. I, 143. II, 20. VI, 86.; ἤν τε Her. III, 40. V, 111. Thuc. I, 143. IV, 20. VII, 48. Unde patet, cum τέ et δέ saepissime sibi respondeant[69]), dici posse etiam εἴ τε — εἰ δέ, ut est Plat. Apol. §. 22. quod bene contra Fischerum defendit Heindorf. praef. XIX. Deinde cum τε — εἴ τε sibi opponantur veluti Aristot. Polit. VII, 2, 1. eodem modo οὔτε

---

69) Dionys. Hal. Antiqq. Rom. VI. p. 1156. 10: *φοβεῖ μὲν ἤδη λιμόν· ἐπεὶ δ' ἂν* (leg. *ἐπειδὰν δ'*) *ἐν τῷ ἀπόρῳ γενώμεθα ἔτι μᾶλλον φοβήσει*, ubi *μέν* a Reiskio profectum. Vulgo legebatur *φοβεῖται*. Quod Sylburg. conjecit, *τε*, id praebet Vatic. Cf. p. 1229. 13. Non tentare debebat Thuc. I, 84. Benedictus. Lys. Apol. p. 783: *αὐτοί τε γὰρ οὐκ ἐπιθυμοῦσι λανθάνειν —. ὑμεῖς δὲ τὰ μὲν αὐτοὶ ὁρᾶτε, τὰ δὲ ἑτέρων ἀκούετε.* ubi Reiskius *ὑμεῖς τε* dedit, non rectius, quam Schneider. Xenoph. Vect. IV, 36. ex Cast. *μέν* pro *τέ* recepit et Hell. VI, 5, 30.

— εἴτε, οὔτε — ἦν τε usurpari poterant, usurpavitque Thucydides III, 28: Γνόντες δὲ οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν[70]) εἴτ' ἀποκωλύσειν δυνατοὶ ὄντες, εἴτ' ἀπομονωθήσονται τῆς ξυμβάσεως, κινδυνεύσοντες, ποιοῦνται κοινῇ ὁμολογίαν. cf. IV, 68. V, 30. VII, 64. Xenoph. Mem. I, 2, 47. Polyb. III, 21, 1. Eodem modo οὔτε — ἦν τε VI, 33. Possis huc referre locum satis confusum VIII, 71: ὁ δέ, νομίζων τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχάζειν οὐδὲ εὐθὺς οὕτω τὸν δῆμον τὴν παλαιὰν ἐλευθερίαν παραδώσειν, εἴ τε στρατιὰν πολλὴν ἴδοι σφῶν, οὐκ ἂν ἡσυχάσειν, οὐδὲ ἐν τῷ παρόντι πάνυ τι (τι etiam Pariss. C, F, G, I, K ad-

---

Mori emendationem retinuit; jure idem VI, 1, 24. τε revocavit, etsi hoc factum improbat Wolf. epist. p. 124. Cf. Hermann. ad Vig. p. 836. Poppo obss. p. 26. In his multa cautio habenda, cum exempla reperiantur usus rarissimi, veluti οὔτε — οὐ; μήτε — μή ad Dionys. p. 8. οὔτε — καί, Eurip. Iphig. T. 576. οὔτε — τ' οὐ, Hippol. 304. s. τε — οὐκ — τε pro οὔτε — οὔτε Iphig. T. 1333: κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν, Ἡμεῖς τε. Qui locus me confirmat in ea sententia, ut Thuc. IV, 36. sic distinguendum censeam: οἱ Λακεδαιμόνιοι, βαλλόμενοί τε ἀμφοτέρωθεν ἤδη καὶ γιγνόμενοι ἐν τῷ αὐτῷ ξυμπτώματι, ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι (Herod. II, 10. IV, 99.), τῷ ἐν Θερμοπύλαις, (ἐκεῖνοί τε γάρ, τῇ ἀτραπῷ περιελθόντων τῶν Περσῶν, διεφθάρησαν, οὗτοί τε· (scil. παρελθ. τῶν Ἀθηναίων διεφθ.) ἀμφίβολοι (Appian. B. M. 77. Zonar. p. 144.) ἤδη ὄντες οὐκέτι ἀντεῖχον. cf. V, 17. extr.: οἱ Λακεδαιμόνιοι — ποιοῦνται τὴν ξύμβασιν καὶ ἐσπείσαντο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους καὶ ὤμοσαν, ἐκεῖνοί τε πρὸς τοὺς Ἀθηναίους τάδε. (Sic enim ibi esse distinguendum sponte patet). Aliter Poppo, qui lineola ante ἐκεῖνοί τε γάρ posita, οὗτοί τε cum sequentibus jungit, ut confusam orationem censeat. Verum hanc rationem exemplis firmat parum aptis.

70) Recte Portus: *qui reipublicae praeerant*. Cf. Demosth. Phil. III. p. 125, 7. Similia sunt: οἱ τὰ πράγματα ἔχοντες Thuc. VI, 39. cf. Jacobi mei obss. in Xenoph. p. 9. κατασχεῖν τὰ πράγματα Thuc. IV, 2. οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων Dem. p. Cor. 73, 3. Bekk. ἐπιστατεῖν τῶν πραγμάτων Isocr. Panath. 19. οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες Thuc. VI, 95. οἱ τὰ τέλη ἔχοντες id. V, 47. οἱ ἐν τέλει (ὄντες) ib. I, 10. quem l. Thomas M. p. 329. laudat, II, 10. sive τὰ τέλη I, 58. IV, 15. quos locos respicit Schol. ad Demosth. Lept. §. 25. Cf. Duker. ad priorem locum et interprr. ad Herod. IX, 106. οἱ ἐν δυνάμει ὄντες Xenoph. Hell. IV, 4, 5. ἔχειν τὴν πόλιν Thuc. VIII, 66. ἔχειν τὴν πολιτείαν ib. c. 66. Diversus horum significatus: οἱ ἔχοντες Soph. Ajac. 157. ibique Herm. οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες Aristot. Polit. IV, 5, 7. Valck. ad Herod. VI, 22. οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες Thuc. VI, 39. Postremae locutionis sensum editores Xenoph. Hell. I, 6, 13. male tribuisse verbis οἱ τὰ πράγματα ἔχοντες recte monuit Jacobus l. l. et ante eum Schneiderus ad Aristoph. Pol. V. 6, 8. οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες Herodoto sunt οἱ παχέες. Wess. ad V, 30. Valck. ad VI, 22; aliis οἱ γνώριμοι, οἱ καλοὶ κἀγαθοί. Aristot. Polit. IV, 6, 2:

dunt. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 455. Amstelod. p. 477. Lipf.) πιστεύων μὴ οὐκέτι ταράττεσθαι αὐτούς, τοῖς — ἀπὸ τῶν τετρακοσίων ἐλθοῦσιν οὐδὲν ξυμβατικὸν ἀπεκρίνατο. Hic forsitan auctor, si hunc librum retrectasset, omisisset verba molesta: τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχάζειν scripsissetque pro οὐδέ priore οὔτε: quam emendationem ne quis suadeat, codicum impedit et Vallae consensus.

Atque hanc rationem patet ad eum quoque locum pertinere, abs quo profecti sumus VI, 17. Quem quominus jam deseramus officiunt verba εἴ τε ἐῤῥώνται. Indicativus cum hic non aptus sit, Abreschius aut ἐῤῥῶντο aut ἔῤῥωνται legendum esse conjecit. Quorum prius vel ob nimiam audaciam displicet; posterius vel maxime commendat sensus. Sed ita ἤν pro εἰ restituendum esse videatur, siquidem verum est, quod vulgo tradunt, Atticos, prosae quidem orationis scriptores, nunquam εἰ cum conjunctivo junxisse, v. Matth. Gr. Gr. §. 525, 7. b. Poppo. obss. p. 251. Thiersch. Gr. Gr. §. 329. Sed hanc regulam non tam certam esse, quam nonnulli credunt, plura ostendunt exempla, quae si omnia emendare velis, ve-

---

δοκοῦσιν ἔχειν οἱ εὔποροι, ὧν ἕνεκεν οἱ ἀδικοῦντες ἀδικοῦσιν· ὅθεν καὶ καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ γνωρίμους τούτους προςαγορεύουσιν. et §. 4: παρὰ τοῖς πλείστοις οἱ εὔποροι τῶν καλῶν κἀγαθῶν δοκοῦσι κατέχειν χώραν. cf. Schneid. ad Hell. II, 2, 5. οἱ βέλτιστοι, ut se ipsi vocabant, ib. II, 3, 23. A Thucydide saepissime dicuntur οἱ δυνατοί, I, 24. 126. II, 65. III, 27. V, 4. VIII, 21, 44. 47. 48. Plut. Alc. 26: hinc etiam δυναστεία pro oligarchia, quae Graecis τυραννικόν videbatur, Andoc. de red. p. 89: ἐκ δημοκρατίας δυναστείαν καταστήσαντες. Xenoph. Hell. V, 4, 46: ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι δυναστεῖαι καθειστήκεσαν, ὥςπερ ἐν Θήβαις. Arist. Polit. V, 6, 8. ibique Schneid. cl. eod. ad V, 7, 4, ubi quod τοὺς δυνάστας eosdem putat, quos Xenoph. Hell. IV, 4, 5. τοὺς ἐν δυνάμει ὄντας dicat, falsum esse jam significatum est, intelligetque qui totum Xenophontis locum expenderit. Etenim δυνάσται sunt ap. Aristot. optimatum potentissimi, cf. Hemsterh. ad Luc. I. p. 395. Bip., οἱ ἐν δυνάμει ὄντες ap. Xenoph. *qui remp. moderantur*. Denique optimates in quibusdam civitatibus peculiaria etiam habebant nomina. Ita ἱπποβόται vocabantur apud Chalcidenses. v. Plutarch. Pericl. 23. Herod. V, 77. VI, 100. ibique interprr. γεωμόροι (s. γαμόροι) apud Syracusanos et Samios, v. Ruhnken. ad Tim. p. 67. s. et quos laudat. Inde putaram aliquando etiam Xenoph. Hell. II, 2, 3. pro γνώριμοι leg. esse γεωμόροι, cl. Thuc. 8, 21 Etymol. Gud. p. 122. γειομόρος scribit, errore, ut opinor. Similia dabit, cujus liber nunc ipsum ad me perlatus est, ἀνὴρ δημοτικώτατος, Kortüm: Zur Geschichte hellenischer Staatsverfassungen p. 14. sqq.

reor, ut unquam finis sit corrigendi. V. Thuc. VI, 21: εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις. ubi non tam audax sum, ut invitis codd. cum Poppone obss. p. 17. not. ἢν scribendum arbitrer. Xenoph. Symp. VIII, 36: δοκοῦμεν δ' ἂν μοι πάντες ὁμόλογοι γενέσθαι, εἰ ὧδε ἐπισκοπῶμεν. ubi optativum, quem Schaeferus dedit, equidem non commodum reor. Cf. diligentissimum Werfer. in act. Philol. Monac. T. I. F. 1. p. 101. T. I. F. 3. p. 235. sq. Jacobs. ib. T. I. F. 2. p. 143. sq. n. Nec Hermann. ad Soph. Ajac. 491. dubitat, quin Attici etiam εἰ cum conjunctivo construxerint, quem expulerint aliquoties librarii. De discrimine, quo vel εἰ vel ἢν cum conjunctivo dicatur, ne quid statuere audeam exemplorum, quae attuli, diversa facit ratio. Eorum tamen partem patet similem esse ei loco, cujus gratia haec disputata sunt. Caeterum ῥώννυμι ibi est *animos facio*, cf. II., 8. ἔῤῥωντο ἐς τὸν πόλεμον. IV, 72: ἐπειδὴ καὶ ἦλθεν ὁ ἄγγελος, πολλῷ μᾶλλον ἐῤῥώσθησαν; frequentius ἐπιῤῥώννυμι IV, 36. VI, 93. VII, 2, 7. 17. VIII, 89. similiter ἀναῤῥώννυμι VII, 46; nec aliter ῥώμη VII, 18: τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγεγένητό τις ῥώμη, διότι τοὺς Ἀθηναίους ἐνόμιζον, διπλοῦν τὸν πόλεμον ἔχοντας, πρός τε σφᾶς καὶ Σικελιώτας εὐκαθαιρετωτέρους ἔσεσθαι.

CAPUT SECUNDUM.

Facilius cujusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inhaeret.

Vellej.

CONSPECTUS
rerum inde a clade Siciliensi usque ad pugnam Cyzicenam gestarum.

Cladis Siciliensis nuntio Athenas perlato, increduli initio [1]) mox omnes pavore metuque perculsi sunt. Neque enim sola reipublicae fortuna cunctos affligebat, sed singuli etiam propinquorum amicorumve fata lugebant. Dein dolor in iram erga eos conversus, qui expeditionis auctores exstiterant. Succensebant oratoribus qui eam suasissent [2]), ariolis et vatibus, qui Siciliae capiendae spem fecissent [3]). Nec injuria. Nam etsi ipse populus rem

1) Thuc. 8, 1. Plutarch. Nic. c. 30. De garrul. XIII. p. 509. a.

2) Ut Demostratus, v. Plut. Nic. XII. Aristoph. Lysistr. 592. Horum fortasse etiam Pisander, de quo infra, et Androcles, de quo v. Ruhnken. hist. crit. ap. Reisk. oratt. Gr. T. VIII. p. 128. Adde Aristoph. Vesp. 1182. Namque is, etsi Alcibiadi inimicus erat, tamen, ut solebat hoc genus hominum, bellum excitare studuerit „γενομένης ἡσυχίας καταφανέστερος νομίζων ἂν εἶναι κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων," ut de Cleone Thuc. V, 16.

3) Vaticinio decepti orbis terrarum imperii spem conceperant. v. Aristoph. Equit. 961 sq. 1010. 1086. Aves 978. sq. ibique Schol. Plut. Nic. 12. et quos laudat Boeckh. Oec. Civ. T. 1. p. 314. quem nolim hoc consilium novum dixisse, invito

decreverat, vix tamen eos, qui, ut decerneret, eum induxerant, culpae expertes censeas 4). Flore juventutis perdito, navibus plurimis amissis, aerario exhausto 5), desperata videbatur respublica, si, quod metuendum erat, subito hostium classis Piraeum adoriretur. Quod cum non fieret, quo magis sibi timebant, cum fortuna sua insolenter usi, crudelibus in Histiaeenses 6), Aeginetas 7), Toronenses 8), Scionaeos 9), Meliosque 10), consiliis talionem quasi provocasse viderentur, eo enixius operam dederunt, ut, quemadmodum saepius 11), elusa hostium spe, ex infortunio emergerent imminensque periculum propulsarent. Cujus metu populus libertate alias lasciviens ultro hanc compescere 12), sumtus minuere, προβούλους creare 13), dein classem parare 14), labantemque

Plutarcho Pericl. 20. Alcib. 17. et qui hinc lucem accipit Thuc. I, 144. in. Stilbides, clarus vates, exercitum in Siciliam comitatus fuerat, v. Philochorus apud Schol. Aristoph. Pac. 1031. Plut. Nic. 23.

4) Quod aliter Thucydides judicat, vereor, ne lenis πικρία subsit. Similiter tamen Xenoph. R. A. II, 17.

5) De his pluribus disputabitur infra.

6) ad Dion. p. 100.

7) Thuc. II, 27. IV, 57. Diodor. XII, 44. 65. Paus. II, 29, 5; 38, 5. Plutarch. Pericl. 34. Eorum fortunam a Cereris ira repetit Herodot. VI, 91. Veram causam disces ex Thuc. ll. ll. et I, 67. cl. Aristoph. Pac. 618. sqq.

8) Thuc. V, 3.

9) v. Morus ad Isocr. Paneg. XXIX. e. adde Diod. XIII, 30.

10) id. ib. 29. d. Jam ante Ol. 88, 3. Nicias eos sollicitarat, Thuc. III, 91. cl. Wess. ad Diod. XII, 65. Male Schol. ad Aristoph. Av. 186. (quicum cf. Phot. p. 155. 164. et Hesych. s. v. λιμῷ): Μῆλος δέ ἐστι πόλις τῆς Θεσσαλίας, somnians ille de Μηλιεῦσι s. Μαλιεῦσι (cf. Valcken. ad Herod. VIII, 31.) caetera Thucydidem secutus; nec melius idem cum Diod. XII, 80. Niciam secundae quoque expeditionis ducem facit.

11) Insigne exemplum habes Thuc. III, 16. sq. cf. VI, 28.

12) Ὅπερ φιλεῖ δῆμος ποιεῖν inquit Thucydides, quibus similibusve verbis etiam alibi utitur, ubi plebis mores notat, veluti II, 65. IV, 28. VI, 63. Hic legisse juvabit Socratis sermonem cum Pericle Periclis filio apud Xenoph. Memor. III, 5.

13) De προβούλοις v. Lex. Seg. p. 298, 25. Plutarch. Quaest. Gr. p. 292. a. Wess. ad Herod. VI, 7. Aristot. Polit. VI, 5, 10: Δεῖ γὰρ εἶναι τὸ συνάγον τὸ κύριον τῆς πολιτείας· καλεῖ-

ſociorum fidem, qua poſſent ratione, firmare. Etenim hi ad Lacedaemonios deſciſcere non amplius dubitabant; cum ſolito hominum errore, quod optabant, eſſe ſibi perſuaderent, jamque non ſuperare poſſe Athenienſes opinarentur [15]). Quorum vires, quantumvis infractas,

---

ται δ' ἔνθα μὲν πρόβουλοι διὰ τὸ προβουλεύειν· ὅπου δὲ τὸ πλῆθός ἐστι βουλὴ μᾶλλον. Erat igitur is magiſtratus oligarchiae, quae ut Athenis conſtitueretur eum vel maxime operam dediſſe, infra probabitur. Indidem patet, minus accuratum eſſe in his exponendis Thucydidem. Omnia, ut ſolet, confundit Diodor. XIII. 54.

14) Ξύλα ξυμποριςάμενοι Thuc. VIII, 1. 4. ex Thracia, opinor, v. Thuc. IV, 108. et Macedonia, Xenoph. Hellen. VI, 1, 4. poſt med.

15) Thuc. VIII, 2: μάλιστα δὲ οἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἑτοῖμοι ἦσαν καὶ παρὰ δύναμιν αὐτῶν ἀφίστασθαι διὰ τὸ ὀργῶντες κρίνειν τὰ πράγματα καὶ μηδ' ὑπολείπειν λόγον αὐτοῖς, ὡς τό γ' ἐπιὸν θέρος οἷοί τ' ἔσονται περιγενέσθαι. Sententiam illuſtrat IV, 108: Καὶ γὰρ καὶ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς, ἐψευσμένοις μὲν τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως ἐπὶ τοσοῦτον ὅση ὕστερον διεφάνη, τὸ δὲ πλέον βουλήσει κρίνοντες ἀσαφεῖ ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ· εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι, ὃ δὲ μὴ προσίενται, λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι. ubi ne quem nominativus abſolutus offendat vid. quos laudat Heindorf. ad Plat. Theaetet. §. 78. p. 589. ſq. Brunck. ad Aeſch. Perſ. 120. Valckenar. ad Herod. VIII, 83. Seidler. ad Eurip. Iphig. T. 917. Aſt ad Plat. Legg. II. p. 145. Elmsley. ad Soph. Oed. T. 60. Matthiae. Gr. Gr. §. 562. Exemplis a Poppone obſſ. crit. p. 197. et 235. ex Thucydide laudatis plura ex eodem ſcriptore addere poſſem, niſi haec longioris diſputationis eſſent. Jam ut ad locum VIII, 2. revertamur, cave, ne, quemadmodum Schol. fecit, αὐτῶν cum παρὰ δύναμιν jungas, quae verba quid ſignificent docet Matthiae. §. 588. γ'. Quod praecedit καί intendendi vim habet, qua poteſtate inprimis adverbia quantitatis comitatur. Sic dicitur καὶ μάλα v. Wolf. ad Lept. p. 372. Schaefer. ad Dionyſ. p. 333. Heindorf. ad Phaedon. §. 14. p. 25. καὶ πάλαι id. ad Sophiſt. §. 7. p. 279. καὶ ἄγαν Thuc. VII, 50. extr., ubi pro ἦν γάρ τι cum Mosq. legerim ἦν γάρ τοι; καὶ πάνυ Thuc. III, 30. 93. VIII, 82. Xenoph. Oecon. III, 8. καὶ πολύ Thuc. I, 25. Plat. Legg. p. 650. a. καὶ ἐπιπολύ, Thuc. III, 98. ubi Popponis emendatione, καί delentis, l. l. p. 230. non opus; καὶ τὸ κάρτα Herod. VI, 52. VII, 16. VIII, 27. καὶ κομιδῇ Plat. Legg. p. 657. e. καὶ μετρίως ib. p. 936. e. καὶ ὁποσονοῦν Thuc. IV, 57. καὶ ὁτιοῦν ib. c. 23: εἴρητο, ἐὰν καὶ ὁτιοῦν παραβαθῇ, λελύσθαι τὰς σπονδάς. cl. c. 16. ὅ, τι δ' ἂν τούτων παραβαίνωσιν ἑκάτεροι καὶ ὁτιοῦν, τότε λελύσθαι τὰς σπονδάς. ubi leg. ὅτι δ' ἐάν; nam ἄν pro ἐάν Thucydidem dixiſſe negaverim cum Poppone l. l. p. 139. ut corrigendi videantur loci IV, 46. VI,

non tamen ita prostratas fuisse, ut adversarii rebantur, abunde docent, quae deinceps gesta sunt. Neque enim modo ista clade accepta resistebant Athenienses, sed tum etiam, cum sociorum plerique defecissent, gravis seditio inter ipsos grassaretur, et Euboea, summi momenti insula, amissa esset, classem eorum conspicimus tres victorias reportantem, socios denuo subigentem et ab his ipsisque hostibus pecunias cogentem, quibus bellum gererent, cum Athenae eas suppeditare non possent. Haec quis non miretur facta esse, cum non solum Siculorum copiis, sed etiam Persarum opibus adjuvarentur Lacedaemonii? Verum enimvero frustra obluctati essent Athenienses, nisi, ut saepius, adversariorum suorum indoles ac natura eos sustentasset. Hos enim fortes saepeque victores cernimus, sed victoria uti fere nescientes, cunctantesque, ubi celeritate opus [16]), levissimaque subinde offensione deterritos, ne consilia sua exsequerentur [17]). Ita morati Lacedaemonii non magnopere sublevare non poterant Athenienses, qui virtutibus excellebant contrariis. Accedebat quod mari dimicabatur, cujus illi expertes erant, hi multorum annorum usu domini et arbitri facti videbantur [18]). Porro Lacedaemonii a sociis inopi-

---

13. 18. VIII, 75. De tragicis Hermanno ad Viger. p. 823. adversatur Schaefer. ad Soph. Oed. R. 1062. ὅτι autem cum infinitivo junctum nil offensionis habet, v. quos laudat Bornemann. de gemina Cyrop. rec. p. 18. — Quod Thuc. dicit διὰ τὸ ὀργῶντες κρίνειν τὰ πράγματα, ὀργᾷν est *animi aliqua commotione inflatum esse;* quomodo qui affectus est, non sine studio judicare solet. Cf. Duker. T. II. p. XII. Beck. Verba μηδ' ὑπολείπειν λόγον αὐτοῖς, Haackius interpretatur „μηδ' ἔτι λόγον ποιεῖσθαι αὐτῶν, nempe Ἀθηναίων, miraturque, quod Bauerus et Kistemakerus hic offenderint. Ego vero non video, quomodo viri doctissimi interpretationem ex Thucydidis verbis eliciam, quorum hunc sensum puto: *non fieri posse putabant, ut Athenienses* —. Etenim per attractionem αὐτοῖς cum ὑπολείπειν junctum est, cum ex nostri sermonis ratione αὐτοὶ dicendum et ad οἷοί τε trahendum esset. Germanice verteris: *weil sie nicht die Möglichkeit einräumten, dass die Athener den folgenden Sommer sich hielten.* Multum Graeci in hoc dicendi genere sibi indulgent, veluti Aristoph. Nub. 144. sq. Ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης Ψύλλαν, ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας. Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 295.

16) v. c. I. not. 54. cf. ad Dion. p. 236.

17) V. VIII, 11.

18) v. inprimis Thuc. IV, 12. Diod. XII, 62. Cf. Thuc. I, 80. 121. 142. sqq. II, 62. 89. Xenoph. R. Ath. passim, al.



bus [19]) iisdemque liberis non ea celeritate belli copias exigere poterant [20]), qua opus erat, ut illud cito feliciterque dirimeretur, cum Athenienſes ſuos ſocios, ut pecunias pendere feſtinarent, cogerent, ipſique, praeſenti periculo incitati, non ſegnes, quidquid poſſent, conferrent. Denique nonnihil detrimenti Lacedaemoniis attulerunt Alcibiadis, quem offenderant, artes.

2. Hieme cladem Sicilienſem inſecuta Agis, e Decelea profectus, pecunias ad claſſem exſtruendam coegit [21]), ipſique Lacedaemonii centum naves ſociis aedificandas imperaverunt [22]). Vere tamen ineunte nonniſi undequadraginta Corinthi paratas videmus. Quarum viginti una, Iſthmum transvectae [23]), cum Ioniam, quae ut prima ad defectionem ſollicitaretur Tiſſaphernis legatus et Alcibiades Lacedaemoniis perſuaſerant [24]), petiturae, vela darent, totidem Athenienſium naves eas adoriuntur, unaque nave capta, in Piraeum, agri Corinthii portum, compellunt [25]) ibique obſident [25 b]). Lacedaemonii vero, qui magna ſpe elati Athenienſium imbecillitatem contemſerant, iidem nunc, magna ſcilicet clade accepta,

---

Magis claſſe pollebant, ex quo Corcyraei eis ſe ſocii adjunxerant, v. id. I, 36.

19) id. I, 80. 141 ſqq. adde, quae de Lacedaemoniis ipſis disputat Ariſtot. Polit. II, 6, 23.

20) alia iis negotia potiora erant, quam bellum, v. Thuc. III, 15: *οἱ μὲν (Λακεδαιμόνιοι) προθύμως ταῦτα ἔπρασσον· οἱ δὲ ἄλλοι ξύμμαχοι βραδέως τε ξυνελέγοντο καὶ ἐν καρποῦ ξυγκομιδῇ ἦσαν καὶ ἀῤῥωστίᾳ τοῦ στρατεύειν.*

21) Thuc. VIII, 3. cum ab aliis tum ab Oetaeis et Achaeis Phthiotis, de quibus v. Thuc. III, 92. ſq. Xenoph. Hell. I, 2, 18. Weſſel. ad Diodor. XI, 3. Valckenar. ad Herod. VII, 132. Hi enim, ut Theſſali, Lacedaemoniorum partibus non favebant. Cf. Thuc. IV, 78. Diod. XII, 67. Thuc. V, 51. Diod. XII, 77.

22) Thuc. VIII, 5.

23) ib. c. 7. De transvehendi ratione v. interprr. ad IV, 8. interprr. ad Herodot. II, 154. VII, 24. Manſo. Sparta II. p. 60. not.

24) Thuc. VIII, 5. ſq.

25) ib. c. 10. De duplici Piraeo v. interprr. ad Xenoph. Hellen. IV, 5, 1. Weisk. excurſ. ad Ageſil. II, 18.

25 b) Thuc. VIII, 11.

in Ioniam expeditionem omittere constituunt [26]). Sed Atheniensis consilio Athenienses maximum damnum acceperunt. Alcibiadis enim cohortationibus factum est, ut ipse et Chalcideus e Laconica cum quinque navibus in Asiam mitterentur [27]). Quos cum Strombichides, Atheniensium dux, frustra persecutus esset [28]), Chium, Erythras et Clazomenas ad deficiendum inducunt [29]), priusquam, defectionem prohibiturae, Atheniensium viginti naves, ducibus Strombichide et Thrasycle, advenirent [30]). Qui non magis impedire poterant, quo minus Teos et Miletus descisceręnt [31]). Felicior, qui cum sedecim navibus submissus est, Diomedon, Chiorum, qui et ipsi Ioniae civitates, ut deficerent, sollicitabant, classem fugavit et quatuor naves cepit [32]). Sed cum Samum petiisset, tamen eorum opera Lebedus et Erae desciverunt [33]). Eodem fere tempore foedus inter Tissaphernem et Lacedaemonios factum [34]).

3. Interea Peloponnesiorum classis, quae in portu Piraeo obsidebatur, repentina eruptione facta, Athenienses fugarat, Cenchreasque repetierat [35]). Inde Astyochus, nauarchus [36]), cum quatuor navibus in Chium contendit [36 b]). Exin Asiae in oris bellum gestum seu potius tractum, cum diu, variis de caussis, neutri ea auderent, quae discrimen facerent. Feliciores tamen initio Athenienses fuerunt. Namque non modo Strombichides et Thrasycles Chalcidea ad Miletum adorti vicerunt [37]), sed Diomedon etiam atque Leon, recens cum viginti quinque navibus Athenis missi, postquam Lesbi urbes, quae a

---

26) c. 12. *Ἐνδίῳ τε αὐτῷ* (Ephoro, Alcibiadis hospiti, v. c. 6. ibique Duker.) *ἰδίᾳ ἔλεγε καλὸν εἶναι δι᾽ ἐκείνου ἀποστῆσαί τε Ἰωνίαν καὶ βασιλέα ξύμμαχον ποιῆσαι Λακεδαιμονίοις καὶ μὴ Ἄγιδος τὸ ἀγώνισμα τοῦτο γενέσθαι.*

27) c. 12. 14.

28) c. 15.

29) c. 15.

30) c. 16. 17.

31) c. 17.

32) c. 19.

33) ib.

34) c. 17. sq.

35) c. 20.

36) Is enim Alcamenis, ad Piraeum occisi, (v. c. 10.) in locum successerat.

36 b) c. 23.

37) c. 24. cl. 17. a Lade insula profecti, de qua v. Paus. I, 35, 5. Herodot. VI, 7. ibique Wessel. Hodie ea continenti adjuncta, nec Miletus ad mare sita, v. Mitford. hist. Gr. II p. 77. not.

Chiis inducti desciverant, in fidem receperant [38]), hos aggressi tribus proeliis ita profligarunt, ut moenibus sese continerent [39]).

4. Non multo post novam classem duodequinquaginta navium cum Atheniensium mille totidemque sociorum et Argivorum mille et quingentis hoplitis Phrynichus et Onomacles atque Scironides, imperatores, Samum adducunt, indeque, Strombichide et Thrasycle assumtis [40]), ad Miletum appellunt, proelioque cum Milesis atque Peloponnesiis, a Tissapherne adjutis, commisso, victores exstiterunt [41]). Quo facto cum urbem obsidere pararent, nunciatur, adventare quinquaginta naves ex Peloponneso. Harum autem viginti duae Siculorum erant [42]). Nam Peloponnesii ipsi, tametsi aestas jam ad finem vergebat, tantam classem nondum compararant. Promta audacia Atheniensium duces pugnam edidissent, nisi cauta Phrynichi prudentia collegarum consilio obstitisset [43]). Neque negari potest, cladem eos in summum discrimen adducturam fuisse: at victoria, viris a victoria recentibus, numeroque superioribus speranda, Lacedaemonios etiam profligasset [44]). Alcibiades, si Atheniensium imperator fuisset, hosti occurrisset eumque arte et

---

38) c. 23. 39) c. 24.

40) Hoc quidem scriptor non dicit, sed eos se caeteris adjunxisse non videtur dubitari posse.

41) c. 25.

42) c. 26. Aliter Diodor. XIII, 34: *Συρακούσιοι δέ, καταλελυκότες τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον, τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους συμμαχήσαντας, ὧν ἦρχε Γύλιππος, ἐτίμησαν τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου λαφύροις, συναπέστειλαν* (?) *δ' αὐτοῖς εἰς Λακεδαίμονα συμμαχίαν εἰς τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον τριάκοντα καὶ πέντε τριήρεις.* „Iterum a Thucydide dissentit, sibi tamen constans. Vid. c. 63.“ Wessel. — Hic dissensus utcunque tolli potest. Diodorus enim eas etiam tredecim naves numerat, quas Hippocrates in Asiam duxit, v. Thuc. VIII, 35. Quamquam harum nonnisi una Syracusana erat. Quod autem Diodorus dicit, *una* cum Gylippo missas esse illas triremes, error est. v. Thuc. VIII, 13. Viginti Syracusanas naves, nunc missas, etiam Xenoph. memorat Hell. I, 2, 8.

43) c. 27.

44) Nam Miletus haud dubie expugnata, totaque Ionia in fidem redacta esset, et Lacedaemonii, qui jam ante ad bellum in Ionia gerendum non promti fuerant, at hac spe dejecti, pacem componere studuissent.

virtute haud dubie superasset: Phrynichus cautior Samum reversus est, utilissimoque Athenas privavit socio, Amorge, quem Peloponnesii ceperunt ejusque divitiis sese locupletarunt [45]).

5. Non multo post Charminus, Euctemon et Strombichides cum triginta navibus Athenis Samum venerunt. Ibi, arcessitis etiam, quae Chium obsidebant aliisque, tota Atheniensium classis congregata est. Sortitione facta [46]) Charminus et Euctemon ad Lesbum tendunt ibique ad Chium obsidendam se praeparant [47]); caeteri in Samo remanserunt hostemque, qui Mileti stationem habebat, ut proelium committeret, lacessebant [48]).

6. Interea Astyochus, postquam, expeditione in Lesbum facta, nihil profecerat [49]), a Chiis arcessitus est, ut eorum conatus compprimeret, qui inter ipsos Atheniensium partibus studebant [50]). Inde cum Peloponnesiis decem totidemque Chiis navibus juxta littus Cumam navigavit, cumque a Lesbiis, defectionem molientibus, advocaretur, a sociis, quorum animos prioris expeditionis adversa fortuna infregerat, Chium reverti coactus est [51]). Iterum a Lesbiis sollicitato moremque gesturo Pedaritus, qui Mileto missus res Chiorum moderaba-

45) De Amorge obscuram Thucydidis narrationem infra explicare conabor.

46) c. 50. Sorte enim imperatores, nisi forte unus eorum *αὐτοκράτωρ* esset, munera belli inter se partiri solebant, v. Thuc. VI, 62. et 42: *τρία μέρη νείμαντες, ἓν* (sic legendum esse pro *ἐν* sponte patet) *ἑκάστῳ ἐκλήρωσαν*. De *μέρη νέμειν* pro *ἐς μ. ν.* v. Valckèn. ad Herod. VII, 121. Morus ad Xenoph. Hell. I, 7, 10. p. 47. Matth. Gr. Gr. §. 415. 4. p. 568. Heind. ad Plat. Phaedr. p. 272. et ad Parmen. p. 240. Schaefer. ad Bos. p. 683. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 531. Schneider. ad Xenoph. R. L. XI, 4. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 60. Mox haud dubie pro *ἀναπλέοντες* legendum est *ἅμα πλέοντες*, quod Valla vertit et Valcken. ad Herod. VII, 49. commendat.

47) c. 30. 33. 34.

48) c. 30: *οἱ δ᾽ ἄλλοι ἐν Σάμῳ μένοντες τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσὶν, ἐθαλασσοκράτουν καὶ ἐπίπλουν τῇ Μιλήτῳ ἐποιοῦντο*. Male vulgo post *μένοντες* incidunt. Deinde pro *ἐπίπλουν* legendum est *ἐπίπλους*, cf. c. 38. extr. *αἱ δὲ ἐκ τῆς Σάμου νῆες αὐτοῖς ἐπίπλους μὲν ἐποιοῦντο ταῖς ἐν τῇ Μιλήτῳ· ἐπεὶ δὲ μὴ ἀνταγάγοιεν ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἡσύχαζον.*

49) c. 23. 50) c. 24. 31.

51) c. 32.



tur [52]), horum naves suppeditare noluit, cum, ne Athenienses propediem eos adorirentur, metueret. Quare iratus Astyochus minatusque, opem se iis non laturum, si qua egerent, suis cum navibus Miletum abiit [53]).

7. Hoc tempore Peloponnesii omnium rerum copia abundabant. Nam non solum a Tissapherne stipendium quantum satis erat solvebatur, verum Amorgis etiam divitiis sublevabantur, Milesiique alacriter belli onera ferebant [54]). Sed fortasse hanc ipsam ob causam minus ad res gerendas promti erant, ut identidem frustra ab Atheniensibus provocarentur [55]). Ac ne Chiis quidem, jam oppugnatis [56]), Astyochus, minarum suarum immemor, auxilio venit. Quapropter cum a Pedarito Spartae accusatus esset, Lacedaemonii cum nova classe septem et viginti navium *συμβούλους* [57]) miserunt undecim, qui, si vi-

---

52) c. 28. Ut *ἁρμοστής* puto, quamquam Thucydides hoc nomine non utitur. Schol. Demosth. Lept. §. 55: *Ἁρμοστὰς δὲ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας τῶν Λακεδαιμονίων λέγει· ἐκάλουν δὲ αὐτοὺς οὕτω διὰ τὸ ἁρμόζειν τὰ ἤθη τῶν πολιτῶν τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων.* Haec verbi notatio satis mira est. Cf. Maussac. ad Harpocr. p. 72. Wessel. ad Diod. XIII, 66. Lex. Seg. p. 206. 16. 241. 7. 445. 29. *Ἁρμοστήν* Atheniensem habet Xenoph. Hell. IV, 8, 8. Ut Pedaritus Chii, ita Mileti Philippus videtur *ἁρμοστής* fuisse: *ἐς τὴν Μίλητον αὐτοῦ Φίλιππον καθιστᾶσι* c. 28. Verbis *ἐς τὴν Μίλ. αὐτοῦ* cave offendaris. Sic III, 81: *ἐν τῷ ἱερῷ αὐτοῦ.* Nec V, 83: *ἐκ τοῦ Ἄργους αὐτόθεν*, verba *ἐκ τοῦ Ἄργους* cum Dukero et Valckenario ad Herod. IV, 135. sepienda puto. Cf. Aristoph. Acharn. 116: *ἐνθένδ' αὐτόθεν.* Adde Schneider. ad Xenoph. Hellen. IV, 8, 39. cujus non memor erat Weiskius ad VII, 4, 36. Apud Thuc. V, 22: *Οἱ δὲ ξύμμαχοι ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ ἔτυχον ὄντες* pro *αὐτοί* legendum puto *αὐτοῦ.*

53) c. 32. 33. 54) c. 36.

55) c. 38. cl. 30. — Schol. Aristoph. Pac. 1189: *παροιμία παρὰ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ ἀτυχήσαντας Λάκωνας· οἴκοι λέοντες ἐν Ἐφέσῳ δὲ Λάκωνες* (leg. *δ' ἀλώπεκες*) quodammodo huc pertinet.

56) c. 38.

57) Hos mittere solebant, ubi nauarchus, cui tamen non *ἰσόψηφοι* erant *σύμβουλοι*, v. Thuc. III, 79., rem male gereret, v. Thuc. II, 85. III, 69. 76. Eodem modo Agidi regi, novo tunc more, decem *σύμβουλοι* adjunguntur, postquam, cum posset, Argivos non debellavit, v. Thuc. V, 63. Diod. XII, 78. Et ab hoc inde tempore institutum, ut reges, contra hostem missos, *συμβούλων συνέδριον* comitaretur, de quo v. interprr. ad Xenoph. III, 4, 2. Schneider. ad Xenoph. R.

deretur, Antisthenem, hujus classis ducem, in Astyochi locum sufficerent. Qui ut eam Cauni esse accepit, eodem tendit, gavisus, quod caussam nactus esset, cur, quod socii jubebant, Chiis opem non ferret. Athenienses vero, de Antisthenis adventu certiores facti, ex Samo Charminum miserant, qui eum interciperet. Charminus, circa Rhodum hostium adventum observans, nubilo mane naves non multas conspicatur easque Antisthenis esse ratus cum adortus esset, tres depressisset, alias lacerasset, subito a tota Astyochi classe se circumventum videt. Sex triremibus amissis, caeterae ad Teutlussam insulam confugiunt [58]). Post Astyochus, Antisthene assumto, Rhodios ad deficiendum induxit [59]). Qui interea Lacedaemoniis suspectus capitisque periculum metuens ad Tissaphernem se contulerat, Alcibiades, quantam rerum vicissitudinem effecerit, posthac dicetur explicatius.

8. Rhodi cum esset Peloponnesiorum classis, arcessitur ab Eretriensibus, defectionem molientibus, quae, recepto a Boeotiis Oropo [60]), periculo vacare videbatur. Hoc enim oppidum quoad Atheniensium erat, multum ab his detrimenti Euboeae afferri poterat [61]). Lacedaemonii

---

L. XIII, 1. In iis, qui Astyocho missi sunt, principem locum videtur Lichas tenuisse, quem, initio acrem, post Tissaphernis donis consopitum esse suspiceris. Sopori aeterno datum, ejus odio inflammati, non eo loco humari permiserunt Lacedaemonii, quo qui aderant Lacedaemonii volebant, v. Thuc. VIII, 39. 43. 84. Caeterum rectius scribi puto *Λίχας*, quam *Λείχας*, quomodo legitur V, 50. ubi alteram scripturam praestant Cass. Aug. Pariss. H. K. cf. ib. c. 22. Herod. I, 67. Xenoph. Memor. I. 2, 61. ibique Ruhnken. Paus VI, 2, 1. sq. Plutarch. Cim. 10. Strab. IX, 4. p. 288. Tauchn. Sed Xenoph. Hell. III, 2, 21. *Λείχας* legitur. Hic et Pausaniae locus simul ea illustrant, quae Thuc. V, 50. referuntur. Cf. Valcken. ad Herod. VIII, 59. et Mitford. Hist. Gr. III. p. 463.

58) Thuc. VIII, 40—42. ubi pro *Τεύγλουσσαν* scribendum esse *Τεύτλουσσαν* praeter alios monuit Hemsterh. ad Luc. I. p. 314. Bip.

59) c. 44.

60) Pausan. I, 34, 1: *Τὴν δὲ γῆν τὴν Ὠρωπίαν μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ Ταναγρικῆς, Βοιωτίαν, τὸ ἐξ ἀρχῆς οὖσαν, ἔχουσιν ἐφ᾽ ἡμῶν Ἀθηναῖοι, πολεμήσαντες μὲν τὸν πάντα ὑπὲρ αὐτῆς χρόνον, κτησάμενοι δὲ οὐ πρότερον βεβαίως, πρὶν ἢ Φίλιππος Θήβας ἑλὼν ἔδωκέ σφισιν.* cf. Schneider. ad Xenoph. Hell. VII, 4, 1. Proditione Oropum a Boeotis captum esse, confirmat Lys. p. Polystr. p. 669.

61) Thuc. VIII, 60.

tamen ante afflictis Chiorum rebus ſuccurrere ſtatuerunt. Ad quos priusquam pervenirent, ipſi Chii aequo Marte proelium navale cum Athenienſibus pugnaverunt, cumque deinceps horum praetor Strombichides in Hellespontum, ubi Dercyllidas, Spartanus, Abydum et Lampſacum ad deſciſcendum ſollicitarat, majorem claſſis partem abduxiſſet, ſuperiores evaſerunt, adeo ut Aſtyochum navibus adjuvare poſſent [62]). Qui cum ſeditione, hoc tempore in hoſtium caſtris vigente, non uteretur, ut eos debellaret, tandem militum conviciis commotus eſt, ut Athenienſes aggrederetur. Sed hi, compoſita ſeditione, navium numero diffiſi pugnam evitarunt. Quam cum, Strombichide reverſo, committere vellent, Aſtyochus detrectavit [63]).

9. Jam vero pecuniarum inopia, quas, Alcibiadis artibus ductus, ſegniter Tiſſaphernes praebebat, eo Peloponneſios redegit, ut Pharnabazo, ſtipendia offerenti, morem gererent et cum viginti navibus Clearchum in Hellespontum mitterent, qui civitates hujus regionis, ut ab Athenienſibus deficerent, ſollicitaret adjuvaretque. Nec impedire poterant naves ab Athenienſibus miſſae, quo minus Byzantini eum reciperent [64]).

10. Mileti autem cum in dies contra Aſtyochum et Tiſſaphernem magis militum animi exaſperarentur, jamque ſeditionem res ſpectaret, commodum Aſtyochi ſucceſſor advenit, Mindarus [65]). Qui cum a Tiſſapherne neque naves Phoeniſſas, quarum jam pridem ſpem fecerat, adductum iri cognoſſet, nec mercedem ſolvi videret, Pharnabazo, Hellespontias civitates ab Athenienſium ſocietate abalienare cupienti, ſuppetias ire conſtituit. Tempeſtate Icarum delatus Chium petiit [66]) indeque, Athenienſium, qui tunc Ereſum, Lesbi oppidum, oppugnabant, ſpeculatores fruſtratus, Rhoeteum [67]) pervenit ac derepente advectus hoſtium e navibus, quae in Hellesponto erant, aliquot cepit [68]).

62) ib. c. 61. ſqq.
63) ib. c. 63. ſq.
64) ib. c. 80.
65) c. 85.
66) c. 99.
67) De hujus ejusdemque exitus nominum ſcriptura v. Weſſ. ad IV, 52. Dorvill. ad Charit. p. 85. (p. 250. ſq. Lipſ.) Weſſel. ad Diod. IV, 52.
68) c. 99. 101. ſq. Diod. XIII, 59.

11. Mindari itinere comperto, Thraſyllus et Thraſybulus, Athenienſium praetores, Ereſo relicta, et ipſi in Hellespontum vela dederunt [69]. Elaeunte [70], accitis, quot poterant, navibus, ad confligendum ſeſe pararunt. Nec Mindarus proelium oblatum detrectavit. Juxta Cherſoneſum, ab Arrhianis usque ad Idacum, Athenienſium acies porrecta, cujus ſiniſtrum cornu Thraſyllus regebat, dextrum Thraſybulus. Contra Peloponneſii ab Abydo usque ad Dardanum littora tenuerunt; Thraſyllo oppoſiti Syracuſani, Thraſybulo Mindarus cum velociſſimis navium. Peloponneſii initium confligendi facere conati mediam hoſtium aciem ad oras rejicere ſimulque ſiniſtro cornu ſuo dextrum illorum ſuperare properabant, ne hoſtes ex anguſtiis in altum evadere poſſent. Quod cum impedire adniteretur Thraſybulus, mox Cynosſema, promontorium, ſuperavit [71]. Quo facto media acies, distracta debilitataque, ad littus repulſa eſt. Hanc cum acrius Peloponneſii inſequerentur, ipſorum ordines ſoluti. Solutos Thraſybulus, miſſis, qui ſibi oppoſiti erant, ſubito aggreditur fugatque. Jam cum eodem tempore Syracuſani Thraſyllo cederent, mox omnes in fugam ſe conjecerunt. Una et viginti hoſtium naves captae; ſed Athenienſes quoque quindecim amiſerunt. Exiguos igitur hujus victoriae fructus percepiſſent, niſi virium ſuarum fiduciam recuperaſſent [72], ſicuti et urbani populi [72b]) animos ea erexit, clade paulo ante ad Eretriam accepta abjectos [73].

---

69) c. 100.

70) De ſcriptura v. Weſſel. l. l. Valcken. ad Herod. IX, 116.

71) c. 104. De promontorio v. Weſſel. ad Diod. XIII, 40. Gierig. ad Ovid. Metam. XIII, 560. Sed quod Thuc. dicit: *τὸ δ' εὐώνυμον αὐτοῖς ὑπερεβεβλήκει ἤδη τὴν ἄκραν*, verum eſſe non poteſt, cum Thraſybulus dextro cornu praefuerit.

72) c. 106: *ἀπηλλάγησαν τοῦ σφᾶς αὐτοὺς καταμέμφεσθαι.* Poſtremam vocem explicant interprr. Herod. I, 77. Sed ib. VII, 169: *Ὦ νήπιοι, ἐπιμέμφεσθε, ὅσα ὑμῖν ἐκ τῶν Μενέλεω τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε μηνίων δακρύματα* —; quae interrogative capienda ſunt, in *ἐπιμέμφεσθαι* ironia quaedam ineſt: *nonne contenti eſtis* —. Cf. VIII, 106: *ὑπήγαγόν (σε) ἐς χέρας τὰς ἐμάς, ὥςτε|σε μὴ μέμψασθαι τὴν ἀπ' ἐμέο τοι ἐσομένην δίκην.*

72b) Nepotis verbo utor, Cim. 2.

73) c. 95.

12. Paucis diebus post quam ad Cynossema pugnatum erat, Athenienses octo Peloponnesiorum naves ceperunt et Cyzicum, quae defecerat, receperunt [74]). Non magni momenti erat proelium, quod non multo post Thymochares, Atheniensium praetor, cum Hegesandrida, Lacedaemoniorum duce, edidit [75]), quos conflixisse probabile est, cum in Hellespontum auxilia suis adducerent. Hegesandridam quidem a Mindaro accitum esse constat [76]). Qui, ut cladem acceptam resarciret, Doriea quoque arcessivit, quem ante in Rhodum miserat, cum Rhodiorum quosdam res novas moliri accepisset [76 b]). Jussus cum reverteretur Dorieus, circa Rhoeteum Athenienses eum adorti sunt. At ille triremes suas subducit defenditque, ita ut Athenienses infecta re discedere cogerentur. Mindarus, qui Ilii Minervae [77]) sacra faciebat, pugnam conspicatus, Rhoeteum contendit receptoque Dorieo, hosti occurrit. Proelio commisso, ancipite Marte pugnatum, donec Alcibiades cum octodecim navibus supervenit. Tum hostes Abydum versus fugere, naves constipare et, Pharnabazo cum peditibus equitibusque succurrente, defendere. Vacuae tamen triginta ab Atheniensibus captae [78]). Horum deinde naves, quadraginta exceptis, ad pecunias cogendas extra Hellespontum missae. Alcibiades vero, cum se victorem Tissapherni, qui tunc in Hellesponto erat [79]), facilius, ut Atheniensium partes sublevaret, persuasurum esse arbitraretur [80]), donis assumtis ad satrapam profectus est. Sed is proditionis a Lacedaemoniis accusatus, ut hoc crimen dilueret, Alcibiadem comprehendit, inque custodiam dedit. Ex qua

---

74) c. 107.

75) Xenoph. Hell. I, 1, 1.

76) Thuc. l. l. Diod. XIII, 41.

76 b). Plura de his infra.

77) Hell. I, 1, 4. (cf. Herod. VII, 43. ibique Wess.) In fine hujus paragraphi lacunam esse suspicor, cum auctor addere debuisse videatur, Mindarum, assumto Dorieo, versus Abydum navigasse hostemque ad pugnam provocasse.

78) Xenoph. I, 1, 5. sqq. De Diodori et Plutarchi narrationibus posthac exponetur.

79) §. 9. cl. Thuc. VIII, 109. Ex quibus locis, Xenophontis historiam arcte cohaerere cum Thucydidea, patet, ut recte monet Mitford. IV. p. 376.

80) Hac mente Alcibiadem profectum esse, conjicias etiam ex Thuc. VIII, 88.

elapsus cum quinque triremibus Cardiam pervenit, quo Athenienſium claſſis profugerat, cum Pindarus eos adorturus esse videretur. Poſtquam Peloponneſios Cyzicum petiiſſe accepit, claſſem ſuam Seſtum redire juſſit [81]). Ut hoſtem aggreſſurus Seſto ſolvit, Thraſybulus cum viginti navibus e Thaſo et Theramenes cum viginti aliis e Macedonia adveniunt. Quibus aſſumtis in Proconneſum pervenit. Ibi cum, interceptis navigiis, ne hoſtes de adventu ſuo certiores fierent, caviſſet, concione advocata, pecuniarum, qua laborarent, inopiam oſtendit, docuitque non poſſe, quin proelio decertarent. Conſilio comprobato, magna in pluvia Cyzicum perrexit. Eo cum propius acceſſiſſet, coelum fieri ſerenum, ſol fulgere, Alcibiades ſexaginta Mindari naves, procul a portu ſe exercentes, a ſe interceptas videre. Peloponneſii ad terram ſe recipiunt hoſtemque propulſant. Tum Alcibiades navibus viginti circumvectus, copias exponit et cum Mindaro, qui et ipſe eſcendit, terreſtri proelio decernit. Sed Mindaro occiſo Peloponneſii fuga ſalutem quaerunt. Omnes eorum naves ab Athenienſibus captae, praeter Syracuſanas, quas ipſi Syracuſani combuſſerant. Athenae triumphant, Lacedaemonii, deſperantes de rebus ſuis, pacem petunt nec impetrant [82]).

---

81) Haec et ſqq. e Xenophonte hauſta, cujus tamen narrationem in quibusdam videri deſerendam eſſe infra probare conabimur.

82) Ita quidem Diodorus XIII, 52. Sed v. ibi Weſſel. Quae ille de Cleophonte refert, ab iis quae Schol. Ariſtoph. Ran. 1580. de eodem ex Ariſtotele prodit hoc tantum differunt, quod alii tempori aſſignantur: *Ἀριστοτέλης φησί, μετὰ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν Λακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι, ἐφ᾽ οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐπὶ τοῦ Καλλίου, Κλεοφῶν ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι, ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεθύων καὶ θώρακα ἐνδεδυκώς, οὐ φάσκων ἐπιτρέψειν, ἐὰν μὴ πάσας ἀφῶσι τὰς πόλεις οἱ Λακεδαιμόνιοι.* Ter itaque idem factum fuerit, et fortaſſe quater. Sed de his accuratius quaerere cupientem ſubſidia deficiunt.

ἀφ' ὧν οἱ Χῖοι ἔλεγον [6]), ὑπαρχουσῶν. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον δέκα τούτων αὐτοῖς ἔμελλον πέμπειν καὶ Μελαγκρίδαν, ὃς αὐτοῖς ναύαρχος ἦν. Hic pro αὐτοῖς ante ἔμελλον cum Caſſ. Aug. Reg. (G.) Ar. C. Dan. Mosq. et Pariſſ. I. K. αὐτοί legendum eſſe, jam monuit Benedictus, ſed interpretationem adhibuit, quam vix me contineo, quin abſurdam dicam. Etenim „illud αὐτοί, inquit, *apte* indicat, ſponte Lacedaemonios decem naves primum iis mittere decreviſſe.“ Refutet haec, qui otio abundat. Nobis non veniam defore ſperamus, ſi cum multa non melioris notae in Viri doctiſſimi commentariis criticis excuſa ſint, talia ſaepius ſilentio transmiſerimus. Noſtro loco quid pronomen αὐτοί ſignificet, declarant, quae deinceps leguntur: ἔπειτα, σεισμοῦ γενομένου, ἀντὶ τοῦ Μελαγκρίδου Χαλκιδέα ἔπεμπον καὶ ἀντὶ τῶν δέκα νεῶν πέντε παρεσκευάζοντο ἐν τῇ Λακωνικῇ c. 6. cf. 8. med. 11. extr. Nam decem naves, ab ipſis in Laconica aedificatas, in Chium mittere decreverunt, quas triginta ſociorum ſequerentur. Cum autem Lacedaemonii ſibi viginti quinque naves extruendas aſſignaſſent, caeteras quindecim Agidem conjicio parare voluiſſe. Hae tamen, an aedificatae ſint, auctor non refert. De Chalcideo autem requiras, Melancridae loco nauarchus ſit factus, an harmoſta tantum in Chium miſſus. Verum eſſe poſterius, inde apparet, quod poſtmodum, vivo adhuc Chalcideo (v. c. 24.), Aſtyochus nauarchus Cenchreas venit, ᾧπερ ἐγίγνετο ἤδη ἡ πᾶσα ναυαρχία (c. 20.) Quae verba eo ſpectare puto, quod ejus deceſſor, Melancridas, nonniſi Lacedaemoniorum

6) Quod cum Schol. Portus ad ἀφ' ὧν ſubaudit πόλεων ἢ συμμάχων, id recte Haackius reprobat explicatque: ἀπὸ τούτων, ἃ ἔλεγον. Cf. IV, 126: βαρβάρους — μαθεῖν χρή, ἐξ ὧν τε προηγώνισθε τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν καὶ ἀφ' ὧν ἐγώ, εἰκάζων (v. εἰκάζω) τε καὶ οὐκ ἄλλων ἀκοῇ, ἐπίσταμαι, οὐ δεινοὺς ἐσομένους. Plat. Phaedr. p. 238. d: ἐξ ὧν σὺ λέγεις. Legg. p. 644. a: ἐξ ὧν φαίνεται. Phaed. p. 61. c: ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι. ibique Heindorf. — Noſtrum locum, navium numero offenſus ſic vertit Heilmannus: (*Die Lakedämonier*) *lieſsen eine Verordnung durchgehen, vermöge deren ihnen* (*den Chiern und Erythräern*) *vierzig Schiffe überlaſſen werden ſollten, wodurch alsdann, nach den Sagen der Chier, alda eine Flotte von nicht mehr als ſechzig Segeln beiſammen ſeyn würde.* Sed adverſantur verba. Ac numerus, quem facile Chios majorem, quam eſſet, dixiſſe credas, minus offenſionis habet, ſi quod, monuimus, vox ἐκεῖ ſimul ad Erythraeos refertur.

navium imperium habuiſſet, Aſtyochus autem etiam ſociarum.

3. Ineunte vere ἀποπέμπουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἄνδρας Σπαρτιάτας ἐς Κόρινθον τρεῖς, ὅπως ἀπὸ τῆς ἑτέρας θαλάσσης ὡς τάχιστα ἐπὶ τὴν πρὸς 7) Ἀθήνας ὑπερενεγκόντες 8) τὰς ναῦς τὸν ἰσθμὸν κελεύσωσι πλεῖν ἐς Χίον πάσας, καὶ ἃς ὁ Ἆγις παρεσκεύαζεν ἐς τὴν Λέσβον καὶ τὰς ἄλλας. Ἦσαν δὲ αἱ ξύμπασαι τῶν ξυμμαχικῶν 9) νῆες αὐτόθι μιᾶς δέουσαι τεσσαράκοντα. In his offendit, quod cum ante modo triginta ſociorum naves in Chium mittere conſtituerint, nunc quae Corinthi erant omnes eo navigare jubent. Erant autem undequadraginta. In his vero nullasdum Agidis fuiſſe inde colligas, quod ſcriptor dicit ἃς ὁ Ἆγις παρεσκεύαζεν, non παρεσκεύασεν. Quod igitur jam plures, quam initio voluerant, naves miſſuri ſunt, hanc fuiſſe cauſam reor, quod magis ſibi perſuaſerant non poſſe debellari Athenienſes, niſi cum aliorum, tum inprimis Ioniae inſularumque ſocietate privarentur. Caeterum advertendum eſt, ſociorum concilium Spartanorum mandatis non omnino obtemperaſſe: ξυνελθόντες ἐς Κόρινθον οἱ ξύμμαχοι ἐβουλεύοντο. Καὶ ἔδοξεν πρῶτον ἐς Χίον αὐτοὺς 10) πλεῖν, ἄρχοντα ἔχοντας Χαλκιδέα, ὃς ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰς πέντε ναῦς παρεσκεύασεν· ἔπειτα ἐς Λέσβον καὶ Ἀλκαμένην 11) ἄρχοντα,

---

7) *Τάς* quod vulgo additur, haud dubie ejiciendum eſt cum Reg. Caſſ. Aug. Ar. C. Cam. Pariſſ. C. D. E. I. K. cf. III, 15.

8) Quod mihi in mentem venerat *ὑπερενεγκόντας*, poſtea Moſq. et Pariſſ. E. K. exhibere vidi Vallamque confirmare. Qua lectione admiſſa comma poſt *ἰσθμόν* delendum et ad *ὑπερενεγκόντας* intelligendum eſſet *αὐτούς* ſ. *τοὺς ξυμμάχους*. Quod ne durum videatur, cf. annot. ad Dionyſ. p. 174.

9) *Τὰ ξυμμαχικά* hoc ſenſu an diceretur dubitabam ac leg. arbitrabar *τῶν ξυμμαχίδων*, cl. c. 23. extr. Sed. v. Xenoph. Cyrop. III, 3, 12: *ἐδίδασκεν, ᾗ ἕκαστον ἰσχυρὸν ἦν τῶν ξυμμαχικῶν*.

10) *Αὐτούς* non admodum placet, cum non habeat, quo commode referatur; *τοὺς ξυμμάχους* quidem intelligere non licet: ita enim *σφᾶς* dicendum fuiſſet. Quapropter amplectar, quod offerunt Aug. Gr. Cam. Pariſſ. C. F. I. *αὐτοῖς*, quod librarii cum non animadverterent ad *ἔδοξε* pertinere, in *αὐτούς* mutaverint. Haec autem trajectio non magis offendere poteſt, quam quod mox *ἔχοντας* pro *ἔχουσι* dicitur. V. Brunck. ad Aeſch. Prom. 217. ad Soph. Electr. 480. Porſon. ad Eurip. Med. 57. Elmsl. ad Heracl. 693. Addend.

11) Haec accuſativi forma etiam c. 10. bis, ut *Θηραμένην* c. 89. 92. Xenoph. Hellen. I, 1, 22; 6, 36; 7, 36. II, 3,

ὅνπερ καὶ Ἄγις διενοεῖτο· τὸ τελευταῖον δὲ ἐς τὸν Ἑλλήςποντον ἀφικέσθαι [12])· (προςετέτακτο [13]) δὲ ἐς αὐτὸν ἄρχων Κλέ-

---

18. III, 51; 54. insigni in hoc nomine constantia. Ἀλκαμένη tamen Thuc. VIII, 5. pr. libri meliores; mox ib. fluctuat lectio, cum pro vulg. Ἀλκαμένει Aug. Mosq. Pariss. F. D. Ἀλκαμένην, Reg. (G.) Cass. Cl. Gr. Ar. C. Pariss. E. I. Ἀλκαμένη praebeant. Prius praefero. Caeterum hic locus: τοῖς δὲ Λεσβίοις παρεσκεύαζε τὴν ἀπόστασιν Ἀλκαμένη τε ἁρμοστὴν διδούς, ὃς ἐς Εὔβοιαν πλεῖν ἔμελλε (sc. antea), nisi particulam τε abundare statuere mavis, sic explicandus videri possit, ut ad Ἀλκαμένην τε ἁρμοστὴν repetatur παρεσκεύαζε, participium διδοὺς autem propemodum abundet. Cf. II, 33: Εὔαρχος ὁ Ἀκαρνάν, βουλόμενος ἐς τὴν Ἀστακὸν κατελθεῖν, πείθει Κορινθίους τεσσαράκοντα ναυσὶ καὶ χιλίοις ὁπλίταις ἑαυτὸν κατάγειν πλεύσαντας. VII, 39: Ἀρίστων — πείθει τοὺς σφετέρους τοῦ ναυτικοῦ ἄρχοντας, πέμψαντας ὡς τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπιμελομένους κελεύειν, ὅτι τάχιστα τὴν ἀγορὰν τῶν πωλουμένων παρὰ τὴν θάλασσαν μεταστῆσαι κομίσαντας. ubi cave praeferas quod Cam. Marg. et Schol. vulgatus praebent μετανάστησαντες, ἐπὶ τὴν θάλασσαν κομίσαι. VII, 19: Κορίνθιοι οὐ πολλῷ ὕστερον πεντακοσίους ὁπλίτας, τοὺς μὲν ἐξ αὐτῆς Κορίνθου, τοὺς δὲ προςμισθωσάμενοι Ἀρκάδων, καὶ ἄρχοντα Ἀλέξαρχον Κορίνθιον προςτάξαντες ἀπέπεμψαν. ubi non jungi debet προςμισθωσάμενοι καὶ προςτάξαντες, sed ὁπλίτας καὶ ἄρχοντα. Hinc patet bene habere III, 26: δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν, ὃς ἦν αὐτοῖς ναύαρχος, προςτάξαντες. Qui locus Xenoph. Anab. I, 2, 21: τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἧκεν ἄγγελος, λέγων, ὅτι λελοιπὼς εἴη Συέννεσις τὰ ἄκρα, ἐπεὶ ᾔσθετο τό τε Μένωνος στράτευμα [,] ὅτι [ἤδη] ἐν τῇ Κιλικίᾳ ἦν (v. εἴη; ἦν praestant Marg. Steph. Marg. Villois e libro 1. 5. Paris. Eton.) εἴσω τῶν ὀρέων καὶ ὅτι τριήρεις ἤκουε περιπλέουσας ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν, Ταμὼν ἔχοντα τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κύρου. lucem affundit. Comma enim post Κιλικίαν tollendum et verba hoc modo ordinanda sunt: — ὅτι ἤκουε Ταμὼν ἔχοντα (pro ἔχειν) τριήρεις τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κ. περιπλ. ἀπὸ Ι. εἰς Κ. Participium ἔχων non dissimiliter trajectum est Thuc. V, 71. extr. In praegressis cum ἐπεὶ ᾔσθετο et ὅτι ἤκουε sibi respondeant, particulam τε vides trajectam esse, more haud infrequenti, v. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 41. Haack. ad Thuc. IV, 28. — De participiis abundanter adjectis cf. etiam Schaefer. ad Soph. Ajac. 1183. Oed. R. 607. 741. Fortasse huc refer. ej. Electr. 47: ἄγγελλε δ᾽ ὅρκῳ προστιθείς. Ibid. paulo ante v. 44. f. conjeceram legendum esse λόγῳ δὲ χρῶ τοιῷδ᾽, ὅτι ξένος μὲν εἶ, Φωκέως παρ᾽ ἄνδρος, Φανοτέως, ἥκων. Nam vulg. — εἰ Φωκεύς, παρ᾽ ἀνδρὸς Φανοτέως ἥκων etiam post Hermanni explicationem non satis placet. — Loco, abs quo profecti sumus, VIII, 8. καὶ ante Ἀλκαμένην aliquid difficultatis habet, quam sic puto expediendam, ut ad verba ἔπειτα ἐς Λέσβον subaudiam πλεῖν στρατιάν. Ad ὅνπερ διενοεῖτο itidem intelligo πλεῖν.

12) ἀφικέσθαι si abesset non desiderarem. Valla non legit, certe non vertit. Idem eandem vocem non exprimit IV,

αρχος ὁ Ῥαμφίου·) διαφέρειν δὲ τὸν ἰσθμὸν τὰς ἡμισέας [14]) τῶν νεῶν πρῶτον καὶ εὐθὺς ταύτας ἀποπλεῖν, ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀφορμωμένας μᾶλλον τὸν νοῦν ἔχωσι ἢ τὰς ὕστερον διαφερομένας. — — Ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ διεκόμισαν εὐθὺς μίαν καὶ εἴκοσι ναῦς [15]). Sed enim hujus quoque concilii haud dubie Spartani, fortaſſe tres iſti, qui Corinthum miſſi erant, moderatores fuerunt; quod quamquam ſcriptor diſerte non dicit, ſignificat tamen poſtea: στρατεύονται (οἱ Χῖοι) τρισκαίδεκα ναυσὶν ἐπὶ τὴν Λέσβον, ὥσπερ εἴρητο ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, δεύτερον ἐπ' αὐτὴν ἰέναι καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον [16]).

85: οἰόμενοι παρὰ ξυμμάχους καὶ πρὶν ἔργῳ ἀφικέσθαι, τῇ γοῦν γνώμῃ ἥξειν. Eamque ex Scholiaſtae (apud quem ἥξειν pro ἕξειν leg.) interpretatione irrepſiſſe mihi quidem perſuaſum eſt, cum ex vulgata lectione nec futurum ἥξειν aptum ſit, nec commoda ſententia. Quae, interpretamento abjecto et commate poſt ἥξειν fixo, haec eſt: *Ad ejusmodi homines arbitrabamur nos venturos eſſe, qui priusquam re vera ſocii noſtri forent, ſociorum tamen ſenſibus erga nos affecti eſſent.* Quod poſt γνώμῃ participium ὄντας non additum legitur, nulla offenſio eſt. Cf. I, 105: ἐς τὴν Αἴγιναν τριακοσίους ὁπλίτας, πρότερον Κορινθίων καὶ Ἐπιδαυρίων ἐπικούρους, διεβίβασαν. III, 70: οἱ δέ τινες, τῆς αὐτῆς γνώμης τῷ Πειθίᾳ, ὀλίγοι ἐς τὴν Ἀττικὴν τριήρη κατέφυγον, ἔτι παροῦσαν. Eodem modo explicandum I, 122: εἰ μὴ καὶ ἀθρόοι, καὶ κατὰ ἔθνη καὶ ἕκαστον ἄστυ μιᾷ γνώμῃ, ἀμυνούμεθα αὐτούς, δίχα γε ὄντας ἀπόνως χειρώσονται. Cf. Schaefer. ad Boſ. p. 604.

13) Similiter οἱ προστεταγμένοι I, 136. cf. VIII, 23. 59. Contra VI, 42: Τρία μέρη νείμαντες ἓν ἑκάστῳ ἐκλήρωσαν, ἵνα — εὐκοσμότεροι καὶ ῥᾴους ἄρχειν ὦσι κατὰ τέλη στρατηγῷ προστεταγμένοι. VIII, 26: ξυναμφότεραι ὡς Ἀστύοχον τὸν ναύαρχον προσταχθεῖσαι κομίσαι.

14) Reg. (G.) Aug. Ar. C. ἡμισείας praebent. V. tamen Matth. Gr. Gr. §. 119. not. 4. Lobeck. ad Phryn. p. 247.

15) VIII, 8. — Ad poſtrema cf. II, 93: ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς. IV, 8. extr. VII, 60. med. VIII, 1. extr. 27. extr., ubi recte Haack. uncos ſuſtulit; Herod. I, 79. VII, 128. med. Similiter id. IV, 152: ἅμα τε ἔλεγε ταῦτα, καὶ ἐδείκνυε ἐς τὸν Βάττον; et IX, 92. ubi v. Valcken.

16) c. 22. Parentheſeos ſignis, quibus hic omnino non opus, peſſime vulgo includunt verba: ὥσπερ — ἰέναι; debebant certe: ὥσπερ — Ἑλλησπ. Quod miror adeo Heilmannum non a Valla et Dukero didiciſſe. Infinitivus ἰέναι explicationis cauſa ad ὥσπερ appoſitus eſt. Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 476. p. 657. qui, praeunte Schol., locum Thuc. V, 6. recte conſtituit, ut Haackium mireris. Eodem modo explic. IV, 125 pr.: ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα, ἀσαφῶς (ſic Valla, Marg.

4. Qua fortuna istae Peloponnesiorum naves usae sint, felicioresque fuisse, ex Laconica in Chium missos, Chalcidea et Alcibiadem, supra dictum est. Qui cum, octodecim Chiorum navibus aucti [17]), Strombichidem fugassent, ab iis qui jam defecerant, Chiis, Erythraeis et Clazomeniis, Teos ad deficiendum inducta est. Χαλκιδεὺς δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης, ὡς κατεδίωξαν ἐς Σάμον Στρομβιχίδην, ἐκ μὲν τῶν ἐκ [18]) Πελοποννήσου νεῶν τοὺς ναύτας ὁπλίσαντες, ἐν Χίῳ καταλιμπάνουσιν [19])· ἀντιπληρώσαντες δὲ ταύτας τε ἐκ Χίου καὶ ἄλλας εἴκοσιν, ἔπλεον ἐς Μίλητον ὡς ἀποστήσοντες. (c. 17.) Hanc permutationem Mitfordus [20]) Alcibiadis potissimum consilio factam esse censet, ut exercitu unice sibi addicto uteretur, si quid patrare

Sch. Cass. et a. m. 2. Aug. vulg. σαφῶς.) ἐκπλήγνυσθαι. Sed hoc appositionis genus etiam ad demonstrativa pronomina pertinet. V. Xenoph. Anab. I, 1, 7: *Ἐν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης, προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλε.* ubi Valckenarius, si recte memini, Wyttenbachius ad Eclog. hist. p. 382. Wolf. ad Lept. p. 323. et Schneiderus verba ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον insititia putabant. Immerito. Cf. Thuc. VIII, 24: *μετὰ πολλῶν, οἷς τὰ αὐτά* (sic Reg. (G.) Cass. Aug. Cam. Marg. Pariss. D. E. F. I. K. v. *ταῦτα*) *ἔδοξε, τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι, τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν.* Defenderimque Demosth. Lept. §. 87: *Αὐτὸ τοῦτο πρῶτον, ὃ νῦν οὗτοι ποιήσουσιν, ἐὰν ταῦτα λέγωσιν, οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν ἢ νόμιμα, οὐδὲ τὰ τῶν δεινῶν.* — ubi Wolf. verba *τὰ τῶν — δεινῶν* eliminavit, equidem nonnisi particulam *ἢ* abjiciendam censeo cum Aug. 1. et Reiskio, quam vocis *οὐδέ* interpretamentum puto. Adde Thuc. II, 35. III, 47. Aristoph. Lys. 177. sqq. Spohn ad Isocr. Paneg. X. Interdum ejusmodi infinitivis articulus praemittitur, veluti Xenoph. Hell. IV, 1, 2: *πάλαι τούτου ἐπιθυμῶν, τοῦ ἀφιστάναι τὸ* (praeplacet quod Marg. Leoncl. et St. offerunt *τι*) *ἔθνος ἀπὸ βασιλέως.* Cf. Aristoph. Vesp. 89. Demosth. Lept. §. 11. ibique Wolf.

17) *Ἐκ δὲ τῆς Χίου ἐς τὴν Τέων καὶ ὁ Χαλκιδεὺς μετὰ τριῶν καὶ εἴκοσι νεῶν ἐπέπλει.* c. 16. ubi comma post *Τέων* delendum esse jam alii monuerunt.

18) Delicatiores aures Thucydidem scripsisse maluerint, priore *ἐκ* omisso: *τῶν μὲν ἐκ Π.* His tamen gratificari noluit. Cf. I, 54. bis. 58. IV, 8. 54. al. Nec talia evitat Herod. I, 67. VII, 173.

19) Hac hujus verbi forma Thucydides nisi hoc loco non utitur. Idem dicendum de *ἀποφράγνυμι* VII, 74. *διαφυγγάνω* VII, 44. Hoc etiam habet Aesch. c. Ctes. 5, 5. ed. Bekker. et Herod. VI, 16. *καταφυγγάνω*, al.

20) Hist. Gr. IV. p. 255. vers. Eichst.

vellet, quod a Lacedaemoniorum rationibus abhorreret. Verum hoc quidem tempore tale quid Alcibiades nondum videtur machinatus esse; neque vero sperare poterat, fore, ut Chii, repugnante Chalcideo, ipsius conatus adjuvarent. Veram equidem rationem hanc puto. Cum Chiorum populares magna ex parte Atheniensium partibus faverent [21]), verendum erat, ne, ab Atheniensibus sollicitati, res novas molirentur, quo tempore Peloponnesii abessent. Id ut caveret Chalcideus hos videtur optimatibus praesidio reliquisse, illis classem instruxisse, ita suspectos distribuens, ut nihil sibi timendum esset. Simillimo artificio οἱ τοῦ δήμου (τῶν Κερκυραίων) προστάται πείθουσιν αὐτὸν (Atheniensium praetorem, Nicostratum), πέντε μὲν ναῦς τῶν αὐτοῦ σφισι καταλιπεῖν, ὅπως ἧσσόν τι ἐν κινήσει ὦσιν οἱ ἐναντίοι, ἴσας δὲ αὐτοὶ πληρώσαντες ἐκ σφῶν αὐτῶν ξυμπέμψειν. Καὶ ὁ μὲν ξυνεχώρησεν, οἱ δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἐγκατέλεγον [22]). Quot numero fuerint armati Peloponnesiorum nautae auctor alio loco refert: ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ (Pedarito) καὶ ἐκ τῶν πέντε νεῶν στρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέως ὡς ἐς πεντακοσίους ξὺν ὅπλοις καταλειφθέντες [23]). Caeterum milites classiarios (ἐπιβάτας) Chalcideus secum duxerat [24]).

5. Non multo post Chii decem alias naves armant. Quarum mox quatuor a Diomedonte captae; caeterae Teum confugiunt. Inde οἱ Χῖοι, ταῖς λοιπαῖς ναυσὶν [25]) ἀναγαγόμενοι, καὶ ὁ πεζὸς μετ' αὐτῶν, Λέβεδον ἀπέστησαν καὶ αὖθις [26]) Ἔρας. Καὶ μετὰ τοῦτο ἕκαστοι ἐπ' οἴκου ἀπε-

---

21) Thuc. VIII, 9. 24. extr. 38.

22) id. III, 75. Gemina referunt Herod. III, 44. Xenoph. Hell. III, 1, 4.

23) VIII, 32. Quod vulgo legitur Χαλκιδέων invitis etiam codd. corrigendum esse jam monuit Dukerus. Literae ς et ν haud raro confunduntur, ut Athenag. Legat. p. 6. ed. Rech.: ἀλλ' ὁ μὲν Ἰλιεὺς θεὸν Ἕκτορα λέγει καὶ τὴν Ἑλένην Ἀδράστειαν ἐπιστάμενος προςκυνεῖ. De quo loco quae ab aliis disputata sint, silentio praeterire satius duco. Helena cum non Adrastea, sed Adrasteae filia sit credita (v. Heyn. ad Apollod. p. 285. et Gruber. Lex. Mythol. III. p. 89.) emendandum esse patet Ἀδραστείας.

24) v. c. 25.

25) Vocem hanc, codicum consensu stabilitam, jure restituit Haack.

26) Ne quis εὐθὺς esse legendum conjiciat, v. c. 14. 19. 20. 23. extr. 48. ante med. 56. 108. ubi cum ἀφιστᾶσι junge.

κομίσθησαν, καὶ ὁ πεζὸς καὶ αἱ νῆες [26 b]). Pedites hic haud dubie intelligendi sunt Erythraeorum et Clazomeniorum [27]); quibus fortasse adjuncti erant Peloponnesii [28]). Verbis autem ὁ πεζὸς μετ' αὐτῶν non significari puto: pedites navibus vectos esse cum Chiis, sed potius quod alibi dicitur: ὁ πεζὸς ἅμα παρῄει, i. e. *juxta littus proficiscens classem comitabatur* [29]).

6. *Μετὰ δὲ ταῦτα, τοῦ αὐτοῦ θέρους, οἱ Χῖοι — — στρατεύονται αὐτοί τε τρισκαίδεκα ναυσὶν ἐπὶ τὴν Λέσβον, — — καὶ ὁ πεζὸς ἅμα Πελοποννησίων τε τῶν παρόντων καὶ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων παρῄει ἐπὶ Κλαζομενῶν τε καὶ Κύμης. Ἦρχε δ' αὐτοῦ Εὐάλας, Σπαρτιάτης* [30]), *τῶν δὲ νεῶν Δεινιάδας περίοικος* [31]). *Καὶ αἱ μὲν νῆες, καταπλεύσασαι, Μήθυμναν πρῶτον* [32]) *ἀφιστᾶσι* [33]). Finem hujus capitis Valla hoc modo vertit: „Quibus navibus Chii primum Methymnam (quo prius pervenere), deinde, relictis hic quatuor navibus, Mitylenem (quo cum caeteris navibus venerunt) ad deficiendum impulerunt." Non mancam hic esse Thucydidis narrationem, Abreschius et Bauerus cre-

---

Xenoph. Vect. IV, 57. Symp. I, 16, quibus locis αὖθις est *deinde, postea*, ut et Thuc. I, 79. VI, 94.

26 b) c. 19.

27) de quibus v. c. 16.

28) ut c. 22.

29) c. 16, ubi Valla παρῄει legit. Cf. c. 22.

30) Articuli omissio in hoc appositionis genere solemnis. Quae de hac ratione Matthiae. Gr. Gr. §. 273. disputat, non satis accurata puto. *Εὐάλας ὁ Σπαρτιάτης* est i Eualas, notus ille
dam.
rum
dixis
Thu
(*Me*
Valc
Σπας
doce...

31) Hic Mansonis (Spart. II. p. 576. g.) argumentationem admirari subit, qui περιοίκοις de more imperium non commissum esse vel ex eo patere ait, quod scriptor apposito verbo περίοικος hoc notet. Hanc rationem si sequeremur, idem de Spartanis probare possemus, cum Thucydides *Εὐάλας Σπαρτιάτης* dicat.

32) Poterat etiam πρώτης dici, ut II, 80, extr. VIII, 102. med.

33) c. 22.

dant. Nam cum adhuc Mitylene in Athenienſium ditione fuiſſet, ſequenti autem capite ab iis recepta dicatur, noſtro loco referretur oportuit, eam deſciviſſe ad Lacedaemonios. Hoc qui perſpexit Valla, conſultis, quae poſtea traduntur, narrationem ſupplevit. Nam quae adjicit, non ex codice ſuo hauſta eſſe, quodammodo jam produnt illa: „quo prius pervenere“, et „quo cum caeteris navibus venerunt.“ Sed ne aptum quidem eſt ejus ſupplementum, cum verbis *καὶ αἱ μὲν νῆες* — ſubjici debuerit *ὁ πεζὸς δὲ* —. Ac peditatum ex continente in Lesbum trajeciſſe, poſtea vero a navibus receptum eſſe, probant quae ſequenti capite leguntur: *ἀπεκομίσθη δὲ πάλιν κατὰ πόλεις καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζός, ὃς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐμέλλησεν ἰέναι*: quae trito ſermonis uſu dicta ſunt pro *ἀπεκομίσθη δὲ — καὶ ἀπὸ τῶν νεῶν ὁ ἐπὶ τῶν νεῶν πεζός* [34]). Plane aliam rationem iniit Haackius: „*καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζός*, qui navibus trajecerat in Ioniam, ut inde verſus Hellespontum pedeſtri itinere pergeret. Cf. cap. 22. *Ὁ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζός* „*exutus navibus, qui absque navium auxilio iter facit.*““ Haec interpretatio quomodo cum ſermonis uſu et rerum ſerie conciliari queat, videbunt peritiores. Ac fortaſſe ipſe Vir Doctiſſimus eam improbaſſet, ſi ad c. 22. finem offendiſſet. In quo praeter ea, de quibus jam dictum eſt, alia etiam, ut Valla ſenſit, deſiderari c. ſq. oſtendit: *Ἀναγαγόμενος* [35]) — *ὁ Ἀστύοχος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐς ὀψὲ καὶ προςλαβὼν Χίαν ναῦν μίαν, ἔπλει ἐς τὴν Λέσβον, ὅπως ὠφελοίη, εἴ τι δύναιτο. Καὶ ἀφικνεῖται ἐς τὴν Πύῤῥαν* [36]), *ἐκεῖθεν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς Ἐρεσ-*

---

34) V. Fiſcher. ad Plat. Phaed. §. 22, 2. (§. 57. ed. Heindorf.) Matthiae. Gr. Gr. §. 596. Hermann. ad Vig. p. 893. ad Soph. Electr. 135.

35) Quod Mosq. Ar. C. Dan. Cl. Gr. Caſſ. a corr. Reg. (G.) D. E. K. habent *ἀνταναγόμενος* non temere ſpreverim. Simili loco I, 29: *ἀντανῃγαγόμενοι καὶ παραταξάμενοι ἐναυμάχησαν*: libri tantum non omnes *ἀνταναγόμενοι* praeſtant. Cf. I, 52. et VIII, 95: *διὰ τοιαύτης δὴ παρασκευῆς* (ſic enim haud dubie leg. cum Reg. (G.) Ar. C. Dan. F. I. K. Cf. IV, 8. extr.: (*τοῦ χωρίου*) *δι᾽ ὀλίγης παρασκευῆς κατειλημμένου*. Vulgatum tamen *διὰ τοιαύτην δὴ παρασκευήν* retinuit Haack.) *οἱ Ἀθηναῖοι ἀνταναγόμενοι καὶ ναυμαχήσαντες, ὀλίγον μέν τινα χρόνον ὅμως καὶ ἀντέσχον*.

36) *Πύρα* ſcribitur III, 18. Ib. c. 25. eandem ſcripturam offerunt codd. deteriores. De oppidi ſitu v. Schneider. ad Xenoph. Hell. I, 6, 15. et Addend. p. 97.

σου [37]) · ἔνθα πυνθάνεται, ὅτι ἡ Μιτυλήνη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων αὐτοβοεὶ [38]) ἑάλωκεν. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι, ὥςπερ ἔπλεον ἀπροςδόκητοι, κατασχόντες ἐς τὸν λιμένα τῶν τε Χίων νεῶν ἐκράτησαν καὶ ἀποβάντες, τοὺς ἀντιστάντας μάχῃ νικήσαντες, τὴν πόλιν ἔσχον. Ἃ πυνθανόμενος ὁ Ἀστύοχος τῶν τε Ἐρεσσίων καὶ τῶν ἐκ τῆς Μηθύμνης μετ' Εὐβούλου Χίων νεῶν, αἵ, τότε καταλειφθεῖσαι [39]) καί, ὡς ἡ Μιτυλήνη ἑάλω, φεύγουσαι, περιέτυχον αὐτῷ τρεῖς (μία γὰρ ἑάλω ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων) οὐκέτι ἐπὶ τὴν Μιτυλήνην ὥρμησεν, ἀλλά, τὴν Ἔρεσσον ἀποστήσας καὶ ὁπλίσας [40]), καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας,

---

37) *Ἐρεσός* vel *Ἔρεσος* et *Ἐρέσιοι* haud dubie ubique scripsit Noster. v. interprr. ad III, 18. et cf. Ast. ad Plat. Legg. II. p. 10. quos laudavi ad Dionys. p. 2. et C. O. Müller. Orchom. p. 479. sq.

38) Cf. V, 3: *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι φθάνουσιν, οἵ τε ἀπὸ τῶν νεῶν ἑλόντες τὴν Τορώνην καὶ ὁ πεζὸς ἐπισπόμενος αὐτοβοεί.* Ubi non dubito, quin *αὐτοβοεί* cum *ἑλόντες* jungendum sit. Cf. III, 74. 113. II, 81. ibique interprr. Trajectio Haackio non imponere debebat. Cf V, 56: *τὸ γὰρ Ἄργος ἀεὶ ἠπίσταντο ἐπιθυμοῦντας τοὺς Λακεδαιμονίους καλῶς σφισι φίλιον γενέσθαι*: ubi *ἀεί* ad *ἐπιθυμοῦντας* et *καλῶς* ad *ἠπίσταντο* pertinet, neque recte Haackius *καλῶς opportune* interpretatur. Etiam IV, 13: *ἐλπίζοντες τὸ κατὰ τὸν λιμένα τεῖχος ὕψος μὲν ἔχειν, ἀποβάσεως δὲ μάλιστα οὔσης ἑλεῖν μηχαναῖς. μάλιστα* cum *ἑλεῖν* jungendum puto. Cf. III, 56. VI, 5. extr. Demosth. Lept. §. 63 ibique Wolf. Ast. ad Plat. Legg. II. p. 21. Quod Thuc. V, 56. legitur *φίλιον* (ut c. 44.), Dan. Pariss. B. C. D. I. X. *φίλον* habent; quod quamquam hic non recipiendum est e codd. deterioribus, tamen non sollicitaverim c. 42: *ἐπεθύμουν γὰρ τὸ Ἄργος πάντως φίλον ἔχειν.* Eadem inconstantia Xenoph Hellen. IV, 8, 2: *πόλεις φίλιαι* et §. 5: *πόλις φίλη.* item Cyrop. V, 3, 19. et 23. Anab. I, 4, 2.

39) Sic bene e codd. rescripsit Haack. pro vulg. *καταληφθ.* Nihil hac confusione frequentius. Sic IV, 8. extr.: *οἱ δὲ τελευταῖοι καὶ ἐγκαταλειφθέντες εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι ἦσαν.* boni libri habent *ἐγκαταληφθέντες*, quod miror, Popponi l. l. p. 214. probatum, recepisse Haackium. Nam *ἀπέθανον ἐν τῇ νήσῳ καὶ ζῶντες ἐκομίσθησαν τοσοίδε· εἴκοσι μὲν ὁπλῖται διέβησαν καὶ τετρακόσιοι οἱ πάντες· τούτων ζῶντες ἐκομίσθησαν ὀκτὼ ἀποδέοντες τετρακόσιοι* (c. 38.) Hi igitur *ἐγκατελήφθησαν*, illi *ἐγκατελείφθησαν* Vulgatum tuetur Valla. Contra c. 39: *καὶ ἦν σῖτος ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἄλλα βρώματα (ἅ?) ἐγκατελήφθη* — nunc recte editum.

40) Sic haud dubie distinguendum, ut cum aliis fecit Haack. Ex *Ἔρεσον* subaudi *Ἐρεσίους*. Caetera sic expedienda censeo, ut, ejecto *παρέπλει*, ad *ἀλλά* ex *ὥρμησεν* sumatur *ἀπέστειλε*, quod tanto minus durum videri debet, cum *ὁρμᾶν* a

πεζῇ [παρέπλει] ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἄρχοντα Ἐτεόνικον προστάξας· καὶ αὐτὸς ταῖς τε μεθ' ἑαυτοῦ ναυσὶ καὶ ταῖς τρισὶ ταῖς Χίαις παρέπλει ἐπὶ τὴν [41] Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν. Qui τότε saepe pro ποτέ a Graecis dici ajunt [42]), hi, opinor, non satis accurate loquuntur. Nam ubicunque τότε sic usurpari videtur, tempus respicitur, quo quae facta sint vel in vulgus notum est [43]) vel ab ipso scriptore in praegressis proditum [44]). Quapropter qui dicit: τότε καταλειφθεῖσαι (νῆες), is eas relictas fuisse ante prodiderit oportet. Denique quos auctor dicit ἀντιστάντας [45]) ab

---

poetis quidem etiam transitiva potestate usurpetur. V. Schneider. Lex. s. v. Duriora fuerint haec III, 42: πείσας τε ὕποπτος γίγνεται καὶ μὴ τυχὼν μετὰ ἀξυνεσίας καὶ ἄδικος. sc. δοκεῖ. III, 51: ἐβούλετο δὲ ὁ Νικίας τὴν φυλακὴν αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος τοῖς Ἀθηναίοις — εἶναι· τοὺς δὲ Πελοποννησίους, (φυλάσσεσθαι e φυλακὴν ποιεῖσθαι intellige) ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους αὐτόθεν λανθάνοντες. Cf. Valcken. ad Herod. IV, 106. Matthiae. Gr. Gr. §. 612. III. — Ut verba ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν vel priori loco, ut Bredovius et Goellerus ad Dionys. de Compos. p. 85 suadent, vel posteriori, ut Benedictus putat, ejiciantur, non omnino necessarium videtur. Alia, quae de hoc loco Viri DD. quorum Neophytus Ducas παρέπεμπε conjicit, disputarunt, apud ipsos videantur.

41) Τὴν e libris additum.

42) V. quos laudat Schaefer. ad Julian. praef. p. IV.

43) Ut ex innumeris exemplis aliquot afferam, v. I, 101: πλεῖστοι δὲ τῶν Εἱλώτων ἐγένοντο οἱ τῶν παλαιῶν Μεσσηνίων, τότε δουλωθέντων, ἀπόγονοι: ubi Steph. ποτέ conjicit. I, 137: γράψας — τὴν τῶν γεφυρῶν, ἣν ψευδῶς προςεποιήσατο, τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν. ubi vulgo post τότε incidunt; respicit, quae praeter alios narrat Herod. VIII, 109. sq. Thuc. VIII, 62: Σηστὸν — ἣν ποτε οἱ Μῆδοι εἶχον· ubi cum codd. ut οἱ ejiciendum, ita τότε leg. est, cl. Thuc. I, 89. Herod. IX, 115. sq. Hinc Xenoph. Hell. VII, 1, 6: Λακεδαιμόνιοι ὑμῖν ἐπολέμουν ποτὲ πολλὰ ἔτη. conjicias τότε leg. esse, cum bellum respiciatur Peloponnesiacum. Quamquam hic ποτέ defendi queat: Fieri enim potest ut, qui ibi loquitur, rem, quantumvis nota esset, non tamen ut notam cogitarit.

44) V. III, 69. ubi bene rem gessit Haack., cl. 33. VIII, 20. cl. c. 10. 40. cl. c. 33. 73. pr., ubi Dukerum mireris, cl. 21. 86. pr. cl. 72. C. 90. pr. nescio quid Haackium commoverit, ut apertum glossema ποτέ, quod Vallae etiam versio damnat, uncis liberaret. Ac V, 16. extr.: διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀττικῆς ποτὲ — ἀναχώρησιν leg. suspiceris τότε cl. I, 114. II, 21. quamquam hi loci remotiores sunt.

45) Quod in Paris. K. Marg. Gr. Ald. Flor. Bas. Steph. 1. legitur ἀντιστάτας fortasse non negligendum est. Cf. Schnei-

Atheniensibus victos esse, hi non alii videntur fuisse, quam illi, quos diximus, pedites. Qui cum victi essent, fortasse Pyrrham sese receperunt, vel per montana[46]) Methymnam. Jam, ut paucis proponamus, quae quomodo c. 22. extr. ab auctore nobis videantur relata esse, haec fere eum ibi narrasse putamus: „Ac naves quidem primum Methymnam ad desciscendum impulerunt; peditatus vero, ex continente trajectus, Mitylenen: quo non multo post, Eubulo cum navibus quatuor Methymnae relicto, Diniadas cum caeteris pervenit." Fortasse etiam addidit, missam esse copiarum partem, qua Pyrrha ad deficiendum induceretur, quae, cum Astyochus adveniret, jam videtur descivisse ab Atheniensibus. v. c. 23.

7. Sed, ut ad alia pergamus, Astyochum mirari subit, nonnisi quatuor naves adduxisse, nec plures quam sex[47]) deinceps subsecutas esse, tametsi viginti ex portu Piraeo Conchreas evaserant ac totidem fere jam pridem Corinthi paratae remanserant, quibus alias etiam, postmodum aedificatas, accessisse, conjiciat qui quae de Peloponnesiorum apparatu auctor ante dixit[48]) meminerit.

---

der. Lex. s. v. Quaedam enim in nostro libro reperiuntur, quae in caeteris frustra quaeras, ut c. 84. *ὀργὰς ἐπιφέρειν* pro *χαρίζεσθαι*, v. ibi Schol. et c. 102. Herodoteum illud *ἀνακῶς ἔχειν*, de quo v. Gloss. Herod. p. 524. et Valcken. ad VIII, 109. Plutarchum miror in Thes. 55. sic loqui, ac si omnes Graeci hanc vocem frequentassent.

46) cf. c. 100. et Xenoph. Hell. IV, 8, 29. ubi pro *ὅρια* legendum est *ὄρια*.

47) c. 25. extr. cl. 51, 55: *Κἀκείνας (Ἀστύοχος) λαβὼν τάς τε τῶν Κορινθίων πέντε καὶ ἕκτην Μεγαρίδα καὶ μίαν Ἑρμιονίδα καὶ ἃς αὐτὸς Λακωνικὰς ἦλθεν ἔχων, ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου πρὸς τὴν ναυαρχίαν.* In his *τὰς τῶν Κορινθίων πέντε* dictum est pro *τὰς τῶν Κορινθίων, πέντε οὔσας*. Cf. c. 61. Nam Corinthias naves adfuisse, jam ante significavit scriptor v. c. 52., Corinthias quinque adfuisse non dixit. Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 265. Verba *ἃς αὐτὸς ἦλθεν Λακ. ἔχων* aliquid difficultatis pariunt. Astyochus enim cum quatuor navibus advenerat. v. c. 23. in. Quae si, ut ille locus quodammodo significat, omnes Laconicae erant, e caeteris quae ibi recensentur, unam serius advenisse sumendum, cum ante decem modo fuerint. Neque tamen haec conjectura omnino necessaria est licetque statuere, Astyochum tres tantum Laconicas habuisse. Quas verisimile est ex iis fuisse, quas Agis aedificandas curaverat. Posterior explicatio si vera sit, aptius auctorem c. 25. init. et extr. quae quorum populorum naves advenissent narraturum fuisse dicas. Unde priori aliquid adjumenti accrescit. Minuta sunt haec, nec tamen interpreti negligenda.

48) c. 5. 7.

Qui cur non plures cum Astyocho missae essent, referre debuisse videatur, cum etiamsi Peloponnesiorum tarditas nota nobis sit, hic tamen haec ipsa tarditas causam habuerit necesse est, nisi veram, certe praetextam, quam non facile conjectura assequaris. Neque vero fugere eos poterat, quanti momenti tunc temporis summa celeritas esset. Qua si usi essent, haud dubie Lesbum servassent, quam Athenienses in potestatem suam redegerunt, priusquam major classis quinquaginta navium adveniret [49]. Atque in hac quoque offendit, quod nonnisi tres et triginta Peloponnesiae sunt, quarum cum viginti octo ex iis essent, quae, jam ineunte aestate exstructae, adhuc Cenchreis et Corinthi relictae fuerant [50], quinque tantum adjectae novae, fortasse ab Agide aedificatae. Ex iis quidem eas esse, quae e Sicilia reversae erant [51], non crediderim: quas probabilius videtur, subductas et refectas, postea cum Antisthene in Asiam venisse [52]. Minus autem probabile censeo, ejus partem classis eas esse factas, qua serius etiam Hegesandridas adversus Euboeam usus est [53].

8. Mileti, quo, frustra expeditione in Lesbum tentata, Astyochus deinde contendit, hoc tempore classis fuerit oportet navium nonaginta. Decem enim ipse habebat; quinque et quinquaginta Theramenes adduxerat ac Peloponnesias quinque, Chiasque decem Chalcideus appulerat [54]. Chias tamen jam abiisse e sequentibus col-

---

49) c. 26.
50) c. 7. 8. 10. 11. 15. 20. 25.
51) c. 13.
52) c. 39. 53) c. 91. 94. sq.
54) c. 17 cl. 28: *τὰς Χίας ναῦς προςλαβόντες τὰς μετὰ Χαλκιδέως τὸ πρῶτον ξυγκαταδιωχθείσας ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο, ἐς Τειχιοῦσσαν πάλιν.* Recte ibi Haack. ante *ἐς* incidit. Adverbia saepe sic collocantur. V. c. 33: *ἀνάγεται — ἐπὶ τὰς Ἐρυθρὰς πάλιν.* II, 5. extr.; *ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας εὐθύς.* II, 18: *ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην πρῶτον.* Cf. I, 61. IV, 128. V, 2. — Verbis autem *τὰς Χίας — ξυγκ.* explicari, quae c. 17. leguntur, Porti errore notato, jam monuit Kistemackerus, quem Haackius sequitur. Qui tamen quod addit, Thrasyclem c. 17. *ξυνδιώκοντα* dici, *ξυγκαταδιωχθείσας* interpretari videtur: *quas duo Atheniensium praetores conjuncti insecuti erant.* Quod durum est. Rectius explicabis: *quas una cum Chalcidei navibus hostes insecuti erant.* Bauerum hic, ut saepius, silentio praetermittimus.

ligas. Namque Aſtyochus ubi Antiſthenem cum ſeptem et viginti navibus Cauni eſſe audivit, eodem contendit cum navibus ſeptuaginta. Tot enim fuiſſe mox perſpicietur. Hinc igitur ſtatuendum videtur, aut Chias naves a Pedarito jam arceſſitas fuiſſe, aut ab Aſtyocho viginti praeſidii cauſa Mileti relictas eſſe. Poſterius erunt qui hoc loco prohari credant: *ἔτυχον δὲ (οἱ Χῖοι), ἔτι ἐν Ῥόδῳ ὄντος Ἀστυόχου, ἐκ τῆς Μιλήτου Λέοντά τε* [55]), *ἄνδρα Σπαρτιάτην, ὃς* [56]) *Ἀντισθένει ἐπιβάτης ξυνεξῆλθε, τοῦτον* [57]) *κεκομισμένοι μετὰ τὸν Πεδαρίτου θάνατον ἄρχοντα καὶ ναῦς δώδεκα, αἳ ἔτυχον φύλακες Μιλήτου οὖσαι, ὧν ἦσαν Θούριαι πέντε καὶ Συρακούσιαι τέσσαρες καὶ μία Ἀναιῖτις καὶ μία Μιλησία καὶ Λέοντος μία* [58]). Sed quae ibi memorantur naves, earum certe partem ſerius poſtmodum, a magna claſſe emiſſam, Miletum veniſſe tum inde perſpicitur, quod, qui cum Antiſthene venerat, Leon earum dux eſt, tum ex eo, quod quinque Thurinae fuiſſe dicuntur, quas cum aliis Hippocrates adduxerat [59]). Has vero ab Aſtyocho Cnidi aſſumtas eſſe, haud obſcure ſignificat ſcriptor his verbis: *ἅπασαι δ' ἤδη οὖσαι ἐν τῇ Κνίδῳ αἱ τῶν Πελοποννησίων νῆες ἐπεσκευάζοντο* [60]). Qui locus ipſe oſtendit, Aſtyochi quidem navium Mileti relictas fuiſſe nullas. Quo Cnido Antiſthenem miſſum eſſe, probabile eſt, cum navibus decem, ſua, Syracuſanis quatuor, quinque Thurinis. At hac ratione tres naves ad Aſtyochi claſſem deſunt. Qui ſeptem, quae Cnidi erant, et Antiſthenis viginti ſeptem navibus aſſumtis, cum tres a Charmino depreſſae eſſent [61]), iſtae vero decem Miletum abiiſſent, nonniſi unam et nonaginta reliquas habere poterat, cum

---

55) Fortaſſe idem eſt, quem Pedariti patrem Noſter dicit c. 28.

56) Quod hic libri quidam inſerunt, *ἀντὶ στρατηγοῦ*, interpretamentum eſt ad *ἄρχοντα* vel ad *ἐπιβάτης*. Nam cum Hegeſandridas, quem claſſi praefuiſſe novimus, a Xenophonte Hell. I, 3, 17. Mindari *ἐπιβάτης* dicatur, non improbabile cenſeo, hoc nomine a Lacedaemoniis dictum aſſe inferioris ordinis ducem, (cf. Sturz. Lex. Xenoph. ſ. v.) *ἐπιστολέως* ſimilem, de quo v. Mor. Ind. ad Hell. ſ. v. et Sturz. l. l. ſ. v.

57) e libris additum.

58) c. 61.

59) c. 35. Adduxerat tredecim, quarum tamen mox ab Athenienſibus ſex captae.

60) c. 43. 61) c. 42.

Thucydides eum quatuor et nonaginta ad Rhodum appulisse dicat [62]). Hic defectus duplici modo expleri potuit. Aut enim quas depressas esse diximus, eae ita tantum laceratae erant, ut refici possent [63]), aut quas Charminus amiserat, earum tres captae armataeque sunt a Peloponnesiis. Ex hac ratione cum omnia egregie concinant, non opus est, ut de aliis dicam conjecturis, quae mihi olim in mentem venerunt.

9. De reversis Chiorum navibus quae disputata sunt, haec iis confirmantur, quae de proelio, Antisthene duce, cum Atheniensibus commisso referuntur [64]). Navibus enim eo utebantur Chii sex et triginta. Harum tredecim erant Antisthenis. Ex iis, quas in Lesbum miserant, tres tantum erant reversae, decem ab Atheniensibus captae [65]). Desunt igitur ad numerum, quem diximus, viginti illae, quas a Pedarito arcessitas esse probavimus.

10. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Χῖοί τε θαλασσοκράτορες μᾶλλον ἐγένοντο καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ [66]) καὶ ὁ Ἀστύοχος, πυθόμενος τὰ περὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὸν Στρομβιχίδην καὶ τὰς ναῦς ἀπε-

---

62) c. 44.

63) Hanc interpretationem ne quis a verbo καταδύειν alienam censeat, v. Schol. ad I, 50. et quae ad hunc locum disputat Goeller. Act. Monac. II, 2. p. 219.

64) c. 61,

65) c. 23: τῶν Χίων νεῶν ἐκράτησαν. quae noli cum Valla et Porto, quos Heilmannus sequitur, interpretari: *Chias naves superaverunt*, sed *oppresserunt et ceperunt*. Nam κρατεῖν cum Genitivo fere est *potiri aliqua re*, vel *in potestatem suam redigere aliquid*, ut III, 47: ὅπλων ἐκράτησε. Novem captas esse Mitylenae facile conjicias, unam posthac ex iis, quae Methymnae fuerant, scriptor dicit.

66) Valcken. ad Herod. V, 36: „Una voce θαλασσοκράτορες Thucydidi l. VIII. c. 83. [63.] dicuntur Chii Milesiique.“ Immo Peloponnesiorum, quae Mileti erat, classis, quam θαλασσοκρατεῖν scriptor dicere non potuit. Quod cum non animadverteret Vir egregius, post Μιλήτῳ plenius distinxit. *Οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ καὶ ὁ Ἀστύοχος* eodem modo junguntur, ut III, 33: *ὁ Πάχης καὶ οἱ Ἀθηναῖοι* cl. c. 80. et 51; *Βούδορος καὶ Σάλαμις*. ubi v. Schol. Qua ratione nihil frequentius. Nec offendere debet, quod non sequitur: πυθόμενοι ἐθάρσησαν. Eodem enim modo dictum: *Στρομβιχίδην καὶ τὰς ναῦς ἀπεληλυθότα*. Huc retulerim IV, 12: *Βρασίδας — καὶ τὸ πλῆθος ἐπὶ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως ἐτράπετο*. Eodemque partim pertinent, quae collegit Ast. ad Phaedr. p. 370. ad Polit. II, 6. ad Legg. II, 1.

ληλυθότα, ἐθάρσησε. καὶ παραπλεύσας δυοῖν νεοῖν Ἀστύοχος ἐς Χίον, κομίζει αὐτόθεν τὰς ναῦς 67) καὶ ξυμπάσαις ἤδη 68)

---

67) Valla: *sumpsit, quae illic erant, naves.* Ex qua interpretatione confirmatum vidi, quod olim conjeceram, verba hoc ordine esse legenda: *κομίζει τὰς αὐτόθεν ναῦς.* Eodem modo c. 107: *ἀπέπεμψαν Ἱπποκράτην καὶ Ἐπικλέα κομιοῦντας τὰς ἐκεῖθεν ναῦς.* Diodor. XIII, 49: *Μίνδαρος συνήγαγε τὰς ἁπανταχόθεν ναῦς.* Cf. Eurip. Iphig. T. 1150. 1376. Seidler. Thuc. II, 69. 79. a pr. (Xenoph. Hell. V, 2, 9.) 84. extr. His adjunge quae supra de praepositionibus similia observata sunt. Nonnulla tamen hujus generis exempla paulo aliter explicueris ita, ut participium subaudias motum indicans, veluti *ἐλθών.* Xenoph. Hellen. I, 7, 31: *Ἐρασινίδης ἐπὶ τοὺς ἐς Μιτυλήνην πολεμίους τὴν ταχίστην πλεῖν ἅπαντας (ἐκέλευεν).* Ibi tamen Weiskius de trajectione cogitat, cujus similem velim e Xenophonte laudasset. Nam e Thuc. afferre poterat haec II, 49: *τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶμα οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν.* III, 56: *κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα,* VI, 22: *τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν σῖτον ἐν ὁλκάσι, πυροὺς καὶ πεφρυγμένας κριθάς, ἄγειν (δοκεῖ χρῆναι).* VII, 43: *ἄλλοι δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων, οὐχ ὑπομενόντων τῶν φυλάκων, ᾕρουν.* cf. I, 77. Sed ad ejusmodi trajectionem ut illius loci explicatio confugiat, nihil causae est. Praestaret dicere, ut saepius *ἐν* pro *εἰς*, (v. Thuc. IV, 14. 43. VI, 17. quomodo et expl. Xenoph. Hell. VII, 5, 11. Cf. Heindorf. ad Plat. Soph. p. 427. sq. Schweighaeuser. ad Herod. II, 56.) ita hic *εἰς* pro *ἐν* usurpatum esse. Cf. Lobeck. ad Soph. Ajac. 80. Schweighaeuser. ad Herod. VIII, 60. Sed haec interpretatio non multum differt ab ea, quam suademus, cum, ubicumque *εἰς* pro *ἐν* dicitur, motus tamen notio lateat. *Ὁρμώμενος* intelligas in hujusmodi exemplis. Thuc. III, 93: *τοὺς ἐκ τῆς ἐνέδρας τρέπουσιν.* IV, 67: *οἱ ἐκ τῆς Μινώας Ἀθηναῖοι.* Huc refer quae sexcenties leguntur: *οἱ ἀπὸ (ἐκ) Φυλῆς (Πειραιέως).* Contra mireris haec V, 67: *οἱ ἐπὶ Θρᾴκης Βρασίδειοι στρατιῶται,* qui e Thracia reversi in Arcadia pugnant. III, 106: *ᾔσθοντο τοὺς ἐν Ὄλπαις Ἀμβρακιώτας ἥκοντας.* ubi v. Haack.

68) *ἤδη* arcte cum *ξυμπάσαις* jungendum, intellecto *οὔσαις.* Cf. I, 30. extr.: *χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν.* VIII, 101: *ἀφικνοῦνται ἐς Ῥοίτιον, ἤδη τοῦ Ἑλλησπόντου.* III, 112: *ἐπιπίπτει τοῖς Ἀμπρακιώταις ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς.* IV, 32: *οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς πρώτους φύλακας, οἷς ἐπέδραμον, εὐθὺς διαφθείρουσιν ἔν τε ταῖς εὐναῖς ἔτι, ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα.* ubi *τε* non cum sequente *καί* jungendam esse, ut, Poppone probante l. l. p. 162. Benedictus statuit, alibi probabitur. Hoc modo VIII, 50: *(Φρύνιχος) πέμπει ὡς Ἀστύοχον, τῶν Λακεδαιμονίων ναύαρχον, ἔτι ὄντα τότε περὶ Μίλητον.* commate post *ναύαρχον* sublato et post *ἔτι* collocato, explicandum arbitrabar. Ita quidem non opus esset, ut *τῶν* cum deterioribus libris in *τόν* mutaretur. Sed jam hujus me conjecturae poenitet. Nam quae ibi narrantur, facta esse cum Astyochus nondum Mileto solvisset,

ἐπίπλουν ποιεῖται ἐπὶ τὴν Σάμον. Obſcure hic Aſtyochum ſcriptor dicit, κομίζειν αὐτόθεν τὰς ναῦς, ita loquens, ac ſi quas dicat e praegreſſis vel appareat vel facile colligi poſſit 69). Quod ſecus eſt. Videntur tamen iſtae tredecim intelligi, quas Antiſthenes adduxerat. Ita ut ſtatuatur quodammodo jam ſuadent verba. Hac enim ratione articulus ad certum et definitum aliquid refertur, quamquam id non facile conjectes. Certe ſi Chiorum quoque naves auctor complecti voluiſſet, ſcripſiſſe videatur: τὰς αὐτόθεν ναῦς. Accedit, quod ſuis Chii navibus carere nondum poterant. His autem, quas diximus, tredecim aſſumtis, Aſtyochi claſſis navium fuerit centum et ſeptem. Cum vero mox centum et duodecim habuiſſe dicatur 70), quin-

---

colligas ex c. 45. in.: ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἔτι πρότερον, πρὶν ἐς τὴν Ῥόδον αὐτοὺς ἀναστῆναι, τάδε ἐπράσσετο. Ac priusquam in Rhodum proficiſceretur Aſtyochus, ea quoque eveniſſe quae noſtro loco referuntur, omnia probant. Quae contra afferri poſſunt argumenta, tam levia ſunt, ut ſilenda eſſe videantur. Emendandum eſt igitur τὸν Λακ. ν. (Simili vitio, eadem ex cauſa, ſequenti genitivo, orto, V, 6. pr. legitur: πέμψας — παρὰ Πόλλην τῶν Ὀδομάντων βασιλέα. ubi Aug. Ar. C. Dan. Mosq Pariſſ. C. E. K. X. τὸν ſuppeditant.) Nam articulus ad ναύαρχον ibi non magis, ſi vulgaris diſtinctio retinetur, deeſſe poteſt, quam c. 23: Ἀστύοχος, ὁ Λακεδαιμόνιος ναύαρχος. Male ibi Λακεδαιμονίων habet Cl. V. V, 12. VIII, 24. ubi recte Haack. comma poſt Λακεδαιμόνιον ſuſtulit et ante μετ' ὀλίγων collocavit. Herod. VIII, 59. ibique Schweighaeuſer. Sed Thuc. VII, 25. init. ſic diſtinguendum eſt: Μετὰ δὲ τοῦτο ναῦς τε ἐκπέμπουσι δώδεκα οἱ Συρακούσιοι καὶ Ἀγάθαρχον ἐπ' αὐτῶν, Συρακούσιον, ἄρχοντα.

69) Quomodo numeralibus ſubinde praemittur articulus, ubi ratiocinando numerus dictus definiri poteſt, veluti I, 116: Ἀθηναῖοι δέ, ὡς ᾔσθοντο, πλεύσαντες ναυσὶν ἑξήκοντα ἐπὶ Σάμου, ταῖς μὲν ἑκκαίδεκα τῶν νεῶν οὐκ ἐχρήσαντο, — τεσσαράκοντα δὲ ναυσὶ καὶ τέσσαρσι — ἐναυμάχησαν πρὸς Τραγίᾳ τῇ νήσῳ Σαμίων ναυσὶν ἑβδομήκοντα, ὧν ἦσαν αἱ εἴκοσι στρατιώτιδες. Cf. VIII, 39. 102. extr. Xenoph. Hell. I, 1, 18. ubi Virorum DD. conjecturis non opus eſt. Interdum etiam, quod Bauerus Thuc. VIII, 39. factum putabat, numeralibus articulum Graeci abundanter adjiciunt, veluti Xenoph. Hell. III, 2, 4: Ἐσώθησαν αὐτῶν ἀμφὶ τοὺς πεντεκαίδεκα. VII, 2, 9: ἀπέθανον οὐκ ἐλάττους τῶν ὀγδοήκοντα. Cf. VII, 4, 25. 27. Talia, quae familiaris ſermo noſter imitatur, fruſtra apud Thucydidem quaeras.

70) Αἰσθόμενοι δὲ οἱ ξύμμαχοι καὶ ὁ Ἀστύοχος τὸν θροῦν, καὶ δόξαν αὐτοῖς ἀπὸ ξυνόδου, ὥςτε διαναυμαχεῖν, ἐπειδὴ καὶ ἐςηγγέλλετο αὐτοῖς ἡ ἐν τῇ Σάμῳ ταραχή, ἄραντες ταῖς ναυσὶ πά-

que ſuſpiceris ei ſuppeditatas eſſe a Rhodiis vel ab aliis civitatibus ſociis.

II. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει μετὰ τοῦτο εὐθὺς οἱ Πελοποννήσιοι, ἐπειδή, ἀθρόαις ταῖς ναυσὶν οὐκ ἀξιόμαχοι νομίσαντες εἶναι, οὐκ ἀντανήγοντο, — ἀποστέλλουσιν ὡς τὸν Φαρνάβαζον — Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου, ἔχοντα ναῦς τεσσεράκοντα [71].

σαις, οὔσαις δώδεκα καὶ ἑκατόν, καὶ τοὺς Μιλησίους πεζῇ κελεύσαντες ἐπὶ τῆς Μυκάλης παριέναι, ἔπλεον ὡς (e codd. receptum) πρὸς Μυκάλην. Socios hic cum Aſtyocho conjungi, aliquando me offendebat. Quapropter ξύμβουλοι pro ξύμμαχοι legendum eſſe ſuſpicabar, cl. 39. 43. Fruſtra. Nam duces quoque interdum ſociorum concilio utebantur, ut Lyſander Xenoph. Hell. II, 1, 51. Tueturque vulgatum verbum ξυνόδου. Cf. I, 96. De Mycale promontorio v. Herod. I, 148 ibique interprr.

71) Valla hunc locum ita convertit: *Statim ſecundum haec, eadem aeſtate, Peloponnenſes tam numeroſa claſſe tamen non idoneos ſe arbitrantes ad praelium conſerendum — mittunt ad Pharnabazum — Clearchum —.* Verba οὐκ ἀντανήγοντο non expreſſit. Quae tamen cave ſuſpecta credas. Sed ἐπειδή hic non eſt *quoniam*, ut Portus et Heilmannus interpretantur, ſed *poſtquam* et arcte cum μετὰ τοῦτο εὐθὺς cohaeret. Cf. II, 18 VII, 26. 69. Nec μετὰ τοῦτο εὐθὺς durum videri debet. Cf. Dionyſ. Epiſt. ad Pomp. p. 770, 9: μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον εὐθύς. Reſpicitur c. 79. extr. cl. 83. Pro ἀντανήγοντο quis ἀντανηγάγοντο requirat. Verum ſaepe, ubi durans cogitatur actio, imperfectum pro aoriſto ſ. plusquamperfecto uſurpatur, veluti Xenoph. Anab. I, 4, 2: Ἡγεῖτο αὐτῶν Ταμώς, — ἔχων ναῦς ἑτέρας (uncos, unius Eton. auctoritate adhibitos, ſuſtuli.) Κύρου πέντε καὶ εἴκοσιν, αἷς ἐπολιόρκει Μίλητον, ὅτε Τισσαφέρνῃ φίλη ἦν. Cf. I, 2, 22. Thuc. II, 23. cl. 17. VIII, 26 90. Scriptor quodammodo in illud tempus cogitando revertitur, quo ſi eſſet imperfecto uti deberet. Huc tamen referre nolim Xenoph. Hell. II, 2, 10: ἐνόμιζον οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν, εἰ μὴ παθεῖν, ἃ οὐ τιμωρούμενοι ἐποίησαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ὕβριν ἠδίκουν ἀνθρώπους μικροπολίτας: cum ἀδικεῖν pro ἠδικηκέναι uſurpetur, docente Heindorf. ad Plat. Protag. §. 4. p. 463. ſq. Quae obſervatio aliquot Thucydidis locis adhiberi debebat. — Verba ἀθρόαις ταῖς ναυσὶν Portus cum οὐκ ἀντανήγοντο junxit, Valla et Heilmannus cum ἀξιόμαχοι. Recte hi et prave iidem. Jungendum enim ita eſt, ſed hoc ſenſu: *poſtquam non obviam prodierant, cum ſe non pares putarent conjunctis navibus* — hoſtium ſcilicet, quorum modo Strombichides cum parte claſſis ex Helleſponto reverſus erat. V. c 79. cl. 78. Ἀξιόμαχός τινι ſaepe hoc modo dicitur, veluti V, 60: ἀξιόμαχοι δοκοῦντες εἶναι οὐ τῇ Ἀργείων μόνον ξυμμαχίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἄλλῃ ἔτι προσγενομένῃ (ubi in ſqq. comma poſt οὕτως ponendum erat). Cf. Herod. VII, 157. IX, 90. Qui etiam ἀξιόμαχος ſequente infinitivo habet. VII, 101. 138. Non ita Thucydides.

— — Καὶ αἱ μὲν τῶν Πελοποννησίων αὗται νῆες, ἀπάρασαι ἐς τὸ πέλαγος, ὅπως λάθοιεν ἐν τῷ πλῷ τοὺς Ἀθηναίους, χειμασθεῖσαι, καὶ αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι αἱ πλείους μετὰ Κλεάρχου καὶ ὕστερον πάλιν ἐλθοῦσαι ἐς Μίλητον, Κλέαρχος δὲ κατὰ γῆν αὖθις ἐς τὸν Ἑλλήσποντον κομισθεὶς ἦρχεν [72]· αἱ δὲ μετὰ Ἑλίξου [73], τοῦ Μεγαρέως, στρατηγοῦ, δέκα, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον διασωθεῖσαι, Βυζάντιον ἀφιστᾶσι [74]. His decem navibus mox alias ſedecim ſubmiſſas eſſe, paene oblitus erat auctor referre. Refert tamen loco alieno [75]. Sed revera eum hic aliquid oblitum eſſe, hac ratione intelligitur. Etenim Peloponneſiorum claſſem navium hoc tempore fuiſſe vidimus centum et duodecim. Earum ſex et viginti in Hellespontum miſſae. At qui mox eodem contendit, Mindarus nonniſi ſeptuaginta tres habet [76]. Deſunt igitur tredecim. Has conjecerit aliquis, Mileti praeſidio relictas eſſe. Quam conjecturam probaremus, ſi ex ſolo Thucydide judicanda eſſet. Sed is omiſit, Min-

---

72) Qui, quod Haackius diverſiſſimis locis inculcat, ſaepe participium pro verbo finito poni, id ad noſtrum locum adhiberet, is confudiſſe videretur, quae probe discernenda ſunt. Thucydidem quidem affirmare anſim, eo quo hic modo, nunquam participio uſum eſſe pro verbo finito. Quocirca locum noſtrum puto corruptum eſſe. Facillima, quam equidem comminiſcor, emendatio haec eſt, ut pro *χειμασθεῖσαι, καὶ αἱ μὲν* legatur *καὶ χειμασθεῖσαι αἱ μὲν* et parentheſeos notae, quibus *Κλέαρχος — ἦρχεν* vulgo ſepiuntur, tollantur. Ita nominativus *αἱ μὲν τῶν Πελοπ. νῆες* genitivi vice fungeretur, a ſequente *αἱ μὲν* pendentis; de qua ratione ſupra expoſitum. Deinde verbi finiti defectus nullo negotio explicari poteſt. Auctor enim hoc modo ſcribere voluerat: *αἱ μὲν — μετὰ Κλεάρχου — ἐς Μίλητον, Κλέαρχος δὲ — ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἐκομίσθη*. Sed poſt, ratione obvia, orationem invertit. — Quod F. (G.) Reg. Caſſ. Aug. Dan. Mosq. ante *πλείους* inſerunt *δέ*, ferri non poteſt. *Αἱ πλείους* frequente appoſitionis genere ad *αἱ μὲν* adjectum, ut III, 32: *τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς κατὰ πλοῦν εἰλήφει, ἀπέσφαξε τοὺς πολλούς*. III, 23: *οἱ δ' ἐν τούτῳ οἱ πλείους — ὑπερέβαινον*. IV, 90. extr.: *οἱ μὲν ψιλοὶ οἱ πλεῖστοι εὐθὺς ἐχώρουν* Cf. IV, 52. 88. Eodemque pertinent talia: I, 2: *οἱ πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι — ἀνεχώρουν*. III, 23: *οἱ ἀπὸ τῶν πύργων χαλεπῶς οἱ τελευταῖοι καταβαίνοντες ἐχώρουν ἐπὶ τὴν τάφρον*. ubi vulgo male diſtinguitur.

73) De Helixo cf. Xenoph. Hell. I, 3, 15. 21. Hujus forſitan nepos eſt is, cujus meminit Demoſth. de Cor. p. 324, 15.

74) c. 80. 75) c. 99. cl. 102. 103.

76) c. 99. Male Diodor. XIII, 38: *ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς*.

darum, tredecim naves Dorieo duce in Rhodum misisse, cum ibi esse accepisset, qui res novas molirentur [77]).

12. Ὁ δὲ Μίνδαρος ἐν τούτῳ καὶ αἱ ἐκ τῆς Χίου Πελοποννησίων νῆες — ἀπαίρουσιν ἐκ τῆς Χίου πελάγιαι, ἵνα μὴ περιτύχωσιν ταῖς ἐν τῇ Ἐρεσῷ ναυσίν, ἀλλὰ ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λέσβον ἔχοντες ἔπλεον ἐπὶ τὴν ἤπειρον. καὶ προςβαλόντες τῆς Φωκαΐδος ἐς τὸν ἐν Καρτερίοις λιμένα καὶ ἀριστοποιησάμενοι, παραπλεύσαντες τὴν Κύμαιαν δειπνοποιοῦνται ἐν Ἀργινούσαις [τῆς ἠπείρου,] ἐν τῷ ἀντιπέρας τῆς Μιτυλήνης. ἐντεῦθεν δέ, ἔτι πολλῆς νυκτός, παραπλεύσαντες [τὴν Κύμαιαν] καὶ ἀφικόμενοι τῆς ἠπείρου ἐς Ἁρματοῦντα καταντικρὺ Μηθύμνης, ἀριστοποιησάμενοι διὰ ταχέων παραπλεύσαντες Λέκτον καὶ Λάρισσαν καὶ Ἁμαξιτὸν καὶ τὰ ταύτῃ χωρία [78]), ἀφικνοῦνται ἐς Ῥοίτιον [79]). Quod mihi quoque in mentem venerat, οὐ excidisse post Χίου, id Haackium video de conjectura in ordinem recepisse. Minus probo, quod idem Vir doctus pronuntiat, τῆς ἠπείρου post Ἀργινούσαις esse *prope continentem sitis.* Talia equidem nonnisi demonstranti credam. Interim alia ratio est circumspicienda. Ista verba si genuina essent, ex hoc loco colligendum foret, Arginusis insulis ex adverso positum, cognomine fuisse in continente oppidum, quemadmodum Sybota portus Sybotis insulis opposita fuerunt [80]). Et hanc quidem sententiam confirmare videtur Aristophanis Scholiastes. Qui ἡ Ἀργίνουσα, inquit, πόλις τῆς Αἰολίδος, ἀντικρὺς δὲ Λέσβου κειμένη καὶ Μανίας καλουμένης ἄκρας [81]); et alibi: ἡ

---

77) v. Diodor. XIII, 38. 45. Xenoph. Hell. I, 1, 2. ubi Zeunius ita loquitur, ac si naves, quibus Dorieus praeerat, Rhodias putaret. Quod, una, si forte, excepta, falsum est. Maximam partem Thurinas fuisse, colligas ex Thuc. VIII, 35. Caeterum de Dorieo cf. Thuc. III, 8. Xenoph. Hell. I, 5, 19. Pausan. VI, 7, 1. 2.

78) II, 15. extr.: *καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων πόλις* pro *ταύτην* edi debebat *ταύτῃ* cum Reg. (G.) Cass. Aug. Gr. Pariss. C. F. Cf. II, 80. 96. VIII, 24.

79) c. 101. cf. Diodor. XIII, 39. 45.

80) I, 47. 50. 52. 54. III, 67.

81) Ad Ran. v. 33. *Μαλίας* emendandum esse, jam monuit Duker. ad Thuc. III, 4. Caeterum constans Graecorum usus facit, ut ante *Μαλίας* articulum excidisse putem, ad *ἄκρας* illum pertinentem. Obiter hic emendabo Xenoph. Hell. II, 2, 8: *ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τῷ καλουμένῳ γυμνασίῳ*, ubi leg. *ἐν τῷ Ἀκ. καλουμένῳ γυμν.*

Ἀργίνουσα κώμη ἦν τῆς Αἰολίδος [82]). Sed huic, etiamsi, quod tamen dubitari potest, dicere voluerit, ejus nominis oppidum fuisse in continente, non multum fidei tribuerim, cum in eis, quae exhibet, ignorantiae vestigia sint satis manifesta. De pugna enim illa loquitur, quam ad Arginusas insulas commissam esse constat. Pertinent huc Xenophontis haec verba: (Ὁ Καλλικρατίδας) ἐδειπνοποιεῖτο τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ [ἀντίον τῆς Μιτυλήνης]. Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔτυχον καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δειπνοποιούμενοι ἐν ταῖς Ἀργινούσαις· αὗται δ' εἰσὶν ἀντίον [τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ ἀντίον] τῆς Μιτυλήνης [83]). Quae Strabo illustrat: Μιτυλήνη, inquit, κεῖται μεταξὺ Μηθύμνης καὶ τῆς Μαλίας ἡ μεγίστη πόλις, διέχουσα τῆς Μαλίας ἑβδομήκοντα σταδίων, τῶν δὲ Κανῶν ἑκατὸν εἴκοσιν, ὅσων καὶ τῶν Ἀργινουσσῶν· αἱ τρεῖς μέν εἰσιν οὐ μεγάλαι νῆσοι, πλησιάζουσι (l πλησιάζουσαι) δὲ τῇ ἠπείρῳ, παρακείμεναι δὲ ταῖς Κάναις [84]). Sed maxime ad disputationem nostram facit Diodorus, qui (αἱ Ἀργίνουσαι,) ait, τότ' ἦσαν οἰκούμεναι καὶ πολισμάτιον Αἰολικὸν ἔχουσαι, κείμεναι μεταξὺ Μιτυλήνης καὶ Κύμης, ἀπέχουσαι τῆς ἠπείρου βραχὺ παντελῶς καὶ τῆς ἄκρας τῆς Κατανίδος [85]). Ex hoc enim loco apparet, Scholiastem Ἀργίνουσαν πόλιν s. κώμην τῆς Αἰολίδος potuisse dicere, nec tamen continentis oppidum intelligere. Sed etiamsi intellexerit atque omnia vera prodiderit, ne ita quidem sine dubitatione ejus auctoritate uti possemus, qua Thucydidis, quae diximus, verba a suspicione liberaremus. Ille enim τὴν Ἀργίνουσαν nominat, hic τὰς Ἀργινούσας, ut altera forma dici possit, oppidum continentis, altera insulas esse appellatas. Haec cum ita sint, eo inclinamus, ut verba τῆς ἠπείρου apud Thucydidem ex sequentibus irrepsisse existimemus. Quae suspicio eo confirmatur, quod et alia in loco nostro turbata sunt. Ita quod boni libri ante καὶ ἀφικόμενοι addunt, τὴν Κύμαιαν, e praegressis irrepsisse,

---

82) ib. ad v. 710. Rectius aliis locis Scholiastae τὰς Ἀργινούσας dicunt ad 193. 1580. Nub. 6.

83) Hic (Hellen. I, 6, 26. sqq.) irrepsisse quaedam, suspicati sunt etiam alii. Quae ego uncis notavi ea si ejiciantur, et sensui consulitur et corruptelae ratio perspicitur. Quae Schneiderus ad h. l. et in Addend. p. 98. dicit, me quidem non movent.

84) Strab. XIII, 2. p. 157. Tauchnitz.

85) Diodor. XIII, 97. — Cf. etiam Harpocr. s. v. ibique Vales. et Steph. Byz. s. v., ubi non recte in nota dicitur, Thucydidem nostro libro tres fuisse insulas referre.

dubio vacat. Eruntque fortasse, quibus etiam παραπλεύσαντες, insititium esse videatur. Quod si quis probabile censeat, καί, quod est ante ἀφικόμενοι, post Μηθύμνης transponatur oportet. Sed de his equidem nihil definire audeo.

13. Μετὰ δὲ τοῦτο ταῖς τε ἐξ Ἀβύδου ξυμμιγείσαις καὶ ταῖς ἄλλαις ξυμπάσαις ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα πολιορκήσαντες Ἐλαιοῦντα ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς οὐ προσεχώρει ἀπέπλευσαν ἐς Ἄβυδον [86]). Hic requiras, quasnam dicat auctor τὰς ἄλλας ναῦς. Conjiciat aliquis eas intelligi, quibus Helixus praeerat [87]). At has a Mindaro non assumtas esse, postea significatur [88]). Neque ut ita statuatur, classis, quem hic habemus, permittit numerus. Ipse enim Mindarus naves adduxerat tres et septuaginta; Abydi erant sedecim. Sed duae e Mindari classe hoc ipso tempore ab Atheniensibus captae sunt, una nescio quo missa videtur [89]). Constat igitur ratio, illis, quas diximus, Helixi navibus non additis. Quocirca αἱ ἄλλαι νῆες eae sint, necesse est, quas Mindarus adduxerat. Ita vero post ἄλλαις et post ὀγδοήκοντα incidendum atque ad ξυμπάσαις ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα subaudiendum est οὔσαις, ea ratione, de qua jam exposuimus [90]).

---

86) c. 105. 87) c. 80.

88) c. 107. Haud dubie enim quae ibi memorantur eaedem sunt, quae c. 80.

89) Nisi tres esse captas Diodoro credendum est XIII, 39.

90) not. 12. Adde Xenoph. Hellen. IV, 8, 28: συντάξας τούς τε ἀπὸ τῶν αὐτοῦ νεῶν, τετρακοσίους, καὶ τοὺς ἐκ τῶν πόλεων φυγάδας — — ἦγεν αὐτοὺς ἐπὶ Μήθυμναν.

CAPUT QUARTUM.

DE CLASSE ATHENIENSIUM.

1. Contra Peloponnesiorum naves viginti unam, quae in Asiam trajecturae erant, totidem suas mittunt Athenienses. Sed hae cum hostem frustra in altum elicere conarentur; septemque Chiarum, quas in numero suo habebant, fidem suspectam haberent, mox Athenas redierunt. Ἀλλ' ὕστερον ἄλλας προσπληρώσαντες ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, παραπλέοντας αὐτοὺς καταδιώκουσιν ἐς Πειραιὸν τῆς Κορινθίας [1]). Nunc igitur Athenienses ad Peloponnesios obsidendos naves adhibuerint octo et quinquaginta [2]). Verum hic numerus hoc tempore in hac expeditione non offendere non potest eum, qui meminerit, in Sicilia praeter ingentem copiarum terrestrium vim [3]) naves amissas esse plus ducentas [4]). Sed dixerit quispiam, navium

---

1) c. 10.

2) Nam Chias quoque naves, quae hunc numerum complent, ad Piraeum reversas esse docet c. 15.

3) Circiter 65,000 ex Boeckhii computatione. V. Oecon. Civ. I. p. 287. Dionysius tamen Judic. de Thuc. p. 852. cum Diodoro XIII. 21. et Isocrate de pace 29. atque Aeliano V. H. V, 10. nonnisi 40,000 numerat.

4) V. Thuc. VI, 43. (ad quem locum contulisse juvabit Sluiter Lectt. Andoc. p. 30. sq.) VII, 42. cl. 16. 20. 26. 31. 35. Ex Thucydidis narratione 209 amissae. Contra Isocr. Aelian. ll. ll. 240. periisse referunt. Hos Perizonius, probante Boeckhio l. l. p. 288. ita cum Thucydide conciliat, ut eas naves annumeret, quae Ol. 88, 3. in Siciliam missae erant. V. Thuc. IV, 2. Sed haec ratio cum aliis nominibus tum hoc laborat, quod illae naves quamquam missae, non tamen amissae

quidem penuria Athenienses non laborare potuisse, cum ineunte bello centum sepositae essent, quibus non uterentur, nisi si hostes classe urbem invaderent [5]). At tamen his jam ante usos esse inde colligas, quod Thucy-

---

sunt. V. Thuc. IV, 65. In transcursu moneo Isocr. de pace 29. verba: *ἐν τῷ Πόντῳ μυρίους ὁπλίτας αὐτῶν καὶ τῶν συμμάχων ἀπώλεσαν* (*Ἀθηναῖοι*). quae quo spectent se ignorare ait Boeckh. l. l. mihi referenda videri ad eam expeditionem, de qua exponit Plutarch. Pericl. 19. Nam huc non trahi posse eam in Pontum expeditionem, de qua referunt Thuc. IV, 75. Diodor. XII, 71. facile intelligitur. Non obstare sententiae, quam proposui, quod Athenienses tunc victores fuerunt, probabunt quae Perizon. l. l. disputat. Huc referendos censeo *τοὺς ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἀσιανῆς ἠπείρου διαφθαρέντας* apud Pausan. I, 29, 9.

5) *Τριήρεις — ἑκατὸν ἐξαιρέτους* (hoc ordine codd.) *ἐποιήσαντο, κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὰς βελτίστας καὶ τριηράρχους αὐταῖς· ὧν μὴ χρῆσθαι μηδεμιᾷ ἐς ἄλλο τι ἢ μετὰ τῶν χρημάτων περὶ τοῦ αὐτοῦ κινδύνου, ἢν δέῃ.* Ante *κατὰ* incidendum erat, ne quis cum Heilmanno opinaretur, centum quotannis ab Atheniensibus sepositas fuisse. Cf. Boeckh. l. l. I. p. 311. Sed hoc modo verba aliquid difficultatis habent. Ita enim loquitur Thucydides, ac si centum istae naves jam tunc electae fuissent omnes. At qua tum ratione explicanda sunt verba *κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον τοὺς βελτίστους*? His fortasse aliquid salutis afferant codd. Quorum quidam cum pro *ἕκαστον* legant *ἑκατόν*, alii omnino eam vocem ignorent, facile his obsequendum esse statuas. Jam cum trierarchorum mentionem auctor injiciat, etiam de nautis videtur dicere debuisse. Id cum reputarem, legendum esse suspicabar: *καὶ τῶν ναυτῶν τοὺς βελτίστους.* Sed hac conjectura meliorem, quae eandem sententiam habeat, lectionem postea vidi a cod. Vindob. offerri hanc: *μετὰ τῶν ναυτῶν τὰς βελτίστας.* Vulg. fortasse hoc modo quis intelligendum esse censeat, ut verba *κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον* ad annos praegressos referat, quorum unoquoque earum, quae aedificarentur, navium optimae quaeque electae ac sepositae fuerint, inde a foederibus tricennalibus Ol. 83. (de quibus v. Thuc. I, 115. cl. 140. IV, 21. VII, 18. Diod. XII, 7. Plutarch. Pericl. 24. cl. Aristoph. Acharn. 193. 251. Equit. 1385.) usque ad belli initium. Quam sententiam Andoc. de pac. p. 91. et Aesch. de fals. leg. p. 336. confirmare videantur. Sed tale quid si Thucydides voluisset, aliter locutus esset. Cujus verbis accommodatius fortasse hoc modo interpreteris: Athenienses decrevisse, ut navium, quas quoque anno habituri essent, centum ne adhiberentur, ita ut non semper eaedem sepositae essent, sed novo quoque anno novae substituerentur. Posterius quidem factum esse, sumendum videtur, etiamsi, quod equidem probaverim, codicis Vindob. lectio reponatur.

dides, ubi mille talenta, quae eodem tempore eodemque consilio seposita erant, mota esse refert, ibi navium istarum mentionem non facit [6]). Sed etiamsi non prius, quam illas pecunias, has naves moverint, tamen eo, de quo loquimur, tempore iis nondum usi esse poterant. — Rectius hic earum triginta navium admonueris, quae aestate praegressa, Charicle duce, expeditione circa Peloponnesum facta, Athenas reversae erant [7]). Sed his fere opus fuisse putamus, ut socii coercerentur. Denique si ille, quem diximus, verus sit numerus, Athenienses belli anno vicesimo ineunte [8]) classe polluerint navium circiter centum et viginti [9]). Quod eo magis mirandum videtur, cum non ita multo post viginti aliae instructae sint [10]). Huic navium, quae ut instruerentur non exigua hominum multitudine opus erat, copiae repugnant quae de earum inopia, qua Athenienses laborarint auctor vel dixit [11]) vel significavit [12]). Sed etiamsi tot, quot dictum est, naves Atheniensibus hoc tempore fuissent, non perspicitur, quo consilio duodesexaginta Piraeo obsidendo adhibuerint, cum multo pauciores huic expeditioni suffecisse videantur. Aperte magna earum pars aptius prudentiusque alia ratione adhiberi poterat. Deinde si tanta ibi classis erat, qui sit, ut mox Athenas mittantur, qui

---

6) c. 15. Adhibitas esse putabam vel quarto belli anno, v. Thuc. III, 16. sq. vel ad expeditionem in Siciliam. Prius non placere video Haackio.

7) VII, 20. 26.

8) Ineunte inquam: nam Dodwelli rationes hic laborare posthac videbimus.

9) Eodem enim tempore circa Naupactum et Leucadiam plus triginta erant. V. VIII, 13. et VII, 34. cl. 31. Nam quae his locis memorantur, non diversas esse, sine dubitatione videmur statuere posse.

10) c. 15.

11) c. 1. cl. VII, 64. 87. VI, 31. et 93. extr.

12) Nam quod in Ioniam non statim post Chii defectionem magna classis emittitur, id qua ex causa repetendum sit in propatulo est. Chios vero et Miletus cum descivissent, tum demum omnes viri ad naves instruendas adhibiti. Hinc Aristoph. Lysistrata 107. queritur:

Ἀλλ᾽ οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται φεψάλυξ.
Ἐξ οὗ γὰρ ἡμᾶς προὔδοσαν Μιλήσιοι,
Οὐκ εἶδον οὐδ᾽ ὄλισβον ὀκταδάκτυλον.

auxilia petant [13])? His difficultatibus ut occurrerem, varias commentus eram rationes, quarum nonnisi eam propositurus sum, quam adhuc unice veram puto. Etenim verba *καὶ τριάκοντα* delendas esse reor. Nam mox legimus, Athenienses ad Chalcidea persequendum duodecim naves, duce Strombichide, misisse et deinceps octo alias, duce Thrasycle, *ἀπολιπούσας καὶ ταύτας τὴν ἐφόρμησιν.* — — *ἑτέρας δ' ἀντὶ πασῶν τῶν ἀπελθουσῶν* [14]) *ἐς τὴν ἐφόρμησιν τῶν Πελοποννησίων, διὰ τάχους πληρώσαντες, ἀντέπεμψαν καὶ ἄλλας διενοοῦντο τριάκοντα πληροῦν* [15]). Atque ex hoc loco verba *καὶ τριάκοντα* in illum, quem tractamus, transscripta esse puto. Quod facile fieri potuit, si in vetusto libro alter alteri ex adverso opposita pagina scriptus erat. Idque factum esse eo comprobatur, quod eadem ratione c. 29. voces *καὶ πεντήκοντα* ex c. 26. irrepserunt. Atque hi loci totidem fere, quot illi, versibus distant. Adstruit emendationem nostram, quod posthac nonnisi viginti Atheniensium naves ad Piraeum inveniuntur [16]). Quae nobis opponi posse videantur, ea, quantum equidem video, levia sunt. Dixerit tamen aliquis, haud dubie Peloponnesios, ubi cunctae Atheniensium naves abiissent, opportunitate usuros fuisse, ut in Asiam evaderent. At vero illas patet non eodem tempore abiisse omnes, sed primo tantum octo. Quorum in locum statim aliae videntur successisse. Quae, postquam et Thrasycles profectus erat, sufficiebant ad hostem observandum, cum et Athe-

---

13) c. 11. in. Eos petiisse pedites dixeris. Sed duodesexaginta navium *ἐπιβάταις* facile hostem primo impetu superassent.

14) Sic enim haud dubie legendum cum Aug. Cass. K. et Valla, quamquam is prave vertit, revertendi verbo usus. Recepit et Haack. pro vulg. *ἐπελθ.* Quod in praegressis legitur: *τῶν τε ἐν Πειραιῷ ἐφορμουσῶν τὰς μὲν ὀκτὼ ἤδη πέμψειν* — ibi articulus *τάς* et ipse emendationi loci c. 10., quam suadeo, nonnihil favet. Nam auctor ita orationem instituit, quasi perrecturus esset *τὰς δὲ ἄλλας δώδεκα* —.

15) c. 16. Non immerito ad hunc locum offendit Neophytus Ducas: *συγκέχυται οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ κείμενον· πῶς γὰρ οὐκ ἐξέπλευσαν Πελοποννήσιοι, ἐκ διαλειμμάτων, ὥς φησι, πολιορκούντων τῶν Ἀθηναίων; ἔδει ἄρ' εἰπεῖν, ὅτι πρῶτον πληρώσαντες ἑτέρας ἀπέστειλαν, εἶτ' ἀπαγαγόντες ἐκείνας μετέστησαν ἀλλαχῆ. ὁ δὲ αἱρεῖ τὴν πολιορκίαν ἁπλῶς, εἶτα αὖθις φροντίζει περὶ αὐτῆς, ὡς τοὺς Πελοποννησίους μὴ προσχόντας τὸν νοῦν, ὅπως διαδρῶσιν.*

16) c. 20.

nae vicinae essent, et mox caeterae duodecim naves subvenirent. Ita quidem quo minus scriptoris narratio intelligatur, nihil est, quod impediat. — Praeterea quis objecerit hunc locum: Διακριθέντες δὲ πρὸς μὲν τὰς πολεμίας ναῦς ἐπέταξαν ἐφορμεῖν ἱκανάς, ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐς τὸ νησίδιον ὁρμίζονται, ἐν ᾧ οὐ πολὺ ἀπέχοντι ἐστρατοπεδεύοντο. Qui profecto sententiam nostram perverteret, si verba ἐπέταξαν ἐφορμεῖν ἱκανάς eum sensum praeberent, quem Valla expressit, vertens: *naves, quae satis visae sunt adversus hostiles, ibi collocavere.* At vero non navibus erat opus, quae pares essent hostilibus, sed paucae sufficiebant, quae has observarent. Atque in hanc sententiam, haud dubie recte, interpretatus est Heilmannus. Caeterum si quis requirat, cur eae potissimum naves quae ad Piraeum erant, ab Atheniensibus in Asiam missae sint, causa haec videtur fuisse, quod illae caeteris, quae emitti possent, usu et exercitatione praestabant, ideoque aptiores erant ad bellum in Asia gerendum, cum eae, quas modo armaverant, sufficere viderentur ad Peloponnesiorum classem obsidendam. At hae cum oppressae fugataeque essent, nihil ab Atheniensibus factum esse refertur, quo hostiles naves, ne in Asiam trajicerent, impedirent. Quae interea cum aliis desciverant, Chios et Miletus, tantopere eos sollicitasse videntur, ut his solis recuperandis animos adverterent. Atque hac mente initio quidem qui emissi sunt praetores agebant, sed copiis utebantur non idoneis, ut consilia exsequerentur. Postea vero cum auxilia Athenis subvenissent Miletique obsidio pararetur, imminente hostium classe, tutius est visum discedere.

2. Insequente hieme τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ στρατηγοῖς [17]) — προσαφιγμένοι γὰρ ἦσαν καὶ οἴκοθεν ἄλλαι νῆες πέντε καὶ τριά-

---

17) Merito quod unus Cl. habet, οἱ ἐν τῇ Σ. στρατηγοί, improbatur Haackio. De interpretatione simplicissima fortasse ratio est, ut statuatur, auctorem sic inchoasse, ac si pro ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι scripturus esset ἐδόκει διακληρωσαμένοις, quod si codices haberent, defendi posset. (Cf. Hermann. ad Viger. p. 894.) Eodem modo VI, 35: Συρακουσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μέν, ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν, ἃ λέγει· τοῖς δέ, εἰ καὶ ἔλθοιεν, τί ἂν δράσειαν αὐτούς, ὅ,τι οὐκ ἂν μεῖζον ἀντιπάθοιεν; ad οἱ μὲν scriptor λέγοντες in mente habuit et ad τοῖς δὲ — ἐδόκει. Contra VII, 74: ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν περιμεῖναι —, καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα καταλιπεῖν, ἀναλαβόντες δὲ

κοντα καὶ στρατηγοὶ Χαρμῖνος καὶ Στρομβιχίδης καὶ Εὐκτήμων καὶ τὰς ἀπὸ Χίου πάσας καὶ τὰς ἄλλας ξυναγαγόντες ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἐφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πέμψαι. Καὶ ἐποίησαν οὕτω [18]). Στρομβιχίδης μὲν γὰρ καὶ Ὀνομακλῆς καὶ Εὐκτήμων, τριάκοντα ναῦς ἔχοντες καὶ τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων χιλίων ὁπλιτῶν [19]) μέρος ἄγοντες [20]) ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς [21]), ἐπὶ Χίον, λαχόντες, ἔπλεον· οἱ δ' ἄλλοι ἐν Σάμῳ μένοντες τεσσάρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσίν, ἐθαλασσοκράτουν καὶ ἐπί-

---

αὐτά, ὅσα περὶ τὸ σῶμα ἐς δίαιταν ὑπῆρχεν ἐπιτήδεια, ἀφορμᾶσθαι· ad ἀναλαβόντες, quomodo codd. exhibent ex ἔδοξεν repetendum eſt ἐβουλήθησαν. Cf. Poppo l. l. p. 235. ſq. Haec tamen a noſtri loci conformatione nonnihil differunt. In quo fortaſſe τοῖς Ἀθηναίοις a προςαφιγμένοι pendere poteſt. V. Herodot. VII, 209. in.: ἀλλ', αὐτῷ γελοῖα γὰρ ἐφαίνοντο ποιέειν, μετεπέμψατο Δημάρητον. Thuc. I, 72: Τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι παροῦσα καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα εἶναι ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους. ubi cum conſtructio confuſa ſit, parentheſeos ſigna locum habere nequeunt, quae et Poppo p. 199. ſustulit, quamquam is alia ratione explicat ut hunc locum, ita geminum I, 115: Τῶν δὲ Σαμίων ἦσαν γάρ τινες οἳ οὐχ ὑπέμειναν ἀλλ' ἔφυγον ἐς τὴν ἤπειρον, ξυνθέμενοι τῶν ἐν τῇ πόλει τοῖς δυνατωτάτοις — διέβησαν ὑπὸ νύκτα ἐς τὴν Σάμον.

18) Eadem ſimplicitate I, 132: καὶ ἦν δὲ οὕτως.

19) Intelliguntur haud dubie Athenienſium hoplitae ii qui cum aliis ſuperiore aeſtate advecti erant. V. c. 25: Ἐκ δὲ τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, χίλιοι ὁπλῖται [τῶν, quod hic vulgo legitur, damnant libri] Ἀθηναίων καὶ πεντακόσιοι, καὶ χίλιοι Ἀργείων — καὶ χίλιοι τῶν ξυμμάχων ναυσὶ δυοῖν δεούσαις πεντήκοντα — κατέπλευσαν ἐς Σάμον. Ibi comma poſt πεντακόσιοι tollendum et πεντακόσιοι καὶ χίλιοι Ἀργείων jungenda eſſe inprimis noſter locus oſtendit. Caetera enim quibus quis uti poſſit argumenta non ſatis firma ſunt. Ordo quidem verborum vulgari diſtinctioni non obſtat. V. III, 87: τετρακοσίων γὰρ ὁπλιτῶν καὶ τετρακιςχιλίων οὐκ ἐλάσσους ἀπέθανον. IV, 38: εἴκοσι μὲν ὁπλῖται διέβησαν καὶ τετρακόσιοι οἱ πάντες. Ubi ad οἱ πάντες cf. I, 100: εἷλον τριήρεις Φοινίκων καὶ διέφθειραν τὰς πάσας ἐς διακοσίας. comma enim, quod poſt πάσας figunt, delendum erat: VI, 51. extr. 43. VII, 24. ubi itidem comma poſt χρήματα tollendum eſt. Illuſtrat hanc dicendi rationem Hermannus ad Viger. p. 727.

20) Ἄγοντες pro v. ἀγαγόντες ſine codd. dedi. Utriusque formae ſolennis eſt confuſio. Ita c. 53. pro κατάγουσι bene Haackius reſtituit καταγαγοῦσι ex Caſſ. Aug. Cl. Mosq. Marg. Pariſ. F. Cf. c. 48.

21) De his v. Duker. ad VI, 43. Boeckh. Oecon. Civ. I. p. 300. ſq.

πλεῦς τῇ Μιλήτῳ ἐποιοῦντο [22]). Hoc igitur tempore Atheniensium classis navium erat centum quatuor. At multo plures jam in Asiam venerant. Adductae enim viginti a Strombichide et Thrasycle [23]), sex et viginti a Diomedonte et Leonte [24]), duodequinquaginta a Phrynicho [25]) et, quae nostro loco dicuntur, triginta a Charmino [26]). Desiderantur igitur viginti. Sed nostro loco nonnisi triremes numerari videntur, cum earum quidem, quae Phrynicho duce advectae erant, ὁπλιταγωγοί quoque fuerint. Quarum aliae Argivos videntur in patriam transmisisse [27]), aliae Onomoclem et Euctemonem comitabantur, pars fortasse in Samo remanebat. Ac nonnullis navibus haud dubie prioris anni praetores Athenas vecti sunt. Quorum qui fuerat, Strombichides, jam ante eodem missus videtur, ut auxilia peteret. Nunc enim denuo praetor factus revertitur. Eidemque, cum popularis esset [28]), in tertium quoque annum prorogatum est imperium [29]). Haec de navium numero. Sed fortasse etiam verba: καὶ τὰς ἄλλας συναγαγόντες explicatione egent. Quibus quod cui in mentem venire possit eas significari naves, quae in Lade insula stationem habuerant, propterea non probabile est, quod hae haud dubie una cum Phrynichi classe, cum Mileto discederet, in Samum reversae sunt. Itaque

22) c. 50.

23) c. 15. 16. 17. 24.

24) 19. sq. 25.

25) c. 25.

26) Hic fortasse idem est, cujus non honorificam mentionem fecit Aristoph. Thesm. 811.

27) Qui quod a Milesiis, Ionibus, fugati essent, irati abierunt. V. c. 25.

28) V. Lys. c. Agor. p. 855. c. Nicom. p. 850.

29) c. 62. 79. In secundum annum, Strombichide excepto, anni prioris praetorum alii quoque imperium prorogatum esse, dubitari potest. Duplici enim modo intelligi possunt quae c. 54. de Diomedonte et Leonte referuntur: Φρύνιχον — παρέλυσαν (sic Steph., vulgo παρέλυσε; codd. plerique παρέλυσεν ὁ δῆμος. De voce παραλύειν cf. Valcken. ad Herod. VII, 38.) τῆς ἀρχῆς καὶ τὸν ξυνάρχοντα Σκιρωνίδην. ἀντέπεμψαν δὲ στρατηγοὺς ἐπὶ τὰς ναῦς Διομέδοντα καὶ Λέοντα. Fieri enim potest, ut hi cum jam antea praetores essent, adhuc muneribus domesticis functi, nunc cum imperio mitterentur. Sed probabilius est, hos, fortasse ἐπιλαχόντας, Phrynichi et Scironidis in locum subrogatos esse. Nam, si jam antea praetores facti essent, vix a classe Athenas revocati essent, cum in Asia rem bene gessissent.

τὰς ἄλλας dici puto eas, quae ad minores emissae fuerant expeditiones, quarum, cum exigui momenti essent, scriptor mentionem non injecerit.

3. Praetores nunc in Asia invenimus Phrynichum, Onomaclem, Scironidem, Charminum, Strombichidem et Euctemonem. Hinc aliquid lucis ad temporum rationes redundabit, male, ut opinor, a Dodwello subductas. Eae vero pendent a tempore, quo Isthmia, quae nostro libro [29 b]) memorantur, celebrata esse statuas. „Quod quo mense factum sit, etsi a nullo veterum disertis verbis traditur, Corsinus tamen docuit [30]), ea modo in mensem Panemum, modo in Munychionem aut Thargelionem incidisse. Nam Isthmici ludi sunt trieterici et, si cum Olympiadibus comparentur, modo in primum modo in tertium Olympiadis cujusvis annum incidunt. Qui in primum incidunt, mense Corinthiorum Panemo celebrantur, qui est Atheniensium Hecatombaeon, Romanorum Julius. Qui vero in tertium Olympiadis annum incidunt, ii vel ad Munychionem (Aprilem) vel ad Thargelionem (Majum) referendi videntur" [31]). Ac ne quae Thucydides dicit Isthmia cum Dodwello Hecatombaeoni assignentur vel hoc impedit, quod hac ratione inde a primo vere usque ad mediam aestatem fere nihil gestum esset [32]). Sed hoc argumento haud paulo gravius est illud, quod, ipso Hecatombaeone creati [33]), Phrynichus atque Onomacles et Scironides multis sectionibus post [34]) Athenis advecti narrantur, superioris autem anni praetores, Leon et Diomedon, adhuc navibus praefuerant [35]). Quamobrem hoc quidem pro certo affirmari potest, ea, de quibus quaerimus, Isthmia mense celebrata esse vel Munychione vel Thargelione. Phrynichum vero caete-

---

29 b) c. 9. 10.

30) Dissertat. Agon. IV.

31) Morus ad Xenoph. Hell. IV, 5, 1.

32) Nam admodum pauca sunt, quae c. 7. et 8. narrantur.

33) Hoc enim mense ἀρχαιρεσίας fuisse Athenis, nemo ignorat.

34) c. 25.

35) c. 24. Idem videatur dicendum esse de Thrasycle et Strombichide, quamquam c. 24. init. ubi de eorum classe narratur, neutrius nomen legitur. Unde erunt, qui conji-

rosque, jam Metagitnione advenisse admodum est probabile [35]). Hoc enim tempore, quam adduxerunt, classis jam parata esse poterat parataque quam citissime uti haud dubie cum Athenienses tum novi praetores festinabant. Quos verisimile est operam dedisse, ne haud exigua sui parte imperii decessores fruerentur.

In pugna navali, qua posthac cum Chiis decertatum est, Atheniensium naves erant duo et triginta. Sed ex Samo nonnisi triginta solverant; harum autem tres tempestate amissae [36]) ac postea a Chiis, eruptione facta, nonnullae captae sunt [37]). Quas etiamsi, hoste fugato, ab Atheniensibus receptas esse dicamus, quinque saltem ad illum, quem diximus, numerum, desunt. Has suspiceris exactas esse a Lesbiis [38]).

4. Auctas etiam videmus septuaginta quatuor, quae Sami remanserant, naves ad duo et octoginta [38 b]), quamquam ad Symen sex amissae erant [39]). Sed harum in locum e Melo insula septem aliae videntur advenisse [40]). Et fere constaret ratio, si sumere liceret, ex Chio accessisse eas, quas Strombichides, cum in Hellespontum proficisceretur, non secum duxerat. Nam statim quidem postquam Strombichides profectus est, non caeteras quoque naves discessisse patet e verbis ἐν τούτῳ οἱ Χῖοι θαλασσοκράτορες μᾶλλον ἐγένοντο [41]), quibus haud obscure

---

ciant, Strombichidem quidem, quem Athenas reversum supra vidimus, tunc jam profectum fuisse. Quae conjectura si admittatur, probari potest, quae l. l. referuntur gesta esse Scirrhophorione. Omnia alia Dodwellus, hic quoque eo, quem notavimus, de Isthmiis errore inductus.

36) c. 34. 37) c. 55.

38) cf. c. 34. et infra dicenda.

38 b) c. 79.

39) c. 42.

40) c. 39. cl. 41. ubi haud dubie recte Kistemackerus conjecit pro ἐκ τῆς Μιλήτου leg. esse ἐκ τῆς Μήλου.

41) c. 63. cl. 64. ubi quod auctor dicit Διοτρέφην ὄντα περὶ Χίον, nolim putare, hunc relictarum navium ducem fuisse. Fortasse τριήραρχος erat. Videtur idem esse, qui VII, 29. Διϊτρέφης dicitur. Utroque enim modo scribitur. V. Boeckh. Oec. Civ. II. p. 311. Ita Aristoph. Av. 799. Διϊτρέφης habes et ib. 1442: Δεινῶς γ' ἐμοῦ τὸ μειράκιον ὁ Διϊτρέφης: versu postulante Διοτρέφης rescribendum. Articulum enim cum Elmslej. ad Eurip. Med. 326. non deleverim. Hunc Diotrephem

ſignificat ſcriptor, relictas fuiſſe aliquot naves, quae tamen Chiorum claſſi non pares eſſent. His autem ſicuti praeſidio, quod Delphinii remanſiſſe poſthac videbimus, opus erat, ut Chii prohiberentur, quo minus majore copiarum ſuarum parte Aſtyochum adjuvarent. Atque eodem conſilio eas, quas diximus, Athenienſium naves poſthac quoque in Chio remanſiſſe, veriſimillimum videtur. Neque obſtat huic ſententiae, quod modo de aucta, quae Sami erat, claſſe diximus. Quam probabile eſt a Samiis nonnullas naves accepiſſe, ſeptem cum Mycalen navigaret, novem cum Miletum peteret, Aſtyochum provocatura [42]). Tunc enim ea, Strombichidis viginti quatuor reverſis, navium erat centum et octo.

5. Ex his, ubi Peloponneſii copiarum et navium ſuarum partem in Helleſpontum miſerant, octodecim eodem profectae [43]). Cum tredecim aliis Alcibiades ad Tiſſaphernem navigavit [44]). Mox Thraſybulus et Thraſyllus cum ſexaginta navibus in Lesbum pervenerunt [45]). In Samo igitur Samiae, quas diximus, nonnullaeque Athenienſium praeſidii cauſa videntur relictae eſſe.

6. Aliquot Methymnaeis [46]) duabusque, quae ex Helleſponto domum redibant, navibus aſſumtis, Thraſyl-

---

filium puto Nicoſtrati, qui, Athenienſium praetor (v. Thuc. III. 75. IV, 53. 119. Ariſtoph. Veſp. 81. ſſ.) ad Mantineam occubuerat. V. Thuc. V, 74. cl. 61. Androtion ap. Schol. Ariſtoph. Av. 13.

42) Totidem fere Samiae interfuere pugnae ad Arginuſas. V. Xenoph. Hell. I, 6, 29. 7, 32. Unam Strombichides acceperat. Thuc. VIII, 16.

43) c. 80. cl. 102. Poteſt tamen fieri, ut viginti fuerint, ſi duae *ἐπ' οἶκον κομιζόμεναι*, quae c. 100. memorantur, ex illarum numero fuerunt.

44) c. 88. 45) c. 100.

46) c. 100. In editionibus, quae e Lipſienſi manaverunt, Haackiana uon excepta, verba *καὶ Μηθυμναῖοι* exciderunt: quae quidem naves quinque videntur fuiſſe, quamquam qui has ſignificat, Diodorus XIII, 39. nonniſi tres dicit. Obiter moneo in praegreſſis: *ὑστερήσας δὲ ἐπὶ τὴν Ἔρεσον ἐλθών, ἐφώρμει* collocandum videri *ἐφώρμει ἐλθών* cum Aug. Caſſ. F. Eandem trajectionem habes I, 109: *διαβὰς εἷλε τὴν νῆσον πεζῇ.* (ubi falſus Schol. *πεζῇ* explicans *διὰ πεζομαχίας.* cf. I, 137. 143. II, 93. III, 91. IV, 113. 132. V, 2. ubi artic. ejiciendus eſt. VI, 94. VIII, 28. 79. 108.) III, 39: *ἐζήτησαν μετὰ τῶν*

lus et Thrafybulus, cum Mindarum in Hellespontum perveniſſe accepiſſent, eodem curfum direxerunt. Eo, quod deinceps ad Abydum pugnatum eſt, proelio παρέτεινον τὸ κέρας οἱ μὲν Ἀθηναῖοι παρὰ τὴν Χερσόνησον, ἀρξάμενοι ἀπὸ Ἰδάκου μέχρι Ἀῤῥιανῶν, νῆες ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, οἱ δ' αὖ Πελοποννήσιοι ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Δαρδάνου, νῆες ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα [48]). Hic, cum mox, confirmante Diodoro [49]), Athenienſes navium numero inferiores fuiſſe dicantur, numerorum transpoſitionem fieri debere, certatim ſuſpicati ſunt Viri Docti, Acacius, Hudſonus, Weſſelingius [50]), Heilmannus, Benedictus. Qua ratione admiſſa quod Peloponneſiis ſex et octoginta naves fuiſſe dicuntur, id optime concinit cum ſectione praegreſſa, ubi hic ipſe numerus legitur. Sed Athenienſibus ita nonniſi ſexaginta octo fuerint. Atqui tot fere jam in Lesbo habuerant. Acceſſerant autem quae in Hellesponto a Mindaro oppreſſae, quatuor navibus amiſſis, ad Imbrum et Lemnum confugerant quatuordecim [51]). Unde conficitur, Athenienſium claſſem fuiſſe navium circiter octoginta, ut legendum eſſe videatur: οἱ μὲν Ἀθηναῖοι — νῆες ὀγδοήκοντα· οἱ δ' αὖ Πελοποννήσιοι — νῆες ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα. Sed huic emendationi omnes libri adverſantur. Haackius, praeeunte Bredovio, dedit: οἱ μὲν Ἀθηναῖοι — νῆες ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, quod Caſſ. Aug. et ex emend. Cl. habent, et οἱ δ' αὖ Πελ. — ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα ex Cl. et Diodoro, ab Athenienſibus quinque naves ad Lesbi cuſtodiam relictas eſſe conjiciens. Sed haec conjectura propterea minus placet, quod illi cum depugnaturi eſſent, hoſtemque navium multitudine ſuperiorem eſſe, ignorare non poſſent, alias potius naves acciverint, quam quas habe-

---


πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες διαφθεῖραι. V, 6: Τούτων Βρασίδας ἔχων ἐπὶ Κερδυλίῳ ἐκάθητο ἐς πεντακοσίους καὶ χιλίους. VI, 51: Ἐσελθόντες ἠγόραζον ἐς τὴν πόλιν. Diodor. XII, 50: παραλαβόντες ἔπλευσαν τοὺς Ἰλλυρίους.

47) c. 103. 48) c. 104.

49) XIII, 39. ſq.

50) ad Diod. l. l. p. 570.

51) c. 102. ubi: τὰς δὲ μετὰ τοῦ Μινδάρου ἅμα τῇ ἕῳ κατιδόντες, τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι, οὐ φθάνουσι πᾶσαι: leg. puto ποιουμένου. Nam δίωξιν ποιεῖσθαι idem eſſe, quod φυγὴν ποιεῖσθαι (III, 33. VIII, 16.) nemodum idoneis probavit exemplis. Pro τῆς ἠπείρου legendum eſſe τῆς Ἴμβρου cum Cl. recte monent Dukerus, Bredovius et Haackius cl. c. 103.





rent, earum partem reliquerint, cum praeſertim navibus quidem ad Lesbi cuſtodiam non admodum opus fuiſſe videatur. Quae cum ita ſint, adhuc dubito, an Haackii emendatio non ſatis certa ſit. Neque hoc me movet, quod boni codices, Caſſ. et Aug., verba ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα praeſtant. Nam hi in noſtro libro ſaepiſſime corruptas exhibent lectiones, neque haec, de qua dictum eſt, correctionis ſuſpicione caret. Minus etiam probaverim, quod Vir doctus, quem nominavimus, ex Cl. recepit ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα, cum quomodo haec lectio ex vulgari orta ſit, facile perſpiciatur. A Graev. autem illam firmari quo jure dicatur non aſſequor. Is enim verba οἱ δ' αὖ Πελ. — ἑξήκοντα omittit, quod ob ὁμοιοτέλευτον factum eſſe ſuſpiceris, ut in eo libro, ex quo hic codex ductus ſit, utroque loco ὀγδοήκοντα lectum fuerit. Unde aliquid praeſidii oritur ei emendationi, quam ipſe propoſui. Quae cum ad numeros apprime conveniat et, quomodo ex ea vulgaris lectio orta ſit, utcunque explicari queat, haud ſcio, an praeferenda ſit. Sed definire quidquam non audeo.

7. Circa pugnam ad Cynoſſema quae Diodorus geſta eſſe refert, eorum operae pretium erit nonnulla exigere. Ac primum quod Mindarum cum octoginta tribus navibus Mileto ſolviſſe ait [52]), cum ſeptuaginta tres fuerint [53]), id quamquam levius eſt, oſtendit tamen, ut ſexcenta id genus alia, ſcriptorem indiligentem. Deinde, tacita Ereſi oppugnatione, in Lesbum Athenienſes eo conſilio navigaſſe tradit, ut ibi triremes a ſociis compararent, ne navium multitudine ab hoſtibus ſuperarentur; profectos tamen eſſe nonniſi tribus aſſumtis nec exſpectatis caeteris [54]). Id quamquam Thucydides non omnino confirmat [55]), ſatis tamen probabilitate ſeſe commendat, quamvis ſuſpecta ſint quae de ſociorum navibus poſthac narrat: ἰσοῤῥόπου δέ, inquit, τῆς μάχης οὔσης, ἐπεφάνησαν ὑπέρ τινος ἄκρας ναῦς εἴκοσι πέντε, παρὰ τῶν συμμάχων ἀπεσταλμέναι τοῖς Ἀθηναίοις. Φοβηθέντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι πρὸς τὴν Ἄβυδον ἔφυγον [56]). His non ſolum Thucydides repugnat, plane aliam victoriae cauſam memorans, ſed

52) XIII, 38.
53) v. Thuc. VIII, 99.
54) Diod. XIII, 38. f.
55) v. tamen not. 46.
56) Diod. XIII, 40.

illud quoque adverſatur, quod non perſpicitur, a quibusnam ſociis tot Athenienſibus naves mitti potuerint, cum in Aſia quidem perpauci adhuc iis fideles eſſent, neque hi admodum viribus pollentes. Quapropter ſuſpiceris, Diodorum, ſimilia ſaepius confundentem, hic ea immiſcuiſſe, quae poſthac ad Abydum pugnam diremerunt. — Quod idem, Thucydidi repugnans, dextrum Athenienſium cornu a Thraſyllo, a Thraſybulo ſiniſtrum rectum fuiſſe ſcribit [57]), haud dubie hic, ut in ſequentibus etiam [58]), utrumque nomen permutavit, mirorque Weſſelingium, ſaepius manifeſtam ſcriptoris indiligentis negligentiam vel librariorum errori vel fontium diverſitati imputantem. — „Praeterea de Hermocrate quod ait, Syracuſanorum eum navibus in dextro cornu imperaſſe, id Thucydides ratum non habet, diſerte affirmans, illum a claſſis praefectura remotum ante hanc pugnam Lacedaemonem abiiſſe." Ita Weſſelingius [59]). Qui vereor, ut Thucydidem recte intellexerit. Cujus verba haec ſunt: ξυνέπεμψε δὲ καὶ Τισσαφέρνης αὐτῷ (Aſtyocho) πρεσβευτήν — εἰδώς, τούς τε Μιλησίους πορευομένους ἐπὶ καταβοῇ τῇ ἑαυτοῦ [60]) μάλιστα καὶ τὸν Ἑρμοκράτην μετ' αὐτῶν, ὃς ἔμελλε τὸν Τισσαφέρνην ἀποφαίνειν φθείροντα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα μετὰ Ἀλκιβιάδου καὶ ἐπαμφοτερίζοντα [61]). Ἔχθρα δὲ πρὸς αὐτὸν ἦν αὐτῷ [62]) ἀεί ποτε περὶ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀποδόσεως. Καὶ τὰ τελευταῖα, φυγόντος ἐκ Συρακουσῶν τοῦ Ἑρμοκράτους καὶ ἑτέρων ἡκόντων ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Συρακουσίων ἐς τὴν Μίλητον στρατηγῶν, Ποταμίδος καὶ Μύσκωνος καὶ Δημάρχου, ἐνέκειτο [63]) ὁ Τισσαφέρνης φυγάδι ὄντι ἤδη

57) c. 39.

58) c. 64. 93. ubi tamen nunc editum *Θράσυλλος*. Eodem modo Pharnabazum dicit, ubi Tiſſaphernem debebat c. 36. ſqq. Quem errorem etiam Aelian. V. H. V, 14. erravit.

59) ad c. 39. p. 570.

60) Sic cum Reg. leg. aut *αὑτοῦ* ſcribendum. Vulgo *αὐτοῦ*.

61) De verbo *ἐπαμφοτερίζειν* v. Schneider. ad Ariſtot. Polit. VII, 12, 6. cf. VIII, 2, 2. Plutarch. Mar. 40.

62) Haack. *πρὸς αὐτόν* ad Hermocratem et *αὐτῷ* ad Tiſſaphernem refert. Ego contra puto, tum, quod Hermocrates in proxime praegreſſis ſubjectum eſt, tum, quod *αὐτῷ* eum videtur ſpectare debere, qui inimicitiae auctor cogitatur, Hermocratem, *ὃς τὴν ἔχθραν προὔθετο*.

63) *ἐγκεῖσθαι* eſt *vexare*, ut I, 144. IV, 80. et Xenoph. Hellen. V, 2, 1. ubi ſanum putari poterat hoc verbum.

τῷ Ἑρμοκράτει πολλῷ ἔτι μᾶλλον καὶ κατηγορεῖ ἄλλα τε καὶ ὡς χρήματά ποτε αἰτήσας αὐτὸν καὶ οὐ τυχὼν, τὴν ἔχθραν οἱ προθεῖτο [64]).

Etenim non hoc dicit ſcriptor, Hermocratem jam tum, cum Lacedaemonem proficiſceretur, a praefectura remotum fuiſſe, ſed praecipit tantum, quod poſtmodum factum eſſe Xenophon docet [65]). Atque cum ad Cynosſema depugnaretur, Hermocrates jam reverſus eſſe poterat, ut in hac quidem re de Diodori fide non dubitandum eſſe videatur. Quamquam quae idem poſtea de Hermocrate prodit, eum, exilio multatum, in Peloponneſo ſucceſſoribus claſſem tradidiſſe et deinceps, pecuniis a Tiſſapherne adjutum, comparatis copiis, in Siciliam rediiſſe [66]), horum prius falſum eſſe, Xenophontis arguit auctoritas [67]), poſterius autem etſi factum eſſe non dubitare licet, ſerius tamen factum eſſe ex eodem ſcriptore probari poteſt. Qui tametſi Hermocratem ſe ad reditum paraſſe refert [68]), alio tamen loco eundem legatum

---

64) c. 85. Obiter moneo c. 84. Vallam pro τῷ γε Δωριεῖ legiſſe τῷ γ' Ἑρμοκράτει, eandemque lectionem Schol. noviſſe, qui: τῷ γε Δωριεῖ] τῷ Ἑρμοκράτει. Nimirum excidit γράφεται) ut in Schol. ad III, 14: διδόντας] δώσοντας. Poſterius omnes fere libri praeferunt nec damnandum videtur cum Poppone l. l. p. 161. et Haackio, cum vulgatae origo ex praegreſſo παραβαλλομένους repeti queat.

65) Hell. I, 1, 27. ſqq.

66) XIII, 63. cl. 74. ſq.

67) l. l. cf. quae mox dicentur.

68) ib. §. 31: Κατηγορήσας δὲ Τισσαφέρνους ἐν Λακεδαίμονι Ἑρμοκράτης, μαρτυροῦντος καὶ Ἀστυόχου, καὶ δόξας τὰ ὄντα λέγειν, ἀφικόμενος παρὰ Φαρνάβαζον, πρὶν αἰτῆσαι χρήματα λαβὼν παρεσκευάζετο πρὸς τὴν ἐς Συρακούσας κάθοδον ξένους τε καὶ τριήρεις. Ἐν τούτῳ δὲ ἧκον οἱ διάδοχοι τῶν Συρακουσίων ἐς Μίλητον καὶ παρέλαβον τὰς ναῦς καὶ τὸ στράτευμα. Hic ut omnia ſana eſſe credam, non facile mihi perſuaderi patiar. Non quidem id offendit, quod quo tempore Hermocrates Tiſſaphernem accuſaverit, omnino non eſt ſignificatum. Reſpexit enim auctor Thucydideam narrationem, cuius quaſi partem. Sed quomodo, quaeſo, haec cohaerent: Cum Lacedaemoniis, res ipſorum a Tiſſapherne prodi, perſuaſiſſet, ad Pharnabazum profectus reditum ſibi parabat. Conjuncta vides, quae et rerum et temporum ſerie quam maxime erant disjuncta. Equidem hujusmodi narrationem exſpectabam: Cum — perſuaſiſſet, ad claſſem remiſſus eſt, hoc mandatum Mindaro perferens, ut is, ubi de Tiſſaphernis proditione non amplius dubitare liceret,

ad regem Perſarum profectum eſſe memorat [69]). — De navium, quas utrique amiſerint, numero quae Diodorus dicit ex Thucydide ſunt exſcripta, ſed non ſine erroribus. Hic enim ita: Οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τῶν ἐναντίων λαμβάνουσι, Χίας μὲν ὀκτώ, Κορινθίας δὲ πέντε, Ἀμπρακιώτιδας δὲ δύο καὶ Βοιωτίας δύο, Λευκαδίων δὲ καὶ Λακεδαιμονίων καὶ Συρακουσίων καὶ Πελληναίων μίαν ἑκάστων· αὐτοὶ δὲ πεντεκαίδεκα ναῦς ἀπολλύασι [70]). Haec ad verbum fere recepit Diodorus [71]), niſi quod καὶ Βοιωτίας δύο omittit, et de Athenienſibus: αὐτοὶ δέ, ait, πέντε ναῦς ἀπέβαλον, ἃς πάσας βυθισθῆναι συνέβη. Has demerſas eſſe, unde reſciverit ignoro. Sed cum in ſequentibus etiam Thucydidis veſtigia legat, in hoc aliquid intercidiſſe ſuſpiceris. Verum tamen in pugna etiam deſcribenda multa habet alia, atque belli Peloponneſiaci ſcriptor. Quae ex quibus fontibus hauſta ſint, ſi, ubi hunc nominat [72]), ſignificaſſet, minus ſuſpecta ſuſpectae fidei hiſtorici eſſet narratio.

8. Poſt pugnam ad Cynosſema, Diodorus pergit [73]), Epiclem a Mindaro in Euboeam miſſum eſſe, ut triremes, quae ibi erant, adduceret. Epiclem quinquaginta navibus collectis citato curſu in Hellespontum contendiſſe, ſed tempeſtate circa montem Atho obrutum totius claſſis jacturam feciſſe, ita ut nonniſi duodecim homines peri-

Pharnabazo obſecutus naves in Hellespontum duceret. (cf. Thuc. VIII, 99.) Ex quo hunc ſibi ita conciliavit, ut, cum, jam extorris, ad eum veniret, pecuniam — impetraret. caet. Sed ſequentia etiam male habent. Cum enim Hermocrates non prius, quam ſe imperio abdicaverat, navibus militibusque comparandis animum adjeciſſe videatur, patet huc non ſpectare poſſe verba: ἐν τούτῳ δὲ ἧκον οἱ διάδοχοι. Deinde Syracuſanos narratum eſt, Antandri, loco materiei uberrimo (cf. II, 1, 10. Thuc. IV, 52. Heyn. ad Aen. III, 6.) naves aedificaſſe. Quibus exſtructis quo contenderint ne verbo quidem monetur. At Miletum eos petiſſe et noſter locus monſtrat confirmatque I, 2, 8. ubi Epheſios adjuvaſſe traduntur. Epheſum enim Mileto profecti videntur. Ita quidem probabilius ſtatuere nobis videmur, quam ſi ſumeremus, eos omnino Miletum non perveniſſe. Quamquam haec quoque ſententia defendi queat. Sed ad alterutram urbem Syracuſanos curſum direxiſſe, ante ἐν τούτῳ δὲ narratum fuiſſe, non multum abeſt, quin pro certo affirmare audeam.

69) Hell. I, 3, 13. 70) c. 106.
71) XIII, 40. 72) c. 42. cf. XII, 37.
73) c. 41.

culo ſuperfuerint. Auctorem hujus narrationis Ephorum laudat ex eoque hanc inſcriptionem:

Οἵ δ' (leg. *οἵδ'*. Cf. Thierſch. in Act. Philol. Monac. T. II. F. 3. p. 411.) *ἀπὸ πεντήκοντα νεῶν θάνατον προφυγόντες*
Πρὸς σκοπέλοισιν Ἄθω σώματα γῇ πέλασαν
Δώδεκα, τοὺς δ' ἄλλους ὄλεσεν μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
Νῆάς τε, στυγεροῖς πνεύμασι χρησαμένας.

Epiclem quo Diodorus dicit conſilio in Euboeam miſſum eſſe Thucydides quoque prodidit, eique ſocium adjungit Hippocratem [74]). Obſcura ſunt, quae huc pertinent Xenophontis verba: *Μετὰ δὲ τοῦτο οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον ἦλθεν ἐξ Ἀθηνῶν Θυμοχάρης, ναῦς ἔχων ὀλίγας. καὶ εὐθὺς ἐναυμάχησαν αὖθις Λακεδαιμόνιοι, ἐνίκησαν δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἡγουμένου Ἡγησανδρίδου* [75]). Hegeſandridae mentio oſtendit, de ea Lacedaemoniorum claſſe hic ſermonem eſſe, quae eodem anno ad Euboeam Athenienſes devicerat. Eandemque nunc a Mindaro arceſſitam eſſe modo vidimus, ut probabile ſit, Hegeſandridam cum Tymochare confixiſſe, cum uterque in Helleſpontum iter contenderet. Sed de naufragio quae Diodorus tradit, a Xenophonte non confirmantur et fortaſſe in dubium vocari poſſunt. Atque quod ille dicit, omnes homines, exceptis duodecim, iſto naufragio periiſſe, nonnihil ſuſpicionis injicit, quod et Hippocratem evaſiſſe videmus [76]), poſthac Chalcedonis harmoſten [77]), et Hegeſandridam circa Thraciam claſſi praefectum fuiſſe cognoſcimus [78]). Quae non alia videtur eſſe potuiſſe, quam ea quam ex Euboea adduxerat. Nam a Mindaro quidem nullae eo miſſae erant. Is enim poſt pugnam ad Cynoſſema circiter quinque et ſexaginta reliquas habebat, quibus acceſſerunt, quas, ab Athenienſibus captas, deinceps recuperavit [79]), fortaſſe undecim, et quatuordecim, quibus Dorieus advectus eſt, ita ut, cum ad Abydum depugnaretur, claſſe uſus eſſe videatur navium nonaginta. Ex iis hoc proelio triginta amiſſae [80]), ut ſexaginta Mindaro ſu-

74) c. 107.
75) Hellen. in.
76) ib. I, 1, 25.
77) ib. I, 3, 5. ſq. Diodor. XIII, 66. Plutarch. Alc. 30.
78) Hell. I, 3, 17.
79) Thuc. VIII, 107.
80) Hell. I, 1, 7.

perfuerint [81]), quarum jactarum ad Cyzicum fecit [82]). Jam dixeris quidem, a Cratesippida, Mindari successore, Hegesandridam in Thraciam missum fuisse; sed huic sententiae obstant, nisi fallor, ipsa Xenophontis verba: (ναῦς) Ἡγησανδρίδας εἶχεν ἐπὶ Θράκης, ἐπιβάτης ὢν Μινδάρου. Haec cum ita sint, non possum, quin quae Diodorus de Hegesandridae classis naufragio refert, suspecta habeam credamque, eum, solita confusione, huc traxisse, quae ad aliud tempus aliasque naves pertinerent. Similibus erroribus hic scriptor scatet. Ita quae deinceps de Alcibiade profert, ex Thucydide quidem hausit, sed ita, ut pleraque vel confuderit vel corruperit [83]).

---

81) ib. §. 11.

82) ib. §. 16. 18. Diodor. XIII, 50. octoginta Mindaro tribuit.

83) c. 41. 42. cl. 58. Taedet singula explicare. Putidam hominis negligentiam qui cognoscere volet, adeat Thuc. VIII, 81. sq. 85. 88. 97. 108. Ac ne Plutarchus quidem Alc. 27. satis accuratus est, Alcibiadem ille ornans, sed a veritate deflectens.

CAPUT QUINTUM.

DE SOCIIS.

Qui factum ſit, ut periculis non adverſis, ſumma deſciſcendi cupiditate Athenienſium ſocii arſerint, facile, qui qualis eorum conditio fuerit attenderit, perſpiciet. Dudum enim ſocii eſſe deſierant, ſubactique erant [1]), paucis exceptis [2]), dominorum crudelium atque avarorum ditioni, qui pro arbitrio illorum copiis utebantur, idque tanto magis, quanto magis ipſorum opes bellum conſumebat. Neque ſolum pecuniam ab iis exigebant, ſed etiam naves militesque [3]). Ac ſocii cum, disjuncti eoque infirmi [3b]), vim vi repellere non valerent, ut onera adlevarentur, arte tantum impetrare poterant, plebem adulando [4]), corrumpendo principes [5]). Contra Athenienſes cum illo-

1) V. Thuc. I, 98. ſq. VI, 76. *Ἔλαθον ἀντὶ συμμάχων ὑποτελεῖς καὶ δοῦλοι γεγονότος*, Plut. Cim. 11. Cf. Pericl. 7. 12. Tyrannidem Athenienſes exercere, cum hoſtes exprobrabant, v. I, 122. 124. tum ipſi profitebantur. V. II, 63. III, 37. VI, 85. cl. V, 89. ſqq. Cf. Iſocr. Panath. 24. ſqq. 37. Inde omnium Graecorum erga Athenienſes odia, quae jam Herodotus VII, 139 ſignificat.

2) Inprimis inſulanis, v. VI, 85. , quorum etiam Zacynthii et Cephallenii erant. V. VII, 57. cl. II, 66. 30. Inſulani enim facile coerceri poterant V. IV, 122. Etiam inſulae prope Argolidem ſitae Athenienſium in ditione erant. V. V, 84.

3) V. VI, 22. 43. VII, 20. Plura alibi dabuntur.

3b) III, 10.

4) V. Ariſtoph. Acharn. 633. ſqq.

5) V. Thuc. III, 11. Ariſtoph. Pac. 644. ſqq. Acharn. 6. ibique Schol.





rum opibus res suas sustentari intelligerent [6]), nec ignorarent, eorum plerosque sibi infestos esse, haudquaquam dubitabant, hostium loco eos habere [7]), praesidiis urbes arcesque tenere [8]), et obsides a suspectis exigere [9]). Ac Lacedaemonii, qui se Graecos esse liberaturos profitebantur [10]), minus tamen eos, qui defectionem machinarentur, adjuvabant [11]), caeterosque gravissimae poenae deterrebant, quibus Mitylenaei infelices conatus fuerant [12]). Brasidas demum forti atque strenua opera socias Atheniensium in Thracia civitates ad desciscendum compulit: *ἔς τε τὸν χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὰ ἐκ Σικελίας πόλεμον ἡ τότε Βρασίδου ἀρετὴ καὶ ξύνεσις, τῶν μὲν πείρᾳ αἰσθανομένων, τῶν δὲ ἀκοῇ νομισάντων, μάλιστα ἐπιθυμίαν ἐνεποίει τοῖς τῶν Ἀθηναίων ξυμμάχοις ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους. Πρῶτος γὰρ ἐξελθὼν καὶ δόξας εἶναι κατὰ πάντα ἀγαθὸς ἐλπίδα ἐγκατέλιπε βέβαιον, ὡς καὶ οἱ ἄλλοι τοιοῦτοί εἰσι* [13]).

2. Sociorum Atheniensibus fidelium nulli potiores erant Samiis, qui cum olim mercatura [14]) reique nauticae peritia [15]) ita floruissent, ut, Atheniensium aemuli, maris imperium affectarent [16]), horum dominatui subjecti erant, ex quo Pericles eos duobus bellis profligaverat [17]).

---

6) V. Thuc. I, 143. II, 13. III, 13. 31. 46. cl. V, 14.

7) V. III, 30. V, 95.

8) V. IV, 7. 100. 115. V, 39. Isocr. Areop. 27. de Pace 30. Huc pertinent *οἱ φύλακες* et *ἐπίσκοποι*, de quibus v. Schneider. ad Xenoph. R. A. I, 14. Boeckh. l. l. I. p. 168. 265. 437.

9) Veluti a Chiis. V. VIII, 6. Stabiliendae sociorum fidei etiam *ἡ κρυπτή* videtur inserviisse, de qua Lex. Seg. p. 273.

10) V. II, 9. 72. IV, 86. 88. 108. 114. 121. Isocr. Panath. 39.

11) III, 13. extr. 31. sqq.

12) III, 50.


13) IV, 81. Haec spes quantopere eos fefellerit, notum est. Primos harmostas habemus c. 132.

14) V. Herod. III, 39. sqq. IV, 152.

15) Cf. Uckert. Geogr. Gr. et R. I. p. 40. Müller. Aeginet. p. 67. f.

16) V. Thuc. VIII, 76. quem locum respicit Plut. Pericl. 28.

17) V. Thuc. I, 115. ff. Plut. Pericl. 24. sqq. Diodor. XII, 27. sq. Plutarch. de glor. Athen. 8. Schol. Aristoph. Vesp. 283. Cf. Schol. Pac. 696. Strab. XIV, 1. p. 171. Tauchn.



Pars tamen eorum, haud dubie optimates, in continentem concesserant[18]), et Anaeis occupatis, caeteros infestabant ac Peloponnesios, qua possent, ratione adjuvabant[19]). Eosque ut rursus Samum ad defectionem inducerent operam dedisse, quamquam scriptores non tradunt, veri tamen est simillimum. Ac post cladem Siciliensem fortasse aliquid effecissent[20]), nisi mox haec insula Atheniensium statio navium facta esset. *Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ἡ ἐν Σάμῳ ἐπανάστασις ὑπὸ τοῦ δήμου τοῖς δυνατοῖς*[21]) *μετὰ Ἀθηναίων, οἳ ἔτυχον ἐν τρισὶ ναυσὶ παρόντες. Καὶ ὁ δῆμος ὁ Σαμίων ἐς*[22]) *διακοσίους μέν τινας τοὺς*

Dionys. Halic. Excerpta T. IV. p. 2311. 15. Thuc. I, 40. sq. ubi quod Corinthii se Atheniensibus non adversatos esse jactant, ex parte quidem ab inveterata erga Samios inimicitia repetendum est. V. Herod. III, 48. sq. Merae illorum in Athenienses benivolentiae documenta praebet Herod. V, 75. 92. sqq. VI, 89. cl. Thuc. I, 41. Caeterum ad posterius horum bellorum pertinet quod Phot. p. 569. 419. sq. de Atheniensium crudelitate erga captivos Samiorum prodit. Cf. Plutarch. Pericl. 26. Aelian. V. H. II, 9.

18) Ut jam post primum bellum, ubi itidem Anaeis *ὁρμητηρίῳ* usi videntur. V. Thuc. I, 115. Caeterum de loco cf. Pausan. VII, 4, 3.

19) V. III, 32. IV, 75: *ἐδόκει αὐτοῖς δεινὸν εἶναι, μή, ὥςπερ τὰ Ἄναια ἐπὶ Σάμῳ, γένηται, ἔνθα οἱ φεύγοντες τῶν Σαμίων καταστάντες τούς τε Πελοποννησίους ὠφέλουν ἐς τὰ ναυτικά, κυβερνήτας πέμποντες, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει Σαμίους ἐς ταραχὴν καθίστασαν καὶ τοὺς ἐξιόντας ἐδέχοντο.* Eosdem Anaitarum nomine significari puto III, 19: *ἐπιθεμένων τῶν Καρῶν καὶ Ἀναιτῶν, αὐτός τε διαφθείρεται* (Lysicles, de quo cf. Schol. Aristoph. Eq. 132. 736. 762. Fortasse filius erat Abronychi. V. Herod. VIII, 21. Thuc. I, 91.) *καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς πολλοί.* Ubi *ἄλλης* cum Cl. Cass. Aug. et Valla ejiciendum censeo, cl. II, 69. III, 7. — Navis eorum in classe Peloponnesiorum memoratur VIII, 61.

20) Fallitur, qui Samios revera defecisse ait, Diodorus XIII, 34. cujus errorem Wesselingius participavit.

21) *Ὑπό* omittunt Cl. Cass. Aug. Neque aliter Plat. Polit. p. 444. b. loquitur: *ἐπανάστασις μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς.* De dativo v. I, 122: *ἐπιτειχισμὸς τῇ χώρᾳ.* VI, 18: *ἡ διάστασις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους.* Plat. Symp. XXIII, 3. Wolf.: *ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους.* Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 396. — De voce *ἐπανάστασις* v. Thuc. III, 39. ibique Schol. cl. IV, 56. V, 23. VIII, 63. 73. Herod. I, 89. III, 39. VI, 91. Aristoph. Av. 1583. Aristot. Polit. V, 2, 6.

22) *ἐς* e codd. insertum.

πάντας ἀπέκτεινε, τετρακοσίους δὲ φυγῇ ζημιώσαντες καὶ αὐτοὶ[25]) τὴν γῆν αὐτῶν καὶ οἰκίας νειμάμενοι, Ἀθηναίων τε σφισιν αὐτονομίαν, ὡς βεβαίοις ἤδη, ψηφισαμένων, τὰ λοιπὰ διῴκουν τὴν πόλιν καὶ τοῖς γεωμόροις[24]) μετεδίδοσαν οὔτε ἄλλου οὐδενός, οὔτε ἐκδοῦναι[25]), οὔτε ἀγαγέσθαι παρ' ἐκείνων, οὐδ' ἐς ἐκείνους, οὐδενὶ ἔτι τοῦ δήμου ἐξῆν[26]). Ex hoc loco conjicias, Sami ante hanc ſtragem penes optimates fuiſſe imperium. Quamquam mirari ſubit, quod Athenienſes hanc reipublicae formam in inſula ditioni ſuae ſubjecta tulerint, cum ubique plebi, magis rationibus ſuis addictae, civitatis regendae poteſtatem darent[27]). Ideinque Sami, cum eam primo debellaſſet, Periclem feciſſe, auctorum conſenſus teſtatur[28]). Quorum quod Thucydides et Plutarchus poſt alteram expeditionem eandem reipublicae formam reſtitutam eſſe, non diſerte dicunt, inde repetendum videtur, quod rem ſponte intelligi exiſtimabant. Quocirca eum, quem diximus, ſtatum a Pericle revocatum eſſe, ſumendum foret, etiamſi Diodorus non affirmaret[29]). Poſtea tamen optimates paulatim eam videntur potentiam recuperaſſe[30]), ut metuendum eſſet, ne ab exulibus inducti adjutique res novas molirentur. Quod cum Athenienſes intelligerent, populares, illorum bonis inhiantes, concitarunt, ut illos vel interimerent vel ejicerent. Quo facto certa videri poterat Samiorum fides, quippe quibus timendum eſſet, ne, ſi Lacedaemoniorum

---

23) *Αὐτοὶ* ſimul etiam ad *διῴκουν* trahendum eſt ea poteſtate, qua *αὐτός* pro *μόνος* uſurpari dicunt. V. Heindorf. ad Euthydem. §. 21. Haack. ad Thuc. V, 60. Diſcrimen tamen utriusque vocis videtur eſſe hoc. *Μόνοι* ſignificat, non plures eſſe numero, quam quos dicat, *αὐτοὶ* vero non alios, genere non diverſos. Cf. Ariſtoph. Acharn. 504: *Αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών, κοὔπω ξένοι πάρεισιν.* Thesmoph. 472. Hermann. ad Vig. p. 735. ſq.

24) De his v. c. I. n. 70.

25) V. interprr. ad Herod. V, 92, 2.

26) Thuc. VIII, 21.

27) V. c. 7. n. 9.

28) V. not. 17.

29) l. l. c. 28.

30) Revera oligarchiam, fortaſſe tamen non τὴν ἰσχυρὰν, factam eſſe, oſtendit c. 63: *ἐπαναστάντες αὐτοὶ ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται:* ubi auctor praeſentis conjunctivo non uſus eſſet, ſi Samii tantummodo metuiſſent, ne dominatus paucorum exſiſteret.

ope exſules rediiſſent, ad internecionem trucidarentur. Atque ab hoc inde tempore Athenienſes Samum bello ſedem delegerunt [31]). Hic naves in ſtatione habebant, hinc hoſtem aggrediebantur [32]), hinc terras hoſtiles depopulabantur [33]), hinc ſociis, qui defeciſſent, bellum inferebant [34]). Ac Samii ipſorum non ſolum pericula participabant, ſed inteſtinas quoque discordias [35]). Ubi claſſis illorum in Helleſpontum profecta eſt, aliquot naves inſulae praeſidio videntur relictae eſſe [36]). Qua poſtea etiam Athenienſes ſaepius ſtatione uſi ſunt [37]). Tantaque erat Samiorum fides, ut poſt pugnam ad Aegos flumen omnium ſociorum ſoli ab Athenienſibus non deficerent, ſed, ſtrage optimatum edita [38]), ad reſiſtendum ſeſe componerent. Sed, Athenis expugnatis [39]), a Lyſandro, qui deinceps exſules reſtituebat, ſolum vertere coacti ſunt. Reſtituti, grato animo ducti, divinis honoribus ſoſpitatorem ſuum ornaverunt [40]).

3. Omnium graviſſima Athenienſibus accidit Chiorum defectio [41]). Hi, cum ſociorum plerique ſubigeren-

---

31) V. Thuc. VIII, 16. 27. 30. Plutarch. Alc. 25: *ἐν δὲ τῇ Σάμῳ τότε πάντα τὰ πράγματα τοῖς Ἀθηναίοις σχεδὸν ὑπῆρχε κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι τῇ ναυτικῇ δυνάμει τὰ μὲν ἀνεκτῶντο τῶν ἀφεστώτων, τα δ' ἐφύλαττον, ἀμωςγέπως ἔτι τοῖς πολεμίοις κατὰ θάλατταν ὄντες ἀξιόμαχοι.*

32) V. Thuc. VIII, 30. 35. 38. 41. ſq. 44. 55. 79. 100.

33) Quod Xenoph. Hell. II, 1, 16. ait: *ἐκ τῆς Σάμου ὁρμώμενοι τὴν βασιλέως κακῶς ἐποίουν.* id haud dubie antea quoque ſaepius factum erat. Cf. I, 2, 2. ſqq.

34) Veluti Chiis Thuc. VIII, 30.

35) c. 63. 73.

36) V. ſupra et c. 108.

37) V. Hell. I, 2, 2. ſq. 4, 9. ſq. 23. et c. ſq. 6, 25. ſqq. II. 1, 16. Cf. Diod. XIII, 71. 76. 104.

38) Hell. II, 2, 6.

39) II, 5, 5. 6. ſq. Male Diodorus XIII, 106. ſtatim poſt pugnam ad Aegos flumen Samios eſſe ejectos refert. De Plutarchi narratione alibi dicetur.

40) v. Plut. Lyſ. 18. Inſcite Athenagoras Legat. pro Chriſt. p. 10. ed. Rechenb.: *Σάμιοι Λύσανδρον ἐπὶ τοσαύταις σφαγαῖς καὶ τοσούτοις κακοῖς (ἵδρυνται θεόν).* Alii enim erant Samii, qui eum tanquam deum venerabantur, alii, inter quos graſſatus fuerat.

41) V. Thuc. VIII, 15.

tur, et libertatem tuti erant [42]) et moderatione, rara Graecorum virtute, fortunas fuas auxerant [43]). Neque tamen a vexatione Athenienfium videntur immunes fuiffe [44]), licet prompto obfequio eorum fibi gratiam conciliarent [45]), adeoque Ol. 88, 4., illis jubentibus, novos, quos exftruxerant, muros diruerent. Sed poft cladem Sicilienfem ex optimatibus quidam, defectionem polliciti, Lacedaemonios auxilio vocabant. Qui cum cunctarentur, Athenienfes, de illorum conatibus certiores facti, Ariftocratem, praetorem, legarunt poftularuntque, ut Chii naves pignori fibi mitterent, impetratisque feptem de fide eorum non folliciti erant [47]). Sed cum Chalcideus et Alcibiades ad eos perveniffent ac propediem majora auxilia fubventura effe promitterent, metu exemto inftantibusque optimatibus, nulla mora defciverunt [48]). Eorum de-

---

42) V. I, 19. III, 10. VII, 57. *νεῶν παροχῇ αὐτόνομοι* erant. V. VI, 85. cl. II, 9.

43) V. VIII, 24. 40.

44) Cf. Ariftoph. Pac. 170. Ariftot. Polit. III, 8, 4: *Τὸ αὐτὸ (τὸ κολούειν τὰ ὑπερέχοντα) καὶ περὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη ποιοῦσιν οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως, οἷον Ἀθηναῖοι — περὶ Σαμίους καὶ Χίους καὶ Λεσβίους· ἐπεὶ γὰρ θᾶττον ἐγκρατῶς ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐταπείνωσαν αὐτοὺς παρὰ τὰς συνθήκας.*

45) V. Eupolis ap. Schol. Ariftoph. 881:

Αὕτη Χίος, καλὴ πόλις.
Πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακρὰς, ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ
Καὶ τἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς, ἄπληκτος ὥςπερ ἵππος.

Naves Chiorum in claffe Athenienfium memorantur Thuc. I, 115. (cl. Diod. XII, 27. fq.) VI, 31. ab in. (cl. II, 23. 56. III, 17.) IV, 13. 129. V, 84. VI, 43. VII, 20. cl. 57.

46) V. IV, 51: *Χῖοι τὸ τεῖχος περιεῖλον τὸ καινόν, κελευσάντων Ἀθηναίων καὶ ὑποπτευσάντων ἐς αὐτούς τι νεωτεριεῖν· ποιησάμενοι μέντοι πρὸς Ἀθηναίους πίστεις καὶ βεβαιότητα, ἐκ τῶν δυνατῶν μηδὲν περὶ σφᾶς νεώτερον βουλεύσειν.* Quorum fenfum hunc puto: *Chii novum murum Athenienfium juffu demoliti funt, fufpicantium ipfos rebus novis ftudere: pacti tamen (antea) cum Athenienfibus, ne, quoad ejus fieri poffet, de conditione fua quidquam novaretur.* De *πίστεις ποιεῖσθαι* v. Lexic. Xenoph. III. p. 546. *Καὶ* ante *ὑποπτ.* ne quis a Vallà inductus fufpectum habeat, v. ad Dionyf. p. 115. fq.

47) V. VIII, 9. Obiter moneo, Ariftocratis nomen reftituendum effe V, 19. ubi nulla varietate legitur *Ἀριστοκοίτης*. V. c. 24.

48) V. VIII, 14.

ope exsules rediissent, ad internecionem trucidarentur. Atque ab hoc inde tempore Athenienses Samum bello sedem delegerunt [31]). Hic naves in statione habebant, hinc hostem aggrediebantur [32]), hinc terras hostiles depopulabantur [33]), hinc sociis, qui defecissent, bellum inferebant [34]). Ac Samii ipsorum non solum pericula participabant, sed intestinas quoque discordias [35]). Ubi classis illorum in Hellespontum profecta est, aliquot naves insulae praesidio videntur relictae esse [36]). Qua postea etiam Athenienses saepius statione usi sunt [37]). Tantaque erat Samiorum fides, ut post pugnam ad Aegos flumen omnium sociorum soli ab Atheniensibus non deficerent, sed, strage optimatum edita [38]), ad resistendum sese componerent. Sed, Athenis expugnatis [39]), a Lysandro, qui deinceps exsules restituebat, solum vertere coacti sunt. Restituti, grato animo ducti, divinis honoribus sospitatorem suum ornaverunt [40]).

3. Omnium gravissima Atheniensibus accidit Chiorum defectio [41]). Hi, cum sociorum plerique subigeren-

---

31) V. Thuc. VIII, 16. 27. 30. Plutarch. Alc. 25: *ἐν δὲ τῇ Σάμῳ τότε πάντα τὰ πράγματα τοῖς Ἀθηναίοις σχεδὸν ὑπῆρχε κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι τῇ ναυτικῇ δυνάμει τὰ μὲν ἀνεκτῶντο τῶν ἀφεστώτων, τα δ' ἐφύλαττον, ἀμωςγέπως ἔτι τοῖς πολεμίοις κατὰ θάλατταν ὄντες ἀξιόμαχοι.*

32) V. Thuc. VIII, 30. 35. 38. 41. sq. 44. 55. 79. 100.

33) Quod Xenoph. Hell. II, 1, 16. ait: *ἐκ τῆς Σάμου ὁρμώμενοι τὴν βασιλέως κακῶς ἐποίουν.* id haud dubie antea quoque saepius factum erat. Cf. I, 2, 2. sqq.

34) Veluti Chiis Thuc. VIII, 30.

35) c. 63. 73.

36) V. supra et c. 108.

37) V. Hell. I, 2, 2. sq. 4, 9. sq. 23. et c. sq. 6, 25. sqq. II. 1, 16. Cf. Diod. XIII, 71. 76. 104.

38) Hell. II, 2, 6.

39) II, 3, 3. 6. sq. Male Diodorus XIII, 106. statim post pugnam ad Aegos flumen Samios esse ejectos refert. De Plutarchi narratione alibi dicetur.

40) v. Plut. Lys. 18. Inscite Athenagoras Legat. pro Christ. p. 10. ed. Rechenb.: *Σάμιοι Λύσανδρον ἐπὶ τοσαύταις σφαγαῖς καὶ τοσούτοις κακοῖς (ἵδρυνται θεόν).* Alii enim erant Samii, qui eum tanquam deum venerabantur, alii, inter quos grassatus fuerat.

41) V. Thuc. VIII, 15.

tur, et libertatem tuti erant [42]) et moderatione, rara Graecorum virtute, fortunas ſuas auxerant [43]). Neque tamen a vexatione Athenienſium videntur immunes fuiſſe [44]), licet prompto obſequio eorum ſibi gratiam conciliarent [45]), adeoque Ol. 88, 4., illis jubentibus, novos, quos exſtruxerant, muros diruerent. Sed poſt cladem Siciliensem ex optimatibus quidam, defectionem polliciti, Lacedaemonios auxilio vocabant. Qui cum cunctarentur, Athenienſes, de illorum conatibus certiores facti, Ariſtocratem, praetorem, legarunt poſtularuntque, ut Chii naves pignori ſibi mitterent, impetratisque ſeptem de fide eorum non ſolliciti erant [47]). Sed cum Chalcideus et Alcibiades ad eos perveniſſent ac propediem majora auxilia ſubventura eſſe promitterent, metu i exemto inſtantibusque optimatibus, nulla mora deſciverunt [48]). Eorum de-

---

42) V. I, 19. III, 10. VII, 57. *νεῶν παροχῇ αὐτόνομοι* erant. V. VI, 85. cl. II, 9.

43) V. VIII, 24. 40.

44) Cf. Ariſtoph. Pac. 170. Ariſtot. Polit. III, 8, 4: *Τὸ αὐτὸ (τὸ κολούειν τὰ ὑπερέχοντα) καὶ περὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη ποιοῦσιν οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως, οἷον Ἀθηναῖοι — περὶ Σαμίους καὶ Χίους καὶ Λεσβίους· ἐπεὶ γὰρ θᾶττον ἐγκρατῶς ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐταπείνωσαν αὐτοὺς παρὰ τὰς συνθήκας.*

45) V. Eupolis ap. Schol. Ariſtoph. 881:

Αὕτη Χίος, καλὴ πόλις.
Πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακράς, ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ
Καὶ τἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς, ἄπληκτος ὥςπερ ἵππος.

Naves Chiorum in claſſe Athenienſium memorantur Thuc. I, 115. (cl. Diod. XII, 27. ſq.) VI, 31. ab in. (cl. II, 23. 56. III, 17.) IV, 13. 129. V, 84. VI, 43. VII, 20. cl. 57.

46) V. IV, 51: *Χῖοι τὸ τεῖχος περιεῖλον τὸ καινόν, κελευσάντων Ἀθηναίων καὶ ὑποπτευσάντων ἐς αὐτούς τι νεωτεριεῖν· ποιησάμενοι μέντοι πρὸς Ἀθηναίους πίστεις καὶ βεβαιότητα, ἐκ τῶν δυνατῶν μηδὲν περὶ σφᾶς νεώτερον βουλεύσειν.* Quorum ſenſum hunc puto: *Chii novum murum Athenienſium juſſu demoliti ſunt, ſuſpicantium ipſos rebus novis ſtudere: pacti tamen (antea) cum Athenienſibus, ne, quoad ejus fieri poſſet, de conditione ſua quidquam novaretur.* De *πίστεις ποιεῖσθαι* v. Lexic. Xenoph. III. p. 546. *Καὶ* ante *ὑποπτ.* ne quis a Vallà inductus ſuſpectum habeat, v. ad Dionyſ. p. 115. ſq.

47) V. VIII, 9. Obiter moneo, Ariſtocratis nomen reſtituendum eſſe V, 19. ubi nulla varietate legitur *Ἀριστοκοίτης.* V. c. 24.

48) V. VIII, 14.

fectio maximum haud dubie factum est belli momentum. Pollentissima enim opibus civitas promto studio his utebatur, ut et alios ab Atheniensibus abalienaret socios, ipsa periculorum socios habitura quam plurimos [49]), Spartanisque victoriam qua sua ipsius salus nitebatur, conciliaret. Sed Chii cum a Leonte et Diomedonte impugnarentur repetitis cladibus ita profligati sunt, ut mox non amplius excurrere auderent, eoque magis periclitarentur, cum inter ipsos exsisterent, qui Atheniensium partibus studerent [50]). Sed horum molimina cum magistratus, proditorum, ut videtur, numero hostiumque propinquitate deterriti, non auderent compescere, postmodum Astyochus, ex Erythris arcessitus, obsidibus delectis, repressit [51]). Cumque eodem tempore Athenienses in Samum abiissent [52]), Chii aliquantisper otio et quiete fructi sunt, qua qui interim harmosta Mileto missus cum mercenariis advenerat, Pedaritus [53]), usus videtur, ut, quae ad obsidionem tolerandam conducerent, appararet. Namque, quod facile augurari licebat, mox majoribus instructi copiis Athenienses reverterunt, cumque terra marique superiores essent, Delphinium, commodi situs locum, muniebant. Atque Chii cum prioribus proeliis afflicti, tum eorum, qui inter ipsos Atheniensibus favebant, metu

---

49) c. 22.

50) c. 24. Oenussae insulae, quae ibi memorantur, Chiorum erant. V. Herod. I, 165.

51) V. c. 24. 31. ubi ne quis in verbis *ὁ δὲ Ἀστύοχος, ὡς τότε ἐν τῇ Χίῳ ἔτυχε τοὺς ὁμήρους καταλεγόμενος, τούτου μὲν ἐπέσχεν* — pro ὡς leg. esse ὅς conjiciat, v. III, 69: *αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες τῶν Πελοποννησίων, ὡς τότε φεύγουσαι διὰ τοῦ πελάγους — πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατενέχθησαν, καταλαμβάνουσιν ἐν τῇ Κυλλήνῃ τρισκαίδεκα τριήρεις Λευκαδίων καὶ Ἀμπρακιωτῶν.* V, 10: *ὁ Κλέων, ὡς τὸ πρῶτον οὐ διενοεῖτο μένειν εὐθὺς φεύγων — ἀποθνήσκει.* Ac V, 6: *ὁ Κλέων ὅς ἀπὸ τῆς Τορώνης τότε* (alii hoc ordine: *τότε ἀπὸ τῆς Τορώνης*) *περιέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν, — Σταγείρῳ προσβάλλει.* recte Haackium conjecisse puto, pro ὅς cum Reg. Gr. Ar. C. Pariss. C. X. ὡς leg. esse, non tamen propterea, quod haec lectio aptior, sed quod difficilior est. Utriusque vocis confusio solennis est. Ita VI, 91. (*πέμπετε*) *ἄνδρα Σπαρτιάτην ἄρχοντα, ὡς ἂν τοὺς παρόντας ξυντάξῃ.* leg. puto ὅς ἄν. Nam ὡς ἄν cum conjunctivo ibi tantum locum habet, ubi consilii eventus in dubio est.

52) V. c. 30.

53) V. c. 28. De eo Isocr. Archid. 23: *Πεδάριτος — εἰς Χίον πλεύσας τὴν πόλιν αὐτῶν διέσωσεν.*

territati, neque hostium munitiones prohibere, nec agros suos a vastatione defendere conati sunt frustraque ab Astyocho, tunc Mileti agente, sibi ut succurreret petierunt[54]). Qui cum ab iis offensus esset[55]), auxilium ferre noluit, cum posset; non potuit, cum vellet[56]). Itaque Pedaritus, fame urgente, assumtis, quotquot habebat, copiis, Athenienses adoritur primoque impetu munitionum partem capit ac navibus nonnullis potitur. Sed occurrente hoste primo Chii fugantur, dein terga dant auxiliares, ipseque Pedaritus interficitur[57]). Cujus vice postquam Antisthenes cum duodecim navibus Mileto advectus erat, aequo Marte cum Atheniensibus mari commissum est, cujus deinceps Chii fiebant arbitri, ex quo illorum praetor Strombichides cum majore classis parte in Hellespontum profectus est[58]). Naves tamen nonnullas ab Atheniensibus in Chio relictas videri supra probavimus[59]). His Delphinii praesidia haud dubie usa sunt, ut quacunque ratione possent, Chiis nocerent, quoad Callicratidas castellum illud cepit captumque diruit[60]). Ac Chii quamquam ex isto *ἐπιτειχίσματι* haud dubie multum detrimenti iis ab hoste illatum est[61]), omni tamen ratione Lacedaemonios adjuvabant, naves praebebant[62]), pe-

---

54) V. c. 38. 40. 55.

55) V. c. 32. sq.

56) V. c. 40. sqq. 55.

57) V. c. 55. et 56. *Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Χῖοι ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπολιορκοῦντο καὶ ὁ λιμὸς αὐτόθι ἦν μέγας.* ubi vide ne leg. sit *μετὰ δὲ ταῦτα ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης οἱ Χῖοι* caet. quemadmodum Cass. et Aug. habent, quibuscum Mosq. et Paris. F. consentiunt, nisi quod *μὲν* retinent, quae particula quomodo orta sit, facile est explicatu.

58) V. c. 61. sqq.

59) c. 4. §. 4.

60) Diodor. XIII, 76: *ἐν τῇ Χίων χώρᾳ Δελφίνιον κατεχόντων Ἀθηναίων, ἐπὶ τούτους ἔπλευσε μετὰ πασῶν τῶν νεῶν καὶ πολιορκεῖν ἐπεχείρησεν. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι περὶ πεντακοσίους ὄντες καταπλαγέντες (?) τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως καὶ διεξελθόντες ἐξέλιπον τὸ χωρίον ὑπόσπονδον* (l. *ὑπόσπονδοι*). *Καλλικρατίδας δὲ τὸ μὲν φρούριον παραλαβὼν κατέσκαψεν, ἐπὶ δὲ Τηΐους πλεύσας καὶ νυκτὸς παρεισπεσὼν ἐντὸς τῶν τειχῶν διήρπασε τὴν πόλιν.* Qui locus simul ostendit, apud Xenoph. Hellen. I, 5, 15. ubi eadem narrantur pro *Ἠιόνα*, leg. esse *Τέων*.

61) Qua ratione, colligere licet ex Thuc. VIII, 40.

62) V. Thuc. VIII, 106. Xenoph. Hellen. I, 6, 3.

cunias conferebant [63]), consilia, quae viderentur optima, studiose commendabant [64]). Quod autem Schneiderus suspicatur [65]), eos, Alcibiade rem bene gerente, Atheniensibus accessisse, id nec per se probabile est, nec testimonio adstrui potest. Neque enim Diodori neque Isocratis locus, quibus vir doctus, quem nominavimus, utitur, istam sententiam probant. Ac Diodorus *μετὰ δὲ ταῦτα* (Ol. 92, 4.) inquit [66]), (*Κρατησιππίδας*) *παρὰ τῶν ἐκ Χίου φυγάδων λαβὼν χρήματα κατήγαγεν αὐτοὺς καὶ τὴν ἀκρόπολιν τῶν Χίων κατελάβετο. Οἱ δὲ κατελθόντες τῶν Χίων τῶν ἀντιπολιτευομένων αὐτοῖς καὶ τῆς ἐκπτώσεως αἰτίων ὄντων εἰς ἑξακοσίους τὸν ἀριθμὸν ὄντας ἐφυγάδευσαν. Οὗτοι δὲ τῆς ἀντιπέραν ἠπείρου χωρίον Ἀταρνέα καλούμενον κατελάβοντο, σφόδρα τῇ φύσει καθεστηκὸς ὀχυρὸν* [67]), *καὶ τὸ λοιπὸν ἐκ τούτου τὰς ἀφορμὰς ἔχοντες ἐπολέμουν τοῖς τὸ Ἰσχίον* (?) *ἔχουσι.* Ex quo loco qua ratione colligi possit, Athenienses tunc temporis Chium tenuisse, equidem non perspicio. Haud dubie tum quoque Chii a Lacedaemoniorum partibus stabant, sed cum inter illos essent, qui Atheniensibus faverent, facile exsules a Cratesippida impetraverunt, ut ipsi restituerentur ac vicissim, qui suspecti vel inimici sibi essent, in exsilium mitterentur. Atque ut tanto minus metuendum esset, ne Chii res novas molirentur, simul Cratesippidas arcem eorum occupavit. — Non magis Schneideri sententiae favet locus Isocratis. Qui *Χίων*, inquit [68]), *προθυμότατα πάντων τῶν συμμάχων συγκινδυνευσάντων τῷ ναυτικῷ, Θηβαίων δὲ μεγίστην εἰς τὸ πεζὸν ἰσχὺν συμβαλομένων, οὐκ ἔφθησαν* (*οἱ Λακεδαιμόνιοι*) *τὴν ἀρχὴν κατασχόντες καὶ Θηβαίοις μὲν εὐθὺς ἐπεβούλευσαν, — Χίων δὲ τοὺς πρώτους τῶν πολιτῶν ἐφυγάδευσαν, τὰς δὲ τριήρεις ἐκ τῶν νεωρίων ἐξελκύσαντες ἁπάσας ᾤχοντο λαβόντες.* Ex hoc enim loco potius colligendum erat, Chios, cum semel defecissent ab Atheniensibus, perpetuo fideles mansisse Lacedaemoniis, quam, eos, Alcibiade rem bene gerente, denuo Atheniensibus accessisse. Quod si fecissent, haud injuria a Spartanis

---

63) Thuc. VIII, 101. Xenoph. Hellen. I, 6, 12. II, 1, 5.
64) Xenoph. Hellen. II, 1, 6.
65) ad Xenoph. Hellen. III, 2, 11.
66) XIII, 65.
67) Cf. Pausan. IV, 35, 6. interprr. ad Herod. I, 160. Lex. Seg. p. 458. 9. Ut Anaeis Samiorum, ita Chiorum exsules Atarneo usos vides.
68) de pace c. 52.

multati essent, neque hi oratoris opprobria meruissent. Accedunt Xenophontis loci [69]), qui de Chiorum erga Lacedaemonios fide dubitare non sinunt. Quae Isocrates hos contra illos peccasse tradit, ea haud dubie facta sunt sub decemvirorum, Chium quoque, ut videtur, a Spartanis missorum, imperio. Qui ab his ejecti sunt, eos recte Schneiderum statuere existimo, Atarnea concessisse, ubi cum iis se videntur junxisse, quos jam antea eum locum occupasse vidimus, quoad a Dercyllida sunt expugnati [70]).

4. *Lesbii* post defectionem Ol. 88, $\frac{1}{2}$. ea poena ab Atheniensibus affecti fuerant [71]), ut nonnisi occasionem aucuparentur, qua ab eorum dominatu se liberarent [72]). Quae sola adhuc libertate fructa erat [73]), Methymna, cum Chiorum classis eam sollicitaret, prima descivit [74]), ejusque exemplum secutae sunt Mitylenae et Eresus ac fortasse etiam Pyrrha et Antissa [75]). Sed cum Athenienses Chiorum naves subito adorti fugassent majoremque earum partem cepissent, Astyochus, qui eas subsecutus erat, Chium recedere coactus est. Quo facto Athenienses denuo Lesbi civitates in potestatem suam redegerunt [76]) ac praesidiis temuerunt [77]). Neque tamen Lesbii posthac a descissendi conatibus abstinuerunt. Quos cum Astyochus, sociis refragantibus, adjuvare non posset [78]), Methymnaeorum exsules [79]), collecto parvo exercitu, e continente trajecti, Anaxarcho, Thebano, duce, primo Methymnam aggressi sunt. Abs qua cum, succurrente, quod Mitylenae erat, Atheniensium praesidio,

---

69) Supra laudatis adde Hellen. I, 1, 32. 6, 38. 40. II, 1, 1. sqq. Cf. Diodor. XIII, 99. 104.

71) V. ad Dionys. p. 81. Adde Aelian. V. H. II, 9.

72) V. Thuc. VIII, 5. coll. c. 8.

73) νεῶν παροχῇ αὐτόνομος. v. Thuc. VI, 85. VII, 57.

74) V. Thuc. VIII, 22.

75) C. 23.

76) Ibid.

77) De Mitylene hoc diserte dicitur. V. Thuc. VIII, 10. coll. Diodor. XIII, 73. Item de Methymna. V. Xenoph. Hellen. I, 6, 12. sqq. Diodor. XIII, 76. De caeteris oppidis haud dubie idem statuendum est.

78) V. Thuc. VIII, 31.

79) Fortasse ii, qui, Methymna ab Atheniensibus recuperata, ejecti erant.

repulſi eſſent, per montana Ereſum petierunt eamque ad deficiendum compulerunt [80]). Neque deinceps Thraſybulus et Thraſyllus hoc oppidum oppugnare adorti, capere poterant, cum Mindarum in Hellespontum perſequi cogerentur [81]). An poſthac Ereſus ab Athenienſibus recuperata ſit, non conſtat. Caeterae quidem Lesbi civitates praeter Methymnam a Callicratida expugnatam [82]), usque ad pugnam ad Aegos flumen in Athenienſium ditione manebant [83]).

5. Feliciore, quam Lesbii, ſucceſſu ab Athenienſibus defecerunt *Rhodii.* Quorum optimates cum Lacedaemonios arceſſiviſſent, Aſtyochus ad Camirum appulit. Populares quidem hujus civitatis hoſtis adventantis metu fugam capeſſiverunt, ſed revocati confirmatique, arceſſitis quoque Lindiis et Jalyſiis [84]), cum his ad Lacedaemonios deſciverunt. Quae defectio tanto utilior facta eſt Lacedaemoniis, cum Tiſſaphernes hoc tempore non ſatis pecuniae ipſis ſuppeditaret, Rhodii autem, coacti, ut videtur, triginta duo talenta conferrent [85]). Fruſtra Athe-

---

80) V. Thuc. VIII, 100. *Μηθυμναίων οὐχ οἱ ἀδυνατώτατοι* (i. e. *οἱ δυνατώτατοι, optimates.* Cf. Valckenar. ad Herod. IV, 95.) *φυγάδες, διακομίσαντες ἐκ* (*τε* inſerunt Ar. C. Dan. Reg. (G.) D. F. I. K.) *τῆς Κύμης προσεταιριστοὺς ὁπλίτας ὡς πεντήκοντα καὶ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου μισθωσάμενοι, ξύμπασιν ὡς τριακοσίοις, Ἀναξάρχου Θηβαίου κατὰ τὸ ξυγγενὲς* (Lesbii enim Aeoles erant, v. Herod. I, 151. VI, 8. Diodor. V, 81. Thuc. III, 2. Strab. XIII, 2. p. 136. Müller. Orchom. p. 398.) *ἡγουμένου, προσέβαλον πρώτῃ Μηθύμνῃ* caet.

81) V. Thuc. VIII, 100. ſqq.

82) V. Xenoph. Hellen. I, 6, 12. ſqq. Diodor. XIII, 76.

83) V. Xenoph. Hellen. II, 2, 5.

84) Tunc enim hae tres civitates nondum in unam Rhodum coaluerant. V. Diodor. XIII, 75. ibique Weſſel. Quod Strabo XIV, 2. p. 197. tradit, *Ῥόδον κτισθῆναι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀρχιτέκτονος, ὑφ' οὗ καὶ ὁ Πειραιεύς*, id falſum eſſe temporum ratio docet. V. Thuc. I, 93. (Ariſtoph. Av. 1127.) Xenoph. Hellen. II, 4, 11. (8.) ibique interprr. Ariſtot. Polit. II, 5, 1. ibique Schneider. Harpocr. ſ. v. et ſ. *πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς.* Lex. Seg. p. 266. 28. His dudum ſcriptis, inſpicere potui Kortüm: Zur Geſch. Hellen. Staatsverf. p. 112. qui et Diodori locum ignoravit, ex quo diſcere poterat Rhodum urbem Ol. 93, 1. conditam eſſe, nec Boeckh. Oec. Civ. T. I. p. 445. reprehendere debebat, qui Rhodi nomine aperte non urbem, ſed inſulam ſignificat.

85) V. Thuc. VIII, 44.

nienses hanc insulam recuperare conabantur [86]), nec popularium machinationes quidquam officiebant, cum Dorieus a Mindaro delegatus eas nullo negotio reprimeret [87]). Inde ab hoc tempore usque ad belli finem Rhodii promto obsequio Lacedaemoniis obtemperarunt [88]).

6. Ex Ioniae orarum civitatibus nulla majoris erat momenti, quam *Miletus* [89]). Tributarii Athieniensibus facti [90]) ab eorumque demagogis vexati [91]), Milesii quoque, cum Chalcideus et Alcibiades ad ipsos pervenissent, sine dubitatione deficiebant [92]). Athenienses autem cum non ignorarent, quantam, hujus civitatis opibus privati, jacturam fecissent, quot poterant copias collegerunt, ut Miletum recuperarent [93]). Nec fortuna ipsis adversabatur. Cum enim Strombichides et Thrasycles Chalcidea devicissent [94]), Athenis nova duodequadraginta navium classis cum bis mille et quingentis hoplitis advenit, nec dubium videbatur, quin Milesii succumberent, postquam ipsi ac Peloponnesii et Tissaphernis mercenarii ab illis superati erant [95]). Sed cum Athenienses, cautiori Phrynichi consilio obsecuti, in Samum recedere, quam Peloponnesiorum classi, tunc ipsum adventanti occurrere mallent, Miletus ab obsidione liberata est [96]). Exinde urbem, omni studio Peloponnesios adjuvantem [97]), satis tuebatur horum classis, quam, ut confligeret, Athenienses frustra lacessebant [98]). Cumque Astyochus, ut naves modo ex Peloponneso advectas assumeret, cum tota classe Cnidum contenderet [99]), praesidium tamen Mileti vide-

86) V. Thuc. l. l. et c. 55.
87) V. supra II, 11. med. IV, 11. extr.
88) Cf. Xenoph. Hellen. I, 6, 5. Diodor. XIII, 70.
89) V. Thuc. VIII, 26.
90) V. Thuc. VII, 57. Milesios in exercitu Atheniensium saepius invenimus. V. IV, 42. 53. sq. VII, 57.
91) Cf. Aristoph. Eq. 560. 927. sqq.
92) V. Thuc. VIII, 17.
93) Cf. Aristoph. Lys. 107: ἀλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται φεψάλυξ. Ἐξ οὗ γὰρ ἡμᾶς προὔδοσαν Μιλήσιοι, οὐκ εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκτωδάκτυλον.
94) V. Thuc. VIII, 24.
95) V. c. 25.
96) V. c. 27.
97) V. c. 36.
98) V. 8. 30. 38.
99) V. c. 41.

tur reliquisse. Neque Athenienses interim ejus capiendae periculum fecerunt, quia inter ipsos discordiae exstiterant. Interim Milesii jam nunc animadvertere poterant, se non liberatos esse, sed dominum modo mutasse. Tissaphernes enim, non repugnantibus, qui adhuc ejus opibus egebant, Lacedaemoniis, ipsa in urbe castellum exstruxerat, cujus non dubium erat consilium [100]). Quod opus cum Milesii vix aequo animo conspicerent, verendum erat, ne, cum status eorum popularis esset [100 b]), Atheniensium machinationibus inducti, res novas molirentur, eaque videtur causa fuisse, cur Tissaphernes Peloponnesios, ut e Rhodo reverterentur, commovere studuerit [101]). Quod quamquam impetravit, nihilo secius tamen Milesii, cum caeteri quoque socii Tissapherni et Astyocho succenserent, resque ad seditionem spectaret, illius praesidium ex castello ejicere ausi sunt. Quod factum qui improbabat, Lichas, tantummodo iram eorum in se concitavit [102]). Neque quidquam effecit legatus, quem Tissaphernes deinceps Lacedaemona misit, quoniam ipsi a sociis aliquanto majora crimina inferebantur [103]). Posthac Milesii, fideles Lacedaemoniorum socii, eos qua poterant ratione adjuvabant [104]).

7. Mirum accidit, quod Thucydides de ratione, qua *Ephesus*, opulentissima civitas, cum Atheniensibus conjuncta fuerit, omnino nihil prodiderit [105]). Eam tamen et ipsam ante cladem Siciliensem Atheniensibus subditam fuisse, vel inde collegeris, quod omnino Ionia eorum imperio paruisse dicitur [106]). Idemque probare licet ex Platonis, qui fertur, Ione [107]). Quamquam offendit, quod, ubi Thucydides Atheniensium adversus Syracusanos socios recenset, ibi Ephesiorum nullam mentionem

100) V. c. 84.
100 b) V. Diodor. XIII, 104. ibique Wessel.
101) V. c. 57.
102) V. c. 84.
103) V. c. 85.
104) V. Xenoph. Hellen. I, 2, 2. 6, 8. sqq. Diodor. XIII, 70.
105) Ter tantum IV, 50. VIII, 19. 109. Ephesi nomen apud eum legitur.
106) V. II, 9.
107) p. 541. c: ἡ ἡμετέρα, Ion, Ephesius, inquit, πόλις ἄρχεται ὑπὸ ὑμῶν καὶ στρατηγεῖται.

injicit [108]). Sed hoc non uno modo explicari potest. Cum enim auctor illo loco ex Ioniae civitatibus tantummodo Milesios ac Samios Chiosque nominet, statuendum videtur, caeteras easque minores modo pecunias contulisse, nisi quis sumere malit, auxiliares harum copias, utpote exiguas, vel omnino a scriptore non memoratas esse, vel ab ipsis Atheniensibus, illarum copiis attributas fuisse. Quarum conjecturarum qui nullam commode ad Ephesum, urbem opibus pollentem, applicari posse censeat, eum statuere oportet, hanc civitatem jam pridem Atheniensibus a Tissapherne ereptam fuisse. Quam sententiam eo probaveris, quod Thucydides de Ephesi defectione nihil dicat; eidemque nonnihil favet Plutarchus, Lysandrum dicens Ephesum invenisse πράττουσαν λυπηρῶς καὶ κινδυνεύουσαν ἐκβαρβαρωθῆναι τοῖς Περσικοῖς ἔθεσι διὰ τὰς ἐπιμιξίας, ἅτε δὴ Λυδίας περικεχυμένης καὶ τῶν βασιλικῶν στρατηγῶν αὐτόθι τὰ πολλὰ διατριβόντων [109]). Praeterea si Ephesus ad Lacedaemonios defecisset, hi eam vix illico Tissapherni tradidissent. Utut sit, non multo post cladem Siciliensem Ephesum Atheniensibus hostilem conspicimus [110]), et Thrasyllus, in Atheniensium potestatem eam redigere conatus, ab Ephesiis et, qui forte aderant, Syracusiis Selinusiisque, ac barbaris a Tissapherne advocatis, fusus atque fugatus est [111]). Sub Lysandri imperio Ephesus Peloponnesiorum classis statio erat [112]), eodemque post pugnam ad Arginusas convenerunt socii, de belli gerendi ratione deliberaturi [113]).

8. Una cum Chiis *Erythraei* desciverunt [114]), eosque, cum alias quoque civitates ad defectionem sollicitarent, copiis suis adjuvabant [115]). Sed cum Athenienses

---

108) V. VII, 57.

109) Plutarch. Lys. 3.

110) V. Thuc. VIII, 19: *οἱ Χῖοι* (qui jam defecerant) *ἔφευγον μιᾷ νηῒ ἐς Ἔφεσον.*

111) V. Xenoph. Hellen. I, 2, 1. sqq. Plutarch. Alc. 29. Diodorus (non librarii) XIII, 64. Thrasylli et Thrasybuli nomina confudit.

112) V. Xenoph. Hellen. I, 5, 1. sqq. Plutarch. Lys. 3. Alc. 35. Diodor. XIII, 70. ubi pro *ταύτας τὰς ἐν ταῖς πόλεσι τριήρεις* leg. *τὰς ἐν ταύταις ταῖς π. τ.*

113) V. Xenoph Hellen. II, 1, 6.

114) V. Thuc. VIII, 14.

115) V. c. 16. 19. 22.

Sidussam et Pteleum, castella in Erythraeorum finibus, retinerent [116]), haud dubie eorum agris non pepercerunt, ex quo captivi eorum nonnulli, quos ut civitatem a Lacedaemoniis abalienarent, dimiserant, spem ipsorum frustrati erant [117]). Lacedaemoniis opportunum erat oppidum, unde in Chium trajicerent [118]).

9. A Chalcideo et Alcibiade sollicitatae *Clazomenae* quoque defecerunt. *Διαβάντες δὲ οἱ Κλαζομένιοι εὐθὺς ἐς τὴν ἤπειρον τὴν πολίχναν ἐτείχιζον, εἴ τι δέοι σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τῆς νησίδος, ἐν ᾗ οἰκοῦσι, πρὸς ἀναχώρησιν* [119]). Itaque hac aetate Clazomenii insulam incolebant, quorum civitas tum, postquam Ionia, Aristagora duce, a Persis defecerat, ab Artapherne et Otane expugnata est, adhuc in litore videtur sita fuisse [120]). Atque hoc tempore factum puto, quod Strabo [121]) et Pausanias [122]) tradunt, Clazomenios Persarum metu ex continente in insulam transiisse. Pars tamen eorum vel tunc remansisse vel postea pristinae sedis amore continentem videtur repetiisse. Postmodum quidem duplicem Clazomeniorum fuisse civitatem et Thucydides significat et Aristoteles aperte declarat [123]). Qui *στασιάζουσιν*, inquit, *ἐνίοτε αἱ πόλεις καὶ διὰ τοὺς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχῃ ἡ χώρα πρὸς τὸ μίαν εἶναι πόλιν, οἷον ἐν Κλαζομεναῖς οἱ ἐπὶ Χύτρῳ πρὸς τοὺς ἐν τῇ νήσῳ, καὶ Κολοφώνιοι καὶ Νοτιεῖς.* Ubi *οἱ ἐπὶ Χύτρῳ* haud dubie ii

---

116) V. c. 24. Pteleum frustra adortus est Astyochus. V. c. 31.

117) V. c. 33.

118) V. c. 28. extr. 35.

119) c. 14. Vocem *αὐτοῖς* aperte corruptam ratus Haackius e conjectura *αὐτῆς* edidit. Nolim factum. Cf. Thuc. I, 128: *διὸ δὴ καὶ (Λακεδαιμόνιοι) σφίσιν αὐτοῖς νομίζουσι τὸν μέγαν σεισμὸν γενέσθαι ἐν Σπάρτῃ.* VIII, 65: *ἔστιν ἀφ' ὧν χωρίων καὶ ὁπλίτας ἔχοντες σφίσιν αὐτοῖς ξυμμάχους ἦλθον ἐς τὰς Ἀθήνας.* Xenoph. Hellen. VII, 5, 4: *Φωκεῖς οὐκ ἠκολούθουν, λέγοντες, ὅτι συνθῆκαι σφίσιν αὐτοῖς εἶεν, εἴ τις ἐπὶ Θήβας ἴοι, βοηθεῖν.* Ibid. V, 2, 8. (*ἔλεγον, ὡς*) *ἐπεὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐξέβαλον, ὡς ἕπεσθαι οὐδαμῶς* (*οὐδαμοῦ* Schaefer. cum marg. Leoncl.) *ἐθέλοιεν.* ubi Schaefer. cum Steph. et Leoncl. *αὐτοὶ* pro *αὐτοὺς* edidit.

120) V. Herod. V, 123.

121) XIV, 1. p. 183. Tauchn.

122) VII, 3, 4.

123) Polit. V, 2, 12. Cf. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. VI, 3. p. 328. sq.

ſunt, qui continentis oppidum, τὴν πολίχναν [124]), 'quam Thucydides dicit, inhabitabant. Nam Χύτριον, Strabo ait l. l. ἐστὶ τόπος, ἐν ᾧ πρότερον ἵδρυντο Κλαζομεναί. Quod autem Schneiderus ſtatuit [125]), τὴν πολίχναν et Δαφνοῦντα eundem locum eſſe, hoc ſatis mirari nequeo. Nam, ut Thucydides narrat [126]), Lesbo pacata, Athenienſes Κλαζομενίων τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίχναν τειχιζομένην ἑλόντες διεκόμισαν πάλιν αὐτοὺς ἐς τὴν ἐν τῇ νήσῳ πόλιν, πλὴν τῶν αἰτίων τῆς ἀποστάσεως· οὗτοι δὲ ἐς Δαφνοῦντα ἀπῆλθον· καὶ αὖθις Κλαζομεναὶ προςεχώρησαν. Quem locum cum vir doctus, quem diximus, ſententiae ſuae repugnare videret, ſtatuendum putavit, auctores ſeditionis ex inſulari urbe, diſceſſione facta, rediiſſe in urbem continentis. At vero, hos non in inſulam reductos eſſe, diſertis verbis ſcriptor narrat. Quod autem poſtea (c. 31.) refert, Aſtyochum, Clazomenios iterum ab Athenienſibus abalienare cupientem, juſſiſſe αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν Δαφνοῦντα καὶ προςχωρεῖν σφίσι (τοὺς ἄλλους), ibi ἀνοικίζεσθαι non eſt, ut Schneiderus interpretatur, ex inſula recedere in continentem interiorem, ſed in locum editiorem habitatum ire [127]). Unde qui Daphnuntis ſitus fuerit colligi poteſt [128]). Quousque Clazomenae in fide erga Athenienſes perſeverarint, non conſtat. Sub Alcibiadis tamen praetura eas Athenienſibus amicas conſpicimus. Alcibiades enim non ſolum cum, a Tiſſapherne in vincula datus, evaſiſſet, eo perfugit [129]), ſed etiam cum, qui Daphnunta ſeceſſerant, caeteros Clazomenios infeſtarent, his auxilio venit [130]).

---

124) Cf. Weſſel. ad Herod. VI, 26. Apud Thucydidem πολίχναν nomen appellativum eſſe, inprimis e collocatione verborum in loco VIII, 23. colligo, quamquam forma offenſioni eſt.

125) Addend. ad Xenoph. Hellen. VI, 1, 51. p. 106. ſq.

126) VIII, 25.

127) Cf. Thuc. I, 7. 58. Eodem modo haec vox intelligenda eſt Ariſtoph. Pac. 206. ubi fallitur Schol. Cf. Valckenar. ad Herod. IV, 18. Contrario ſenſu dicitur κατοικίζεσθαι Plat. Legg. p. 682.

128) Inepte Waſſ. ad Thuc. VIII, 23. de Daphnunte Phocico ſomniat.

129) V. Xenoph. Hellen. I, 1, 10. ſq. Plutarch. Alc. 28.

130) Ita quidem Diodor. XIII, 71. de cujus fide in hac re non dubitaverim, cum hic Xenophonti non repugnet, ſed, ut ſaepius, mancam ejus narrationem ſuppleat.

10. *Colophon* et *Notium*, quae oppida unam tantum civitatem constituebant, hoc tamen tempore, ut saepius, ita videntur dissedisse, ut Notium Atheniensibus fidele manserit, Colophon autem Lacedaemoniorum partes amplexa sit. Quod, quamquam Thucydides non refert, e Xenophonte tamen conjicere licet, qui Colophona a Thrasyllo receptam tradit, de Notio autem ita loquitur, ac si ab eo amica inventa esset [131]). Notii posthac etiam naves Atheniensium conspicimus [132]).

11. *Teos*, cum Strombichides eam tueri non valeret, Chios recepit ac moenibus suis, ab Atheniensibus exstructis, privata est [133]). Paulo tamen post Diomedon pactionem cum Teiis fecit, ut Athenienses quoque reciperent [134]). Quibus deinde omnino hanc civitatem accessisse, inde patet, quod Callicratidas derepente eam adortus expugnavit ac diripuit [135]).

12. Chiorum opera *Lebedus* quoque et Erae, Teiiorum oppidum [136]), defecerunt [137]).

13. Phocaeam etiam ad Lacedaemonios descivisse, non quidem diserte dicit Thucydides, sed videtur tamen significare [138]). Eamque posthac in Spartanorum ditione fuisse, inde patet, quod post pugnam ad Arginusas, pars eorum eo confugisse refertur [139]). Sed ante hoc proelium Phocaeam in potestate Atheniensium fuisse, ex hoc Xenophontis loco conjeceris: *Ἀλκιβιάδης δὲ ἀκούσας, Θρασύβουλον ἔξω Ἑλλησπόντου ἥκοντα τειχίζειν Φώκαιαν, διέπλευσε πρὸς αὐτόν* [140]). Sed ibi vide, ne pro *τειχίζειν* legendum

131) V. Xenoph. Hellen. I, 2, 4. ubi de utroque oppido docte agit Schneiderus. Non uno modo laborant, quae Haackius ad Thuc. III, 34. disputat.

132) V. Xenoph. Hellen. I, 5, 12. sq. Diodor. XIII, 71.

133) V. Thuc. VIII, 16. 20.

134) V. c. 20.

135) V. Diodor. XIII, 76.

136) V. Strab. XIV, 1. p. 181.

137) V. Thuc. VIII, 19.

138) c. 31.

139) Xenoph. Hellen. I, 6, 34. Diodorus tamen XIII, 99. pro Phocaea Cymen nominat.

140) Ib. I, 5, 11. Hic quoque mancam hujus scriptoris narrationem deprehendis. Nam Thrasybulum in Hellespontum profectum esse non narravit. Cf. I, 4, 9. Pro Phocaea Cymen nominat Cornel. Nep. Alc. 7, 1.

sit περιτειχίζειν, nisi forte illud significare potest *circumvallare*. Thrasybulum enim exercitu suo abusum esse, ut non magni momenti urbem communiret, non admodum probabile videtur. Nec perspicitur, cur Alcibiades operis spectator esse voluerit, classis imperio Antiochi temeritati relicto, quam ipse videtur pertimuisse. Contra, si Phocaea oppugnata fuerit, commode auxilia adduxerit [140 b]).

13. Quae *Myuntis* et *Prienes* hoc tempore fortuna fuerit, non magis proditum est, quam quibus partibus Aeolicae orae maritimae civitates studuerint. Videntur tamen et hae Lacedaemoniis favisse, sive potius Persarum imperio subjectae fuisse. Nam inter socios, qui Atheniensibus adversus Syracusanos auxilia miserint, nulla earum mentio est [141]). Cymen tamen Diodorus [142]) Atheniensium sociam appellat, cum Cornelio Nepote [143]) Theopompi, ut videtur, auctoritatem secutus.

Ad Doricam ἑξάπολιν quod attinet, de Lindo, Jalyso et Camiro jam dictum est. *Cos* autem, quae maximo terrae motu collapsa nec munita erat, cum Astyochus adveheretur, ab incolis, in montana se recipientibus, relicta atque a Lacedaemoniis direpta est [144]). Postea Athenienses Coa insula ac vicinis Chalce et Syme ὁρμητηρίοις usi sunt, unde Lacedaemonios, cum in Rhodo stationem haberent, lacesserent [145]). Coorum urbem Alcibiades cum Cauno a Tissapherne reverteretur munivit eique praefectos dedit [146]). Postero tempore eam ab Atheniensibus abalienatam fuisse, conjecerit aliquis e Xenophonte, qui Λύσανδρος, inquit, ἀφικόμενος ἐς Ῥόδον καὶ ναῦς ἐκεῖθεν λαβὼν ἐς Κῶν καὶ Μίλητον ἔπλευσεν, ἐκεῖθεν δ' ἐς Ἔφεσον [147]) Adde quod Diodorus

140 b) De Alcibiadis itinere sibi repugnat Plutarch. Lys. 5. et Alc. 35. Posteriore loco cum eum in Cariam profectum esse narraret, obversabatur ei Xenoph. Hellen. I, 4, 8. sq.

141) Thuc. VII, 57.

142) XIII, 73.

143) Alc. 7.

144) V. Thuc. VIII, 41. Diodorum XIII, 41. errare jam supra monuimus.

145) V. Thuc. VIII, 44. extr. (ubi velim codd. pro ἐκ τῆς Σάμου exhiberent ἐκ τῆς Σύμης. cf. c. 41.)

146) V. c. 108.

147) Hellen. I, 5, 1.

hanc insulam hoc tempore ab Alcibiade devastatam esse dicit [148]). — Eodem tempore quo Con munivit, Alcibiades pecunias exegit ab *Halicarnassensibus* [149]). Unde tamen non sequitur, eos tunc Atheniensibus subditos fuisse, cum has pecunias solvere potuerint, ne Alcibiades ipsorum vel agros depopularetur vel urbem impugnaret [150]). Etenim Halicarnassum et *Cnidum* omninoque Cariae maritimas oras pridem Atheniensibus a Persis ereptas fuisse puto. Nam initio quidem belli Thucydides Dores in universum atque Carum, qui litora tenuerint, Atheniensium socios fuisse dicit [151]), sed ad Syracusas neque Cares neque Halicarnassenses vel Cnidii conspiciuntur [152]). Atque Cnidum quidem Tissapherni paruisse ex Thucydide colligas, qui ἡ δὲ (Κνίδος), inquit ἀφειστήκει ἤδη ἀπὸ Τισσαφέρνους [153]). Ejecto enim satrapae praesidio [154]), Cnidii in libertatem se vindicarunt, cumque eodem tempore dissidia inter Tissaphernem et Lacedaemonios orta essent, ab his adjuti sunt. Qui loco, quem proposuimus, ὑπό pro ἀπό legendum vel hanc praepositionem ibi *per* significare putaverunt, Cnidum hoc tempore in Atheniensium ditione fuisse, animum induxerant.

Explicationem nostram illustrat *Antandri* fortuna. Nam Antandrus quoque, cum olim Atheniensibus paruisset [155]), postea in Tissaphernis potestatem venerat, atque Antandrii quoque, cum Arsacis Tissaphernis praefecti, qui his oris praeerat, crudelitatem metuerent, oneraque ab ipso sibi imposita ferre nollent, Lacedaemoniis adjuvantibus, in libertatem se vindicarunt [156]).

Ex Hellesponti civitatibus prima ab Atheniensibus defecit *Abydus* [157]), quae frustra a Strombichide [158]) et

148) XIII, 69.

149) V. Thuc. VIII, 108.

150) Hoc consilio v. c. Selybriani Alcibiadi pecunias dederunt. V. Xenoph. Hellen. I, 1, 21.

151) V. II, 9.

152) V. VII, 57.

153) VIII, 35.

154) V. c. 109.

155) V. IV, 52. 75.

156) V. VIII, 108. Diodor. XIII, 42.

157) V. Thuc. VIII, 61. 62.

158) V. Thuc. l. l.

Alcibiade [159]) impugnata Lacedaemoniorum in potestate permansit, cum caeterae, quae desciverant, Hellesponti urbes ab Atheniensibus reciperentur [160]).

Quae eodem, quo Abydus, tempore defecerat, *Lampsacus* deinceps a Strombichide recepta est [161]). Postea tamen Lysander eam, quamquam ab Alcibiade munitam [162]) et praesidio firmatam [163]), expugnavit [164]).

Gravissimam Athenienses jacturam fecerunt, cum *Byzantium*, navigationi moderandae opportunum [165]), ad Clearchum deficeret [166]). Qui tamen harmostes cum Byzantios premeret, ipsorum nonnulli posthac, eo absente, urbem frustra obsessam Alcibiadi prodiderunt [167]), quae deinde usque ad Lysandri victoriam in Atheniensium potestate manebat [168]).

Idem Clearchus, a Pharnabazo adjutus, etiam *Cyzicum* ad defectionem induxerat [169]). Sed post pugnam ad Abydum facile Athenienses locum muris non munitum receperunt [170]). Quem cum postea Lacedaemonii et Pharnabazus iterum cepissent [171]), proelio victi, ultro reliquerunt. Quo facto Alcibiades multum pecuniae a Cyzicenis exegit [172]).

---

159) V. Xenoph. Hellen. I, 2, 15. Plutarch. Alc. 39.

160) V. Diodor. XIII, 68. coll. c. 41. 105. Xenoph. Hellen. I, 1, 6. 2, 15. II, 1, 18. Dercyllidam, qui Abydum ad deficiendum compulerat, posthac quoque ejus harmosten videmus. V. IV, 8, 5.

161) V. Thuc. l. l.

162) V. Xenoph. Hellen. I, 2, 15. Diodor. XIII, 66. cum Palmerii emendatione.

163) V. Diodor. XIII, 104.

164) *Κατὰ κράτος*, ut Xenoph. Hellen. II, 1, 18. et Plutarch. Lys. 9. testantur. Quod Diodorus l. l. dicit: *τὴν Ἀθηναίων φρουρὰν ἀφῆκεν ὑπόσπονδον*, male reddidit Xenophontis Hellen. II, 1, 18. verba: *τὰ δὲ ἐλεύθερα σώματα πάντα ἀφῆκε Λύσανδρος*.

165) V. Polyb. IV, 44. coll. Herod. IV, 144.

166) V. Thuc. VIII, 80. Omnia confundit Diodor. XIII, 34.

167) V. Xenoph. Hellen. I, 3, 15. Diodor. XIII, 64. 66. sq. Plutarch. Alc. 31.

168) V. Xenoph. Hellen. II, 2, 1.

169) V. Diodor. XIII, 40. coll. Thuc. VIII, 107.

170) V. ll. ll.

171) V. Diodor. XIII, 49.

172) V. Xenoph. Hellen. I, 1, 19.



Ab eodem Clearcho *Calchedona* [173]) quoque, hac parte extremam Atheniensium imperii civitatem [174]), ad desciscendum compulsam esse, quamquam ab auctoribus non proditum invenio, vix tamen dubitari potest. Inde posthac, cum Lacedaemonem reversus esset [175]), Byzantii et Calchedonis harmosta mittitur [175 b]). Utilior, quam aliorum fides, Atheniensibus facta est Calchedoniorum defectio. Qui cum, de illorum adventu certiores facti, apud vicinos Thraces fortunas suas deposuissent, Alcibiades, ut hae sibi dederentur, minis a Thracibus impetravit, eumque deinceps Hippocratem, Calchedonis harmosten, a Pharnabazo adjutum, devicisset, Pharnabazus, ut urbem ab obsidione liberaret, Atheniensibus viginti talenta solvit, ac praeterea Calchedonii non modo in posterum quantum antehac tributum expendere, sed etiam quod, ex quo desciverant, debebant, solvere cogebantur [176]). Nihilo secius tamen Calchedona posthac ab Atheniensibus captam esse, inde patet, quod Lysander post pugnam ad Aegos flumen eorum ibi praesidium reperisse proditur [177]). — In Calchedonio agro Athenienses post pugnam ad Abydum *Chrysopolin* muniverunt ibique triginta naves reliquerunt, quae decumam a navibus e Ponto venientibus exigerent et si qua alia ratione possent hostibus nocerent [178]). Videntur tamen, postquam Byzantium et Calchedona receperant, neque Chrysopolin hoc consilio amplius tenuisse, nec tot, quot dictum est, naves in hac regione habuisse.

Abydo amissa, Strombychides *Sestum* totius Hellesponti praesidium et custodiam constituit [179]), atque haec

173) De nominis scriptura v. iuterprr. ad Thuc. IV, 75. et Herod. IV, 144.

174) V. Aristoph. Eq. 174. cum Palmerii emendatione.

175) Post pugnam ad Cyzicum, cui eum interfuisse, Diodorus auctor est XIII, 51. Unde coujicias, eum auxilia petitum Spartam profectum esse.

175 b) V. Xenoph. Hellen. I, 1, 35. Eodem modo Sthenelaum utriusque urbis harmosten Lysander constituit. V. Hellen. II, 2, 2.

176) V. Xenoph. Hellen. I, 3, 2. sqq. Diodor. XIII, 66. Plutarch. Alc. 29. sqq.

177) V. Xenoph. Hellen. II, 2, 1.

178) V. Boeckh. Oecon. Civ. Athen. T. I. p. 349.

179) V. Thuc. VIII, 62.

urbs usque ad finem belli in Atheniensium potestate mansit [180]).

Defecisse contra videntur *Perinthus* et *Selybria*, fortasse a Clearcho inductae. Sed post pugnam ad Cyzicum illam Alcibiades recepit [181]), haec ei pecunias solvit [182]), postea tamen per proditionem ab eo capta est [183]).

Chersonnesus in fide erga Athenienses videtur perseverasse [184]). Vicini Thraces iisdem mercenarios praebebant [185]).

De Graecis maritimarum Thraciae orarum civitatibus non multa comperta habemus. Earum pleraeque, cum Brasidas eo pervenisset, ab Atheniensibus defecerant, qui paucas tantum, *Menden* [186]), *Toronen* [187]), *Scionen* [188]), receperunt. *Amphipolis*, quae e Niciae pace iis reddenda erat [189]), restituta iis non est [190]), nec, bello illato, eam videntur expugnasse [191]). *Argilus*, *Stagirus*, *Acanthus*, *Scolus*, *Olynthus*, *Spartolus*, *Mecyberne*, *Sane* et *Singe* eadem pace liberae declaratae erant [192]), ac proinde, cum bellum denuo erupisset, haud dubie Lacedaemoniorum partibus studebant [193]). Praeterea *Chalcidenses* [194]) et *Dictidienses* [195]), quibus mox *Dienses* [196]) accesserunt, Atheniensium hostes mansisse constat. Sed dum in Sicilia pugnabatur, in Thracia bellum segniter gestum videtur; post cladem Siciliensem an praeter eas, quas diximus, civitates aliae quoque desciverint, ignora-

---

180) V. Xenoph. Hellen. II, 1, 25.
181) Ibid. I, 1, 21.
182) Ibid.
183) V. Diodor. XIII, 66. Plutarch. Alc. 30. coll. Xenoph. Hellen. I, 3, 10.
184) V. Xenoph. l. l. Diodor. l. l.
185) V. l. l. Thraces ubique Atheniensium mercenarios conspicimus. V. Thuc. IV, 129. VII, 27.
186) V. Thuc. IV, 130.
187) V. V, 3.
188) V. V, 32.
189) V. V, 18.
190) V. V, 21. 35.
191) V. VII, 9.
192) V. V, 18.
193) V. V, 26: οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ξύμμαχοι οὐδὲν ἧσσον πολέμιοι ἦσαν. Cf. c. 35.
194) V. V, 31. 38. 80. 83. VI, 7. 10.
195) V. V, 35.
196) V. V, 82. ubi pro Διακτιδιῆς leg. est Διῆς. Cf. c. 35.

mus. *Thasii* quidem, ut deficerent, ea non commoti sunt. Etenim cum in Samo apud exercitum Atheniensium status popularis eversus esset, et, qui tunc res moderabantur, idem in sociis civitatibus fieri vellent, Diotrephes, in Thraciam delegatus, apud Thasios quoque paucorum dominatum instituit. Sed quos hoc beneficio collato, fideles se socios habituros esse sperarant, optimates, cum populares qui Atticas partes tuebantur, omni potestate exuti essent, opportuno tempore usi ad Lacedaemonios desciverunt [197]), ab iisque Eteonicum harmosten [198]) cum praesidio [199]) acceperunt. Is tamen cum suis postmodum, Ol. 92, 3. Ecphanto duce [200]), a popularibus ejectus est [201]), qui Ol. 93, 1. Thrasybulum receperunt [202]). Atque hinc Demosthenes l. l. factum esse dicit, ut Graecae Thraciae civitates denuo Atheniensium imperio subigerentur. Quod quamquam Xenophon confirmat, haud scio tamen, annon omnes subjectae fuerint. Diodorus quidem praeter Thasum nonnisi *Abdera* recuperata dicit. Receptae tamen fuerint plures, sed quae omnino defecerant, eae et numero et viribus majores erant, quam ut Thrasybulus exiguo tempore [203]) eas in potestatem redigere posset.

Insularum haud dubie pleraeque in Atheniensium ditione manserunt. Nonnullae tamen, eaeque maximae, quas ut par erat, Spartani inprimis adjuvabant, desciverunt. De Chio et Rhodo jam dictum est. *Euboea*, quae statim post cladem Siciliensem Lacedaemonios arcessiverat [204]), victis ab Hegesandrida Atheniensibus, illico defecit, eamque Athenienses tantam jacturam fecerunt [205]), ut miraremur, eos ejus recuperandae periculum non fecisse, cum, quae longe minoris momenti erat, *Andros*,

---

197) V. VIII, 65. quo loco non caute usus est Manso Sparta T. II. p. 284.

198) V. Xenoph. Hellen. I, 1, 32.

199) V. Demosth. Lept. §. 48.

200) V. l. l. Ecphanto ejusque sociis ἀτέλεια data.

201) V. Xenoph. l. l.

202) V. Xenoph. Hellen. I, 4, 9. Diodor. XIII, 72. utrumque factum contraxit et confudit.

203) Nam non multo post eum in Hellesponto et ad Phocaeam conspicimus. Ib. I, 5, 11.

204) V. Thuc. VIII, 5.

205) Ib. c. 95.

postquam defecerat, ab iis obsideretur [206]), nisi meminissemus, ad Euboeam aggrediendam tot opus fuisse copiis, quot cum alibi abunde occuparentur ad hanc expeditionem non comparari poterant, cum praesertim Oropus simul adoriendus fuisset. Nec tamen eos Euboeae recuperandae spem abjecisse inde patet, quod, cum hostes hanc insulam cum continente conjungere instituerent, Theramenes cum classe missus est, qui opus inchoatum impediret. Quod cum frustra conatus esset, hostium agros depopulabatur et a sociis pecunias exegit atque in *Paro* paucorum dominatum, quem ipsi Athenienses, quo tempore eadem reip. forma utebantur, ibi videntur instituisse [207]), antiquavit optimatesque pecuniis multavit [208]).

Corcyra, ubi eodem tempore qui Lacedaemoniis favebant res novas moliebantur, a Conone, Naupacto succurrente [209]), Atheniensibus servata est [210]), qui anno post *Pylum* [211]) et *Nisaeam* [212]) amiserunt.

---

206) V. Xenoph. Hellen. I, 4, 22. sq. Diodor. XIII, 69 Plutarch. Alc. 35.

207) Cf. Thuc. VIII, 64.

208) V. Diodor. XIII, 47.

209) Ibi eum reliquit Thuc. VII, 31. Si Cornelio Nepoti fides habenda esset, Thucydides vel Xenophon Cononem gloria bene merita fraudassent. Ita enim ille: *Conon Atheniensis Peloponnesio bello accessit ad remp., in eoque ejus opera magni fuit. Nam et praetor pedestribus exercitibus praefuit, et praefectus classis res magnas mari gessit. Quas ob caussas praecipuus ei honos habitus est. Namque omnibus unus in insulis praefuit. In qua potestate Pheras cepit, coloniam Lacedaemoniorum.* Vita Con. 1. Sed postrema vix dubitari potest, quin e Xenophonte Hell. IV, 8, 7. fluxerint. Atque ut haec, ita etiam praegressa falso temporibus notata arbitror.

210) V. Diodor. XIII, 48. cujus capitis extrema parte: ἡ μὲν οὖν ἐν Κερκύρᾳ φυγὴ τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, pro φυγή leg. videtur σφαγή.

211) V. Diodor. XIII, 64. ubi quae Wessel. de Anyti δωροδοκίᾳ annotat, iis adde Lex. Seg. p. 236. 6. Ibi tamen Meles nominatur (haud dubie diversus ab eo, cujus mentio est apud Schol. ad Aristoph. Av. 859.) et pro δ' ἐδόκει leg. est δὲ δοκεῖ.

212) V. Diodor. XIII, 65.

CAPUT SEXTUM.

DE PERSARUM CUM GRAECIS RATIONIBUS.

Quo flagrabant mutuo Athenienſes ac Lacedaemonii odio, Salaminis et Plataearum immemores, non dubitabant, vel infeſtiſſimos barbarorum, Perſas, ſibi adjungere ſocios. Primi horum auxilium petere auſi videntur Lacedaemonii [1]. Sed quos eo conſilio legatos miſerant, hi ab Athenienſibus intercepti ſunt atque necati [2]. Hos ſequebantur alii aliique, qui cum discrepantes ferrent conditiones, Artaxerxes Artaphernem ad Spartanos legavit, qui peteret, ut, ſi quid aperte dicere vellent, cum ipſo legatos mitterent. Verum Artaphernes quoque ab Athenienſibus interceptus eſt, qui deinceps ipſi cum eo legatos ad regem miſerunt. Sed hi cum Epheſi de Artaxerxis morte certiores facti eſſent, re infecta redierunt [3].

---

1) *Ἀνεπίφθονον* hoc judicat Archidamus apud Thuc. I, 84. Ac ſtatim ab initio belli *utrosque* legatos ad regem mittere voluiſſe patet ex II, 2. ubi ſic diſtinguendum: *οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο ὡς πολεμήσοντες, παρεσκευάζοντο δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν — πρεσβείας τε μέλλοντες πέμπειν παρὰ βασιλέα καὶ ἄλλασε ἐς τοὺς βαρβάρους, εἴ ποθέν τινα ὠφέλειαν ἤλπιζον ἑκάτεροι προςλήψεσθαι, πόλεις τε ξυμμαχίδας ποιούμενοι, ὅσαι ἦσαν ἐκτὸς τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως.* Quo facto participia *μέλλοντες* et *ποιούμενοι* ad utrumque populum referenda ſunt, id quod jam Portum perſpexiſſe video.

2) V. II, 67. coll. Ariſtoph. Acharn. 647. coll. Herod. VII, 137. Diodor. XII, 41.

3) V. IV, 50. De *Ἀσσυρίοις γράμμασι*, quorum ibi mentio eſt, v. Schweighaeuſer. ad Herod. IV, 87. De Artaxerxis (ſive Artoxerais, v. Weſſel. ad Herod. VI, 98. et Schweighaeuſer. in var. lectt. ad VI, 43.) morte v. Weſſel. ad Diodor. XII, 64.

Hanc quidem primam Atheniensium ad regem legationem Thucydides memorat. Sed jam ante aliam ab iis ad eundem missam fuisse ex Aristophanis Acharnensibus patet [4]. Quod haec eorum, quorum causa missa erat, nihil impetravit, fortasse non tam a legatorum socordia et negligentia repetendum est, quam a regis rationibus, qui Asiaticorum Graecorum imperium sibi arrogabat [4b]. Quo cum Athenienses ei cedere nollent, mox haud dubie frustra se ejus amicitiam quaesituros esse intellexerunt, eamque ambire desierunt, cum praesertim non multo post inter ipsos et Lacedaemonios induciae fierent [5], quas Niciae pax subsecuta est [6]. Et vero postquam bellum denuo eruperat, initio quidem, neutri Persarum opem videntur implorasse, tum quod aliquamdiu utrique aperte foedus frangere hostesque se ostendere cunctabantur [7], tum quod belli scena, Sicilia, remotior erat, quam ut a regis amicitia multum adjumenti exspectandum esset. Sed angustiae, in quas Athenienses, Decelea communita, praecipueque clade Siciliensi accepta, redacti sunt, probabile faciunt, eos, cum quacunque possent ratione afflictis opibus suis succurrere studerent, Persarum quoque auxilium sibi conciliare conatos esse. Quod de hac re nihil a Thucydide proditum reperitur, non propterea dubitandum est de veritate narrationis Andocidis: Epilyco, oratoris avunculo, legato, foedus Persas inter et Athe-

---

4) V. 61. sqq. de tempore nihil definiri potest, cum comicus numeros exaggeret. V. v. 80. sqq. et 67. ubi legati ridicule Enthymene archonte, itaque Ol. 85, 4. (v. Diodor. XII, 32. Dodwell. Annal. Thuc. T. II. p. 648. 664.) missi dicuntur.

4b) V. Thuc. VIII, 5.

5) V. Thuc. IV, 118.

6) Ib. V, 18.

7) Quamquam enim jam ad Mantineam pugnatum erat (v. Thuc. V, 61. sqq.) Atheniensesque τῇ Λακωνικῇ στήλῃ ἐπέγραψαν, ὅτι οὐκ ἐνέμειναν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς ὅρκοις (v. V, 56. coll. Aristoph. Lys. 512.) ac Pylo profecti eos infestabant (v. V, 115.), tamen non prius bellum apertum erupit, quam Athenienses, Argivis suadentibus, ipsam Laconicam invaserunt. V. VI, 105. Cf. VI, 10. VIII, 18. Male igitur Diodorus XII, 79. ita loquitur, ac si pugna ad Mantineam bellum redintegratum fuisset.

nienses compositum fuisse, quod horum modo imprudentia fregerit [8]).

Etenim Pissuthnes [9]), Hystaspis filius [10]), Sardium praefectus, a rege Dario II. Notho defecerat [11]), cumque

---

8) Andoc. de pace p. 103. Non me fugit, hanc orationem Andocidis esse, dubitare Taylorum in lectt. Lys. p. 260. Marklandum ad Aeschin. de falsa leg. p. 335. aliosque. Sed merito his adversari puto Ruhukenium in hist. crit. p. 134., Valckenarium apud Sluiter. lectt. Andoc. et praecipue Boeckhium in Oecon. Civ. Athen. T. I. p. 190. Atque etiamsi ab alio auctore profecta sit, nihilo tamen secius historico ea uti licet.

9) Ejus mentio est apud Thuc. I, 115. et III, 31. 34. Plutarch. Pericl. 25. Thuc. III, 31. sic legendum et distinguendum puto: *ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀπ' Ἰωνίας φυγάδων καὶ οἱ Λέσβιοι ξυμπλέοντες παρῄνουν, ἐπειδὴ τοῦτον τὸν κίνδυνον φοβεῖται, τῶν ἐν τῇ Ἰωνίᾳ πόλεων καταλαβεῖν τινὰ ἢ Κύμην τὴν Αἰολίδα, ὅπως ἐκ πόλεως ὁρμώμενοι τὴν Ἰωνίαν ἀποστήσωσιν — ἐλπίδα δ' εἶναι· οὐδενὶ* (sic etiam cod. Monac. 228. pro *οὐδὲν* exhibet, v. Goeller. in Act. Monac. T. II. Fasc. 2. p. 242.) *γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι — καὶ* (repete *ὅπως*), *τὴν πρόσοδον ταύτην μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἣν ὑφέλωσι καὶ ἅμα ἣν ἐφορμῶσιν αὐτοῖς, σφίσι δαπάνη γίγνηται· πείσειν τε οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην, ὥςτε ξυμπολεμεῖν*: alii — *suadebant ut — Ionicarum aliquam urbium occuparet vel Cymen Aeolicam, quo* (Lacedaemonii) *ex urbe prodeuntes Ioniam ad deficiendum compellerent — (quod effectum iri spem esse, cum nullis* (Atheniensium sociis) *invitis advenerint) ac, si his reditibus, qui maximi essent Atheniensium, eos spoliarent, simulque, si classem iidem ipsos observantem et obsidentem compararent, pecunias perderent.* *Οὐδενὶ ἀκουσίως* dici posse, negat Poppo p. 164. vocem *ἀκούσιος* latino *non voluntarius* respondere ratus, quod falsum videtur. Cf. III, 40. 82. IV, 98. Ad *ἀφῖχθαι* subaudio *Λακεδαιμονίους*, qui cum jam ad Ioniam appulerint (v. III, 29), praeteritum nullam offensionem habet. Quod *ἣν* ante *ὑφέλωσι* non ante *τὴν πρόσοδον* collocatum est, inde explicandum est, quod *τὴν πρόσοδον* sonum habet. Pro *αὐτοῖς*, *σφίσι* Goeller. l. l. *σφίσι*, *αὐτοῖς* exhibuit cum marg. et cod. Monac. 228. et Paris. I. Sed cum in *ἐφορμῶσιν* novum subjectum, Athenienses, lateat, *σφίσιν* ad hos, *αὐτοῖς* ad Lacedaemonios videtur referri posse. Quae Poppo de his pronominibus statuit, non carent exceptionibus. Denique ex *δαπάνη γίγνηται*, quod tantum ad posterius membrum quadrat, non item ad prius *τὴν πρόσοδον — ὑφέλωσι*, sumendum est *βλάβη γίγνηται*, quod non durum videri debet.

11) V. Thuc. I, 115. Unde conjicias, eum Artaphernis, Darii Hystaspis fratris, fuisse nepotem. Nam Artaphernes eidem provinciae praefuerat (V. Herod. V, 25.), quae *νόμον τόν τε Φρύγιον καὶ Λύδιον καὶ Ἰωνικόν* complectebatur. V. id. III, 127. Diversa erat ab hac praefectura *ἡ στρατηγία τῶν κάτω* (v. Valckenar. ad Herod. IV, 18. Schneider. ad Xenoph. Anab. I, 1, 2.)

proditione captus esset [12]), spurius ejus filius, Amorges, paternis opibus usus bellum contra Tissaphernem, satrapam a rege missum, continuavit [13]). Ac sibi, ut regis copiis resisteret, non satis virium esse ratus Atheniensium auxilium imploravit, qui solita imprudentia [14]), fortasse a corruptis oratoribus inducti [15]), tanto facilius morem ei gesserunt, cum suae Persarumque rationes ita sibi adversarentur, ut vix ac ne vix quidem diuturna esset speranda amicitia. Namque qui maximam partem Atheniensium ditioni subjecti erant, Asiatici Graeci, eorundem imperium rex sibi arrogabat ac tributa, iis solvenda, a satrapis exigebat. Itaque, foedere ab Atheniensibus rupto, Tissaphernes [16]) et Pharnabazus [17]) non dubitabant Lacedaemonios accire eorumque ope

---

sive *τῶν παραθαλασσίων ἀνδρῶν (ἀνθρώπων)*. V. Herod. V, 25. VII, 155. Quae cum et ipsa Pissuthnis successori, Tissapherni, data fuerit, (v. Thuc. VIII, 5.), mireris, eam posthac Cyro attributam esse. V. Schneider. l. l. An forte rex metuebat, ne, si tanta unius esset potentia, is defectionem moliretur?

12) V. Exc. e Ctes. Pers. ad calc. Herod. p. 882. ed. Wessel.

13) Ita enim probabilius mihi statuere videor, quam Manso Spartae T. II. p. 258. qui eum Cariae praefectum fuisse conjicit. Obscurius de Amorge loquitur Thuc. VIII, 5. 28. 36. Ejus nomen habet Harpocr. ad quem Valesius non conferre debebat Herod. V, [121].

14) Cujus appositum exemplum narrat Xenoph. Hellen. IV, 8, 24.

15) Quos ut sibi conciliaret, haud dubie Amorges opibus suis, de quibus v. Thuc. VIII, 56. non pepercit.

16) De eo cf. Manso Spartae V. III. T. 2. p. 28. sqq.

17) *Τὴν Δασκυλῖτιν σατραπείαν* sive *τὸν ἐν Δασκυλείῳ νομόν* (v. Herod. III, 120.) cujus caput erat Dascylium (v. Xenoph. Hellen. IV, 1, 15.) Artabazus, Pharnacis F. (v. Herod. VII, 66.) a Xerxe acceperat (v. Thuc. I, 119.) fortasse propterea, quod regem a Graecis victum usque ad Hellespontum comitatus erat (v. Herod. VIII, 126.). Artabazum exceperunt Pharnabazus I. filius, Pharnaces II. nepos (v. Thuc. II, 67. V, 1. VIII, 6. ubi *Φαρνάκου* leg. esse jam Dukerus monuit. Aristoph. Av. 1028. coll. Xenoph. Hellen. IV, 1, 33.) Pharnabazus II. pronepos, is, de quo nobis sermo est. Quod Thuc. VIII, 58: *οἱ Φαρνάκου παῖδες* memorantur inde non collegerim, Pharnabazo fratres fuisse imperii participes, sed illos intellexerim Pharnacis I. posteros, non Pharnacis II. filios. Caeterum fallitur Chariton p. 98. ed. Lips. cum hunc Lydiae et Ioniae praefectum facit.

Graecas Asiae civitates Atheniensibus eripere. Alcibiade suadente Spartani prius Tissapherni succurrerunt nec solum maximam Ioniae partem ab Atheniensium societate abalienarunt, sed Iasum quoque, ubi Amorges se tenebat, expugnarunt, ejusque divitiis sese locupletarunt [18]). Sed non multo post dissensio inter ipsos et satrapam exstitit de mercede ab hoc solvenda. Etenim ἐπειδὴ τὴν Ἴασον κατεστήσατο ὁ Τισσαφέρνης ἐς φυλακὴν, παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον καὶ μηνὸς μὲν τροφὴν, ὥςπερ ὑπέστη ἐν τῇ Λακεδαίμονι, ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε, τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου ἐβούλετο τριώβολον διδόναι ἕως ἂν βασιλέα ἐπέρηται· ἢν δὲ κελεύῃ, ἔφη δώσειν ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος, τοῦ Συρακουσίου στρατηγοῦ, (ὁ γὰρ Θηραμένης οὐ ναύαρχος ὢν, ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων [19]), μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ,) ὅμως δὲ [20]) παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν· ἐς γὰρ πέντε ναῦς [καὶ πεντήκοντα] τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνὸς καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσῳ πλείους νῆες ἦσαν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦτον ἐδίδοτο [21]). Recte haud dubie viri docti [22]) statuunt, verba καὶ πεντήκοντα ex c. 26. irrepsisse. In praegressis autem verba παρὰ πέντε ναῦς significare putant *in quinas naves*. Hac ratione admissa quotidie nautarum unusquisque aliquanto plus, quam tres obolos acceperit. Sed posthac quoque drachmam Atticam iis datam esse, inde conjeceris, quod Alcibiades demum traditur τὴν μισθοφορὰν ξυντεμεῖν, ἀντὶ δραχμῆς Ἀττικῆς ὥςτε τριώβολον καὶ τοῦτο μὴ ξυνεχῶς δίδοσθαι [23]). Haec difficultas ita videatur expedienda esse, ut statuatur, pacta quidem in quinas naves nonnisi tria talenta, quae rex solveret, in singulos menses fuisse, sed Tissaphernem ex suis duo talenta addidisse, ut quotidiana hominis merces drachmae Atticae esset.

---

18) V. Thuc. VIII, 28.

19) V. c. 26.

20) i. e. *quamquam Theramenes non adversabatur*. De particula δέ post parenthesin illata v. Hermann. ad Viger. p. 847. Wolf. et Weisk. ad Xenoph. Hellen. I, 5, 20. Monui propter Heilmannum.

21) Thuc. VIII, 29.

22) V. Duker. ad h. l. et Boeckh. de Oecon. Civ. Athen. T. I. p. 297.

23) V. Thuc. VIII, 45.

Sed nec probabile est, Tissaphernem tantos sumtus fecisse, neque haec explicatio cum Xenophontis loco satis concinit, ubi Cyrus dicit, εἶναι τὰς συνθήκας οὕτως ἐχούσας, τριάκοντα μνᾶς ἑκάστῃ νηῒ τοῦ μηνὸς (i. e. τριώβολον ἑκάστῳ ναύτῃ τῆς ἡμέρας) διδόναι [24]. Abs quo Lysander aegre impetrat, ut quatuor oboli quotidie viritim darentur. Nunc autem Peloponnesii tanto magis eadem fere summa contenti esse poterant, quad τὰ ἐκ τῆς Ἰάσου μεγάλα χρήματα διαρπασθέντα ὑπῆν τοῖς στρατιώταις [25]. Haec cum ita sint, suspicor verba ἀντὶ δραχμῆς Ἀττικῆς c. 45. e margine irrepsisse, adscripta ab aliquo, qui antea [26] eam fuisse mercedem meminerat. Mirum est autem, quod in foederibus a Thucydide servatis certi quidquam de mercede omnino non definitum reperitur. Et in primo quidem omnino nulla ejus mentio injicitur [27]; in altero autem haec modo constituuntur: ὁπόση ἂν στρατιὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ βασιλέως ᾖ, μεταπεμψαμένου βασιλέως, τὴν δαπάνην βασιλέα παρέχειν [28]; in tertio denique: τροφὴν ταῖς ναυσὶ ταῖς νῦν παρούσαις Τισσαφέρνην παρέχειν κατὰ τὰ ξυγκείμενα, μέχρις ἂν αἱ νῆες αἱ βασιλέως ἔλθωσι· Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, τὰς ἑαυτῶν ναῦς, ἢν βούλωνται τρέφειν, ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι· ἢν δὲ παρὰ Τισσαφέρνους λαμβάνειν ἐθέλωσι τὴν τροφήν, Τισσαφέρνην παρέχειν, Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους, τελευτῶντος τοῦ πολέμου, τὰ χρήματα Τισσαφέρνει ἀποδοῦναι, ὁπόσα ἂν λάβωσιν [29]. Itaque ne hic quidem certam mercedis summam pactam vides; pactam tamen jam antea fuisse, conjecerit aliquis e verbis κατὰ τὰ ξυγκείμενα. Sed haec verba eo videantur referri posse, quod in universum promissum erat: τὴν δαπάνην βασιλέα παρέχειν. Urget tamen Xenophontis, quem proposuimus locus, ubi disertis verbis, quantam foedera mercedem constituerint, proponitur. Itaque nisi apud Thucydidem aliquid excidit, eo confugiendum videtur, ut statuatur, summam a Xenophonte dictam propter-

24) V. Xenoph. Hellen. I, 5, 5. In universum 5000 talenta eos accepisse auctor est Isocr. de Pace 32.

25) V. Thuc. VIII, 36.

26) V. c. 29.

27) V. c. 17.

28) V. c. 37.

29) V. c. 58.

ea in foederibus non diserte expressam esse, quod ea ordinaria merces fuerit [30]).

Non multo post, quam illa, de qua diximus, Tissaphernem inter et Spartanos orta erat dissensio, Lacedaemonii Hippocratem et Doriea, qui cum tredecim navibus Cnidum advenerant, ἐκέλευον ταῖς μὲν ἡμισείαις τῶν νεῶν Κνίδον φυλάσσειν, ταῖς δέ, περὶ Τριόπιον οὔσαις, τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας προσβαλλούσας ξυλλαμβάνειν [31]). Horum postrema sunt, qui ita interpretentur: *Lacedaemonii, cum Tissaphernes non satis ipsorum commodis prospicere videretur, onerarias ejus naves intercipere voluerunt, ut ostenderent, graves ei se inimicos posse esse* [32]). Sed eo usque Peloponnesios fuisse progressos ne tum quidem probabile esset, si hoc tempore revera simultas inter eos et Tissaphernem exorta fuisset; quod nondum factum fuisse inde conjicias, quod scriptor dicit, iis hoc tempore μισθὸν δίδοσθαι ἀρκούντως [33]). Itaque statuendum videtur eas, de quibus dictum est, onerarias commeatus advexisse Atheniensibus [34]), quae sententia eo confirmatur, quod hi, de Peloponnesiorum consilio certiores facti, illico ad Triopium contendisse narrantur, scilicet ne commeatus ipsorum interciperetur, quem, captis sex hostium navibus, videntur accepisse. Sed objecerit aliquis, non verisimile esse, ex Aegypto, quae Persarum regis imperio paruerit, frumenta apportata fuisse Atheniensibus, ejusdem regis hostibus. At hoc tempore Aegyptii sub Amyrtaeo in libertatem se videntur vindicasse [35]).

Paulo post πρὸς τὸν Τισσαφέρνην ἐδόκουν τοῖς Πελοποννησίοις αἱ πρῶται ξυνθῆκαι αἱ πρὸς Χαλκιδέα γενόμεναι, ἐνδεεῖς εἶναι καὶ οὐ πρὸς σφῶν μᾶλλον, καὶ ἄλλας ἐπὶ Θηραμένους παρόντος ἐποίουν [36]). Verum hoc foedere nonnulla quidem accuratius definiuntur, emolumenta vero Lacedae-

---

30) V. c. 45. et Schneider. Addend. ad Xenoph. Hellen. p. 107.

31) V. Thuc. VIII, 35.

32) V, Manso Spartae T. II. p. 269.

33) V. Thuc. VIII, 36.

34) Quibus frumenta inde advecta esse constat. Cf. Xenoph. R. Ath. II, 7 Theophr. hist. plant. 8. 4. Boeckh Oec. Civ. T. I. p. 98. Sic interpretari video etiam Neophytum Ducam. Cf. Thuc. II, 69.

35) V. Bredow. hist. aut. p. 108. sq. cl. Gottlebero ad Thuc. I, 110.

36) V. Thuc. VIII, 36.

moniis nulla conceduntur, ut vix possis, quin Theramenem a Tissapherne corruptum fuisse suspiceris. Quare Lichas, ὁ ξύμβουλος, τὰς σπονδὰς οὐδετέρας, οὔτε τὰς Χαλκιδέως[37]) οὔτε τὰς Θηραμένους ἔφη καλῶς ξυγκεῖσθαι, ἀλλὰ δεινὸν εἶναι, εἰ χώρας, ὅσης βασιλεὺς καὶ οἱ πρόγονοι ἦρξαν πρότερον, ταύτης καὶ νῦν ἀξιώσει κρατεῖν· ἐνῆν γὰρ[38]) καὶ νήσους ἁπάσας πάλιν δουλεύειν καὶ Θεσσαλίαν καὶ Λοκροὺς καὶ τὰ μέχρι Βοιωτῶν· καὶ ἀντ' ἐλευθερίας ἂν Μηδικὴν ἀρχὴν τοῖς Ἕλλησι τοὺς Λακεδαιμονίους περιθεῖναι. Ἑτέρας οὖν ἐκέλευε βελτίους σπένδεσθαι ἢ ταύταις γε οὐ χρήσεσθαι· οὐδὲ τῆς τροφῆς ἐπὶ τούτοις δεῖσθαι οὐδέν. Ἀγανακτῶν δὲ ὁ μὲν Τισσαφέρνης ἀπεχώρησεν ἀπ' αὐτῶν δι' ὀργῆς καὶ ἄπρακτος[39]). Interim Alcibiades, cum Astyocho ut ipsum interficeret mandatum esse comperisset, ad Tissaphernem confugerat, eique auctor fuit ut bellum trahendo Graecos attereret, quo tanto facilius in regis ditionem venirent. Quod consilium cum satrapa magnopere probaret, posthac neque stipendium integrum militibus persolvebat nec Phoenicum naves, quas instruere constituerat, adducebat[40]). Neque tamen ab Alcibiade sibi persuaderi passus est, ut societa-

---

37) Verba οὔτε τὰς Χαλκιδέως in vulg. Thuc. edd. desunt. Sed Valla, cui Cl. et Mosq. suffragantur, in codice suo invenit, quae a Thucydide profecta esse mihi quidem persuasum est, propterea, quod quae mox reprehenduntur a Chalcideo potissimum pacta erant. Male igitur Haackius interpretamenti nomine ista verba damnat, οὐδὲ τὰς Θηρ. edens.

38) Non quidem disertis verbis. Pactum enim erat tantum hoc c. 18: ὁπόσην χώραν καὶ πόλεις βασιλεὺς ἔχει καὶ οἱ πατέρες οἱ βασιλέως εἶχον, βασιλέως ἔστω. Sed ex hoc loco metuendum erat, ne callida interpretatio, quali olim Ludovicus XIV, Franco-Galliae rex, utebatur, istum, quem Lichas dicit, sensum eliceret. Mirum est autem, quod in Theramenis foedere de hac conditione nihil memoratur. An Lacedaemonii eam silentio antiquatam putabant? At Tissaphernes tamen eandem extricare poterat e verbis ὁπόση χώρα καὶ πόλεις βασιλέως εἰσὶ Δαρείου ἢ τοῦ πατρὸς ἦσαν ἢ τῶν προγόνων, ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ μηδὲ κακῷ μηδενὶ μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τους (al. τῶν, quod e sqq. ortum videtur.) Λακεδαιμονίων, μήτε φόρους πράσσεσθαι ἐκ τῶν πόλεων τούτων μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τῶν Λακεδαιμονίων. — Caeterum pro ἐνῆν Paris. K. cui Valla assentitur, ἐχρῆν habet.

39) c. 43 Cf. c. 52.

40) V. c. 45. sq. Eandem agendi rationem Cyro commendabat (V. Xenoph. Hellen. I, 5, 9.) Qui tamen cum Persarum imperium meditaretur, Lacedaemonios sibi certos amicos conciliare maluit.

tem cum Athenienſibus iniret [41]). Metuebat enim, ne Lacedaemonii vel vincerentur, ſi inopia coacti committerent, vel a nautis desererentur, ſi ſtipendia ſolvere non poſſent. Quorum ſi alterutrum fieret, haud dubium videbatur, quin Athenienſes praepotentes evaderent. Ac praeterea verebatur, ne Peloponneſii victu egentes terras ſuas compilarent [42]). His rationibus ductus cum Peloponneſiis tertium foedus pactus eſt, quo de regis finibus haec conſtituebantur: *χώραν τὴν βασιλέως, ὅση τῆς Ἀσίας ἐστί, βασιλέως εἶναι καὶ περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βασιλεὺς ὅπως βούλεται* [43]). Aſiae igitur civitates aperte Perſis proditae ſunt. Sed harum inprimis eae, quae jam inſigni ſtudio Peloponneſios adjuverant iſta conditione non admo-

---

41) V. c. 52. *Ἀλκιβιάδης μὲν Τισσαφέρνην παρεσκεύαζε καὶ ἀνέπειθεν, ὅπως φίλος ἔσται τοῖς Ἀθηναίοις, δεδιότα μὲν τοὺς Πελοποννησίους, ὅτι πλείοσι ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων παρῆσαν, βουλόμενον δὲ ὅμως, εἰ δύναιτό πως, πεισθῆναι ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ τὴν ἐν Κνίδῳ διαφορὰν* (v. c. 43.) *περὶ τῶν Θηραμένους σπονδῶν ἤσθετο τῶν Πελοποννησίων.* Pro *πεισθῆναι* Marg. Reg. Ar. C. Dan. Gr. Caſſ. in marg. Ald. Flor. Baſ. Pariſſ. C. D. E. F. G. I. K. Valla *πιστευθῆναι* offerunt, quod Dukerus et Bredowius probant. Sed Haackius vulgarem lectionem defendit: „verba *βουλόμενον, εἰ δύναιτό πως, πεισθῆναι* non tam oſtendunt, revera jam alienatum eſſe Tiſſaphernem a Peloponneſiis, ſed tantum cupiviſſe, ut de ſocietatis cum Athenienſibus faciendae commodis ipſi, ſi fieri poſſet, perſuaderetur." Sed haec ſententia, ut per ſe ſubabſurda eſt, ita cum praegreſſis nullam oppoſitionem facit. Quare non dubito, quin *πιστευθῆναι* unice vera ſit lectio, de cujus tamen interpretatione ambigitur. Dukerus enim *ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων* ſubaudit, Bredowius contra *ὑπ' Ἀλκιβιάδου* ſ. *ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων*, Dukerum particulas *μέν* et *δέ* neglexiſſe ratus. Sed is haud dubie locum ita intellexit: *Tiſſaphernes quamquam Peloponneſios metuebat* (ideoque, ut utriusque populi vires exaequaret, cum Athenienſibus ſocietatem inire meditabatur), *nihilo ſecius tamen adhuc ab illis fidem ſibi haberi volebat.* Verum haec interpretatio ſatrapae metui vim tribuit, quam non habuit (v. c. 56. ubi *τὸ δέος* noſtrum locum reſpicit.). Tiſſaphernes enim hoc potiſſimum metuebat, ne provincia ſua a Peloponneſiis devaſtaretur. V. c. 57. Deinde eidem interpretationi, ut Haackius etiam notavit, adverſantur ſqq. His de cauſis veram puto Bredowii rationem. *Πιστευθῆναι* autem ab Alcibiade voluit Tiſſaphernes, ut, ſi, quod verendum erat, Lacedaemonii nimium ſibi arrogarent, Athenienſes ſibi facile conciliare poſſet ſocios, quorum auxilio illos debellaret.

42) V. c. 57.

43) V. c. 58.

dum videntur contentae fuisse. Milesii quidem non multo post Tissaphernis praesidia ex urbe sua ejecerunt. Ὁ μέντοι Λίχας οὔτε ἠρέσκετο αὐτοῖς, ἔφη τε, χρῆναι Τισσαφέρνει καὶ δουλεύειν Μιλησίους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τῇ βασιλέως τὰ μέτρια καὶ ἐπιθεραπεύειν, ἕως ἂν εὖ θῶνται τὸν πόλεμον [44]). Hac scilicet clausula socios consolabantur Lacedaemonii, perfidia satrapae non cessuri. Qui quidem post hoc foedus eadem, qua antea, erga eos utebatur versutia. Nam neque Phoenicum naves arcessebat [45]), neque stipendium perpetuum ac solidum praebebat [46]) ac praeterea Alcibiade, ab Atheniensibus revocato, familiariter uti videbatur [47]). Cumque Astyochus ei non adversaretur ideoque pecunia corruptus esse existimaretur [48]), non multum aberat, quin inter Peloponnesiorum milites seditio oriretur [49]), cum commodo Mindarus, Astyochi successor, advenit [50]). Tunc vero Tissaphernes non solum Spartam legatum misit, per quem se purgaret [51]), sed etiam Phoenissas naves arcessiturus, Philippo, Spartano, sequente [52]), ipsé Aspendum est profectus. Stipendium interim a Tamo [53]) solutum iri promittebat. Sed quemadmodum hoc non melius, quam antea fiebat [54]), ita nec Phoenicum naves advenerunt, quae cum Aspendum venissent, pecuniis, ut dimitterentur, a satrapa impetraverunt. Qui hujus dimissionis hanc caussam praetexebat, quod minor, quam rex jussisset, haec

---

44) V. c. 84. ubi transpositione facta legerim: *δουλεύειν καὶ Μιλησίους*.

45) V. c. 49. 78.

46) V. c. 78. 80. 83.

47) V. c. 82. 87.

48) Quod non veri dissimile est. Hac enim arte Tissaphernes, Alcibiade auctore, utebatur. V. c. 45.

49) V. c. 83. sq. coll. 78.

50) V. c. 85.

51) Ib.

52) V. c. 87. 99. Quem secum ire jusserat, Lichas hoc tempore videtur aegrotasse. Non multo quidem post mortuus est. V. c. 84. ubi ante *νόσῳ* cum Cass. Aug. F. *καὶ* inserendum.

53) Tissaphernis *ὑπάρχῳ* (cf. c. 31.), quales huic plures subditi erant, veluti Arsaces v. c. 108. Tages ib. c. 16. qui videtur idem esse, quem Xenophon Hellen. I, 2, 5. haud scio an rectius, *Στάγην* vocat. De *ὑπάρχοις* cf. Dorvill. ad Charit. p. 407. sq. (p. 448. ed. Lips.)

54) V. c. 87. 99.



classis contracta fuisset [55]. Nunc tandem Lacedaemonii, de hac re certiores facti, quin a Tissapherne decepti essent non amplius dubitare poterant, cumque nec stipendia a Tamo solverentur, ira simul et inopia commoti eo properabant, quo jam dudum largis promissis arcessiti fuerant.

Etenim Pharnabazus eodem quo Tissaphernes tempore legatos Spartam miserat, qui, pecuniis, quibus Lacedaemonios adjuvarent, instructi [56], hos, ut classem in Hellespontum mitterent, adducerent [57]. Sed Spartani quamquam auxilium ei suum non denegabant, tamen antea in Ioniam et Lesbum expeditionem facere constituerunt [58]. Postea vero Pharnabazi legati impetraverunt, ut nova classis pararetur atque in Ioniam mitteretur, unde Clearchus satrapae auxilia adduceret [59]. Quod tamen aliquamdiu dilatum est, cum Astyochus omnibus navibus, non quidem uteretur, sed opus tamen haberet. Neque iis prius cum copiarum parte Clearchum in Hellespontum misit, quam inopia, ut hoc faceret, eum adegit [60] Atque Clearchus, Pharnabazo adjuvante, plures illius regionis civitates ad defectionem compulit [61]. Cum tota autem classe Mindarus demum Astyochi successor, ubi a Tissapherne sibi verba dari cognoverat, in Helles-

---

55) Thucyd. c. 87. naves fuisse dicit 147. cui numero Plutarch. Alc. 25. tres addit. Sed Isocr. de Big. 7. nonnisi 90. numerat; contra Diodor XIII, 36. (coll. 38.) *μετεπέμψατο δὲ καὶ* (ὁ *Φαρνάβαζος*: ita enim pro Tissapherne scribit) *ἐκ Φοινίκης τριήρεις τριακοσίας, διαλογιζόμενος ἀποστεῖλαι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν*. Quorum nihil verum videtur. Caeterum jam Thucydidis tempore quaesitum est, cur Tissaphernes, cum naves non adducere voluerit, Aspendum profectus sit. Conjecturas, quas, ut hujus itineris rationem redderent, scriptor alios alias commentos esse refert, eas equidem omnes conjungendas esse putaverim. V. l. l. Obiter moneo verba *καὶ γὰρ ὧς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι* sic explicanda videri: *nam etiamsi pecunias a Phoenicibus non accepisset, nihilo magis tamen iis usus esset, sed reverti jussisset.*

56) V. c. 8.

57) V. c. 6.

58) V. c. 8.

59) V. c. 59.

60) V. c. 80.

61) V. Commentatt. c. 5.

pontum profectus eſt [62]). Neque erat, quod hujus conſilii eum poeniteret. Nam etſi plures ibi calamitates Peloponneſii experti ſunt, Pharnabazus tamen ſumma fide et conſtantia [63]) eos adjuvabat, neque vitae [64]) nec copiis ſuis [65]) parcebat, afflictos conſolabatur, ad inopiam redactos largitionibus ſublevabat [66]), donec Cyri liberalitas deſperatas eorum res denuo evexit.

---

62) V. c. 99. ſqq.

63) Qua ipſe erga Ageſilaum gloriatur apud Xenoph. Hellen. IV, 1, 32.

64) Ib. I, 1, 6.

65) IV, 1, 32.

66) Ib. I, 1, 24. ſqq.

CAPUT SEPTIMUM.

DE CCCC VIRORUM DOMINATU.

Qui parti civium consulunt, partem negligunt rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum. Hinc apud Athenienses magnae discordiae; in nostra republica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella civilia.

Cic.

Ea conjunctio, qua qui ejusdem civitatis sunt inter se continentur, laxior est, quam ut omnium commodis satisfacere posse videatur. Itaque fieri solet, ut singuli arctiore societate inita sibi consulere studeant [1]). Hae societates ut diversae sunt origine, nomine, genere, consilio, ita earum nullae graviores reperiuntur iis, quae, in civitatibus prave constitutis saepe coortae, reipublicae administrationem affectant.

Liberarum Graeciae civitatum ea erat ratio, ut, sive a paucis regebantur, sive plebis consilio administrabantur, non a vexationibus immunes manerent qui dominanti civium ordini oppositi essent. Sed hi ubi animadverterunt, se, quod nulla necessitudine inter se conjungerentur, impune ab adversariis opprimi posse, factiones conflaverunt,

1) Inprimis Graecorum ea erat indoles, ut a magna societate abhorrerent, eamque in exiguum angustumque concludere studerent. Exemplum praebet Herod. I, 170. Hinc ista rerum publicarum seges. De factionum caussis bene disputat Garvius ad Ciceronis libros de off. interpretat. Germ. T. II. p. 174. sqq. p. 177. Cf. Aristot. Polit. IV, 13, 5.

quae in locis publicis contractae [2]), innoxio fodalitiorum nomine [3]) magiftratuum fufpicionem fruftrabantur. Cumque initio nonnifi id confilii habuiffent, ut fe fuaque ab aliorum injuriis defenderent, mox ipfae, ut fieri folet, injurias inferebant aliis, tantoque magis rebus publicis moderandis operam dederunt, quod fere duces nactae erant, fuis potius, quam civitatis commodis profpicientes [4]). Ita factum eft, ut fubinde et judicia regerent et magiftratus earum arbitrio crearentur [5]). Corroboratis viribus, hae factiones non raro feditiones [6]) et bella civilia excitabant, quae, fumma cupiditate [7]) gefta, vel

---

2) Cf. Plat. Legg. I. p. 636. b: τὰ γυμνάσια ταῦτα καὶ τὰ ξυσσίτια πολλὰ μὲν ἄλλα νῦν ὠφελεῖ τὰς πόλεις, πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπά. In convivio etiam ea factio (les Gueux) mota, quae defectionis Batavorum a Philippo II. auctor exftitit. V. Schilleri hift. hujus def. in oper. omn. T. V. p. 261. fqq. cl. p. 293. fqq. ed. 1813.

3) Rem illuftrat Graecum vocabulum ἑταιρεία (f. ἑταιρία, v. Porfon. ad Eurip. Oreft. 1070.), quod cum proprie effet φιλία κατὰ συνήθειαν ἐν τοῖς καθ' ἡλικίαν γεγενημένοις, v. Plat. Definitt. p. 413. c. deinde factionis quoque notionem induit. V. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 322. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 390. ex quibus haufit Aft. ad Legg. T. II. p 437.

4) Ἑταιρειῶν Principes, ἀρχηγοί, ἑταιρειάρχοι (v. Schneider. Lex. f. v.), memorantur, Thucydides, Milefiae filius, v. Plutarch. Pericl. 14. Alcibiades, v. Ifocr. de Big. 5. Critias et Charicles, v. Lyf. c. Eratofth. p. 420. Ismenias et Leontiades. v. Xenoph. Hellen. V, 2, 25. Omnino multi erant οἱ τοὺς ἑταίρους καὶ συνωμότας κεκτημένοι, v. Andoc. c. Alcib. p. 112., quorum auxilio multa facinora clam perpetrabant, v. Plat. Polit. II. p. 365. d.

5) Cf. Plat. Theaet. p. 173. d: σπουδαὶ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχὰς (ἀρχαῖς?). Thuc. VIII, 54: ξυνωμοσίας ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς. De eadem re, ratione tamen habita Platonicae reipublicae formae, difputat Ariftot. Polit. II, 5, 12. Interdum adeo contigiffe iis videtur, ut nonnifi ex ipfis magiftratus crearentur. Ib. V, 5, 5. De δεκασμῷ eorum cf. Hüllmann: Staatsrecht des Alterthums p. 145.

6) Στάσεις, quo tamen vocabulo etiam factiones fignificantur. V. Herod. I, 59. Thuc. II, 22. cl. Poppo obff. p. 23. Hinc στασιῶται Herod. V, 56, 72. VIII, 125. συστασιῶται V, 70. 124. ἀντιστασιῶται IV, 164.

7) Nam moderatione non magis populares, quam optimates utebantur. Horum erat jusjurandum: τῷ δήμῳ κακόνους ἔσομαι καὶ βουλεύσω, ὅ,τι ἂν ἔχω κακόν. V. Ariftot. Polit. V, 7, 19. coll. V, 8, 7. Hinc, eodem auctore V, 9, 21: πασῶν ὀλιγοχρονιώτεραι τῶν πολιτειῶν εἰσιν ὀλιγαρχία καὶ τυραννίς.

ipſarum vel adverſariorum exitio finiri ſolebant [8]). Eaque inprimis durante bello Peloponneſiaco commota ſunt, cum vel ii, qui ſe adverſariis non pares eſſe intelligerent, certamen inirent, optimates, quod Lacedaemoniorum, populares, quod Athenienſium ſibi auxilium non defuturum eſſe rebantur [9]). Ita ſimul de principatu et de rerum publicarum formis bellatum. Atque quemadmodum in civitatibus minoribus perpetuae turbae graſſabantur, ita nec Athenis factiones vigere deſinebant [10]), quas ibi vexationes, quibus divites premebantur [11]), excitabant et continuae lites [12]) alebant fovebantque. Quae factiones cum ab optimatibus conflatae viderentur ac, ne ſtatum popularem everterent, metuendum eſſet, mox a vigilibus ſuſpicioſae [13]) plebis canibus [14]), demagogis, inveſtigabantur et, conjurationum [15]) nomine notatae, in-

---

8) Veluti in Corcyra. V. Thuc. III, 70. ſqq. IV, 46. ſqq. Diodor. XII, 57. De alia Corcyraeorum ſeditione idem narrat XIII, 48. Cf. Schol. Ariſtoph. Av. 1462.

9) V. Thuc. III, 85. coll. I, 19. 143. III, 47. V, 81. Xenoph. R. A. I, 14. 16. III, 10. Ariſtot. Polit. IV, 9, 11. V, 6, 9. Diodor. XIII, 48. Plutarch. Alc. 26. Eodem modo bello Punico ſecundo „unus velut morbus invaſerat omnes Italiae civitates, ut plebes ab optimatibus diſſentirent; ſenatus Romanis faveret; plebs ad Poenos rem traheret.“ Liv. XXIV, 3 Omnino quot ſimilitudines inter bella Punica et Peloponneſiacum intercedant, nemo non animadvertit.

10) Sodalitates ibi mature exſtitiſſe, oſtendit Iſocr. Paneg. 22: (οἱ πρόγονοι) τὰς ἑταιρίας συνῆγον οὐχ ὑπὲρ τῶν ἰδίᾳ συμφερόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους ὠφελείᾳ. Quod, an vere dicat, equidem dubitaverim.

11) V. Thuc. VIII, 48. Xenoph. Sympoſ. IV, 30. ſqq. Memor. II, 9. Ariſtoph. Av. 285. Veſp. 1040. ſqq. Ariſtot. Polit. V, 4, 1. 8, 7.

12) De quibus v. Ariſtot. Av. 40. 1286. Eq. 1316. Veſp. paſſim. Thuc I, 78. Xenoph. R. A. III, 1. 2. Carpit hoc ſtudium Plat. Polit. III. p. 404.

13) V. Thuc. VI, 53. 60. quem egregie illuſtrat Ariſtoph. Veſp. 488. ſqq. Cf. et Lyſiſtr. 619.

14) Ita eos vocabat Demoſthenes. V. Plutarch. Demoſth. 23.

15) Συνωμοσιῶν. Phot. p. 410: συνωμοσία ἡ μεθ' ὅρκου φιλία. Minus recte Zonaras p. 1687: συνωμοσία. τὸ κατά τινων βουλεύσασθαι καὶ ἀλλήλους ὅρκοις συνδῆσαι, μὴ ἀποστῆναι τοῦ ἀτόπου βουλεύματος, μέχρις ἂν τοῦτο ἐκτελεσθείη. In univerſum συνωμόται ſunt οἱ δόντες σφίσι λόγον καὶ πίστιν ad quam-

dicabantur. Quibus accusationibus Cleon [16]), Pisander [17]), alii, haud dubie saepe abusi sunt, ut studium suum populo commendarent, ipsique, turbis excitatis, commodis suis consulerent. Nam a Pericle optimates tantopere prostrati fuerant [18]), ut nonnisi alienis opibus adjuti [19]) ita se erigere potuisse videantur, ut dominatum paucorum molirentur. Certe plurima concurrerent, necesse erat, quae ejusmodi conatibus faverent. Atque hoc factum est post cladem Siciliensem.

Etenim Alcibiades, cum, quod Hermas circumcidisset [19 b]) et statum popularem evertere voluisset, accusatus esset, ex Sicilia, quo imperator cum exercitu missus erat,

---

cunque rem exsequendam. V. Herod. VII, 148. coll. 145. Sed Athenienses per excellentiam ξυνωμότας ἔλεγον τοὺς ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου ξυνερχομένους. V. Schol. ad Aristoph. Vesp. 543. Sic intell. Eq. 257. 451. cf. et 475. et Vesp. 505. (ubi non opus est, ut cum Valckenario ad Herod. I, 59. ὡς p. ὧν legatur). Hinc factum est, ut ξυνωμοσία atque ἑταιρία fere idem valerent. Prius tamen vocabulum magis probrosum videtur fuisse. V. Vesp. 947. κλέπτης μὲν οὖν οὗτός γε καὶ ξυνωμότης. Cf. Plutarch. reip. ger. praec. 16. in. Unde explicandum puto, quod Aristophanes nonnisi eo utitur.

16) Qui ipse apud Aristoph. Eq. 859.

ὦ δαιμόνιε, μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι μηδ' οἰηθῇς
ἐμοῦ ποθ' εὑρήσειν φίλον βελτίον', ὅστις εἷς ὢν
ἔπαυσα τοὺς ξυνωμότας, καὶ μ' οὐ λέληθεν οὐδὲν
ἐν τῇ πόλει ξυνιστάμενον, ἀλλ' εὐθέως κέκραγα.

Cf. v. 255. sqq. 74. sqq. 574. sqq. 625. sqq. ubi quae memorantur ξύνοδοι νυκτεριναί, eas sponte patet ad conjuratos pertinere.

17) V. Andoc. de myst. p. 18. coll. Thuc. VI, 27. sqq. Erat autem τῶν ζητητῶν, de quibus cf. Boeckh. de Oecon. Civ. Athen. T. I. p. 170. Caeterum de eo cf. Schneider. ad Xenoph. Sympos. II, 14. Comici eum saepius deriserant. V. Scholl. ad Aristoph. Vesp. 592. Lysistr. 491. Pac. 1511. 1554. Nub. 250. Lex. Seg. p. 57. 33. p. 368. 17. Suid. s. v. Apposite Schol. Aristoph. Pac. 680: προείλετο δὲ τοὺς τοιούτους ὁ δῆμος, ἀπιστῶν διὰ πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους τοῖς ἐνδόξοις τῶν πολιτῶν, μὴ τὴν δημοκρατίαν καταλύσαιεν.

18) V. Plutarch. Pericl. 14.

19) Hinc plebs vicinitatem hostilis exercitus metuebat. V. Thuc. I, 107. VI, 61.

19 b) Phot. s. v. Ἑρμοκοπίδαι· οἱ τῶν Ἑρμῶν τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα ἀποκόψαντες. φασὶ δὲ Ἀλκιβιάδην, συμπράττοντα Κορινθίοις τοῦτο πρᾶξαι.

qua via, ab Aſtyocho ſe proditum eſſe, cognovit, operamque dedit, ut capitis periculum effugeret. Communicavit enim cum militibus, quod ſibi nunciatum eſſe ſimulabat, hoſtem Samum, quae munitionibus carebat, et caſtra ſua aggreſſurum eſſe, ſimulque ipſe, utpote praetor, urbem communiendam omniaque praeſidiis tuenda curavit. Hinc factum eſt, ut cum Alcibiadis literae perlatae eſſent, is, odio inflammatus, fictum crimen hoſti ſuo objicere videretur [31]).

Interim Piſander aliique, ex Samo legati, Athenas advenerunt, ibi quoque novam reipublicae formam inſtituturi [32]), effecturique, ut Alcibiades revocaretur. Cumque et civitatis inopiam, cui nonniſi Perſarum opes mederi poſſent, oſtenderent, et Lacedaemoniorum metu obloquentes terrerent, factum eſt, ut et Alcibiadis hoſtes et popularis ſtatus defenſores obmuteſcerent, cum praeſertim hi ſpe allicerentur potentiae, quam nunc exuerent, poſthac recuperandae [33]). Tantoque magis haud dubie quae legati petebant neceſſaria populo viſa ſunt, quoniam Piſander, qui olim inprimis plebis partibus ſtuduerat [34]), princeps ea commendabat. Eo quoque auctore

---

31) V. Thuc. 50. 51.

32) Quod praetexebant, dominatu paucorum inſtituto *μᾶλλον ἂν πιστεύσειν βασιλέα* egregie illuſtrat Xenoph. R. A. II, 17. *ἔτι δὲ συμμαχίας καὶ τοὺς ὅρκους ταῖς μὲν ὀλιγαρχουμέναις πόλεσιν ἀνάγκη ἐμπεδοῦν· ἢν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις, ὑφ᾽ ὅτου ἀδικεῖσθαι νομίσοι τις ἢ ὑπὸ τῶν ὀλίγων* (recepi Leonclavii emendationem a Schneidero mutatam) *οἳ ξυνέθεντο. Ἅττα δ᾽ ἂν ὁ δῆμος συνθῆται, ἔξεστιν αὐ τῷ ἑνὶ ἀνατιθεῖσι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἐπιψηφίσαντι ἀρνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις, ὅτι οὐ παρῆν οὐδὲ ἀρέσκει οἵ γε τὰ συγκείμενα.* Hinc Polyb. X, 25, 6: *πᾶσαν γὰρ* ait *δημοκρατικὴν συμμαχίαν καὶ φιλίας πολλῆς δεῖσθαι διὰ τὰς ἐν τοῖς πλήθεσι γιγνομένας ἀλογίας.*

33) Quas cur nunc deſeruerit non conſtat. Nihil enim collegerim e Lyſ. *δήμου καταλ. ἀπολ.* p. 765: *οὐ Φρύνιχος μὲν καὶ Πείσανδρος καὶ οἱ μετ᾽ ἐκείνων δημαγωγοί, ἐπειδὴ πολλὰ εἰς ὑμᾶς ἐξήμαρτον δείσαντες τὰς περὶ τούτων τιμωρίας τὴν προτέραν ὀλιγαρχίαν κατέστησαν.* Appoſite Ariſtoph. Plut. 567. ſqq.: *σκέψαι τοίνυν ἐν ταῖς πόλεσιν τοὺς ῥήτορας, ὡς ὁπόταν μὲν ὦσι πένητες, περὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν πόλιν εἰσὶ δίκαιοι· Πλουτήσαντες δ᾽ ἀπὸ τῶν κοινῶν παραχρῆμ᾽ ἄδικοι γεγένηνται, Ἐπιβουλεύουσί τε τῷ πλήθει καὶ τῷ δήμῳ πολεμοῦσιν.*

34) V. Thuc. VIII, 54: *τὸν δὲ Φρύνιχον ὁ Πείσανδρος φάσκων Ἴασον προδοῦναι καὶ Ἀμόργην* (ſcilicet quod ei non auxilio venerit, v. c. 27. ſq.), *διέβαλεν, οὐ νομίζων ἐπιτήδειον εἶναι τοῖς πρὸς Ἀλκιβιάδην πρασσομένοις.*

Phrynichus [35]) et Scironides a praetura remoti sunt. Ab eodemque incitatae singulae sodalitates conspiraverunt et in antiquando statu populari strenuam operam navaverunt. Pisander autem aliique decem plena cum potestate [36]) in Asiam missi sunt, ut cum Tissapherne et Alcibiade transigerent. Sed ibi omnia alia invenerunt atque sperarant. Satrapa enim nimis Peloponnesios metuebat, quam ut partes eorum deserere auderet, frustraque Alcibiades, ut cum Atheniensibus societatem iniret, eum commovere studebat. Sed cum se nihil efficere posse prodere nollet, Tissaphernis nomine Atheniensibus eas foederis conditiones dixit, quas eos non accepturos esse existimabat. Cumque illi Ioniam et vicinas insulas regi se tradituros esse declarassent; postremo ναῦς ἠξίου ἐᾶν βασιλέα ποιεῖσθαι [36]) καὶ παραπλεῖν τὴν ἑαυτῶν [37]) γῆν, ὅποι ἂν καὶ ὅσαις ἂν βούληται [38]). Hoc vero nullo modo concedi posse visum est, ne quando Persae, hac potestate facta, civitates, quae in insulis orisque maritimis essent Atheniensium imperio subjectae, suae ditioni subigere conarentur. Itaque legati, infecta re, ab Alcibiade se deceptos esse rati, in Samum abierunt. Neque tamen quod instituerant ad finem perducere destiterunt [39]). Ac primum, optimatibus Samiorum adjuvantibus, in exercitu domina-

---

35) αὐτοκράτορες (de qua voce v. Scholl. ad Thuc. V, 27. 44. Aristoph. Lysistr. 1009.) Hoc enim inest in verbis πράσσειν, ὅπῃ ἂν αὐτοῖς δοκοίη ἄριστα ἕξειν.

36) Num hoc antea ei non licuit? Verba quidem ita sonant, ac si non licuisset. Sed ποιεῖσθαι καὶ παραπλεῖν dictum esse potest pro ποιησάμενον παραπλεῖν.

37) Cf. Matthiae. Gr. Gr. §. 489. II. De lectione ἑαυτοῦ, jure Haackius Benedictum eam commendantem refutat: *qui antequam ad Cimonis pacem provocaret*, consulere debebat, quae de ea disputarunt Wessel. ad Diodor. XIII, 4. (cujus tamen fidei nihil tribuendum erat) Mitford. Hist. Gr. T. II. p. 431. sq. T. IV. p. 259. sq. Bredow. Hist. antiq. p. 525. sq. ed. quartae. Probat tamen lectionem ἑαυτοῦ Goeller. in Act. Philol. Monac. T. II. F. 3. p. 543.

38) V. Thuc. VIII. 56.

39) Huc pertinet Aristot. Polit. V, 5, 8: ἐπὶ τῶν τετρακοσίων τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, φάσκοντες, τὸν βασιλέα χρήματα παρέξειν πρὸς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους, ψευσάμενοι δὲ κατέχειν ἐπειρῶντο τὴν πολιτείαν.

tum paucorum magis etiam corroborabant [40]. Deinde ſocias Athenarum civitates ſibi conciliare ſtuduerunt. In quibus cum ſtatus popularis obtineret, optimatesque vexationibus obnoxii eſſent, legatos miſerunt, qui mutatis rerumpublicarum formis, nobilibus imperium traderent: quo facto eos, grato animo ductos, certos ſibi fore amicos ſperabant. Sed quod apud Thaſios evenit, ut optimates, cum populares, potentia exuti, reſiſtere non poſſent, ad Lacedaemonios deficerent, idem in aliis quoque

---

40) Locus hic offendit difficillimus c. 65: *ὡς αὐτῷ (Ἀστυόχῳ) διὰ τὸ ἀλλήλοις ὑπόπτως ἔχειν οὐκ ἀντανήγοντο (οἱ Ἀθηναῖοι), ἀπέπλευσε πάλιν ἐς τὴν Μίλητον. ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο. ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον πρέσβεις παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους ἐς τὴν Σάμον ἦλθον, τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι ἔτι βεβαιότερον κατέλαβον, καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατούς, ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι, καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων κοινολογούμενοι, ἐσκέψαντο, Ἀλκιβιάδην μέν, ἐπειδήπερ οὐ βούλεται, ἐᾶν· (καὶ γὰρ οὐκ ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι ἐς ὀλιγαρχίαν ἐλθεῖν·) αὐτοὺς δὲ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, ὡς ἤδη καὶ κινδυνεύοντας, ὁρᾶν, ὅτῳ τρόπῳ μὴ ἀνεθήσεται τὰ πράγματα.* Ac primum Aſtyochum legimus adverſus Samum navigaſſe, ut Athenienſes, qui ibi in ſtatione erant, ad proelium compelleret. Hos autem non obviam prodiiſſe, quod mutuo ſuſpecti ſibi fuerint, quoniam ſtatus popularis tunc Athenis antiquaretur. At vero ſi Athenis modo antiquabatur, hoc patet nullam vim habere potuiſſe ad milites ſollicitandos, ut qui de ea re nondum certiores facti eſſent, v. c. 74. Itaque pro *ἐν ταῖς Ἀθήναις* legendum videtur *ἐν τοῖς Ἀθηναίοις*, intellectis iis, qui in Samo erant. Utriusque formae confuſione nihil eſt frequentibus. Deinde vulgarem lectionem, *κατελύετο*, pro qua Haackius, ſuadente Benedicto, ex pluribus codd. *κατελέλυτο* recepit, tuendam puto. Nam ſtatus popularis nondum antiquatus erat, ſed tunc ipſum antiquabatur atque ob turbas inde ortas *ἀλλήλοις ὑπόπτως εἶχον*. Tum quaeritur quid in ſequentibus particulae *τε* (*τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρ.*) reſpondeat. Equidem auctorem ſic exorſum eſſe reor, ac ſi hoc fere modo perfecturus fuiſſet: *καί, πρέσβεις πέμψαντες, ἔν τε Ἀθήναις καὶ ταῖς ὑπηκόοις πόλεσι τὴν ὀλιγαρχίαν κατέστησαν.* Sed cum plura interjeciſſet, inchoatae ſtructurae oblitus eſt. Mox non dubitari poteſt, quin *οἱ δυνατοὶ* ſint Athenienſium, non Samiorum optimates, quod propter Portum moneo. Praegreſſo autem *καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων* reſpondent verba *καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα — ἐσκέψαντο*, pro quibus proprie dicendum erat *καὶ τῶν ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίων σκεψαμένων*: de qua *ἀκαταλληλίᾳ* ſupra dictum. Majori offenſioni ſunt verba *καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλοις*, pro quibus Ar. C. Reg. Pariſſ. F. G. I. K. Valla, quibus

civitatibus factum est [41]). Contra ea magis, quam sperari poterat, Athenis ipsis omnia prospere successerunt. Quo postquam Pisander cum legationis parte reversus est, pleraque jam a sodalibus confecta invenit: qui cum numero valerent, magis tamen occulta agendi ratione adversarios terrebant. Clam Androclem, demagogum [42]), multosque alios, quorum audaciam metuebant, e medio sustulerunt, nec ulciscebatur quisquam interemtos, ne ipse sortem eorum experiretur veritus. Ac ne indignationem quidem prodere audebant, cum ubique, ne conjurationis socios offenderent, timerent. Longe enim plures, quam erant, conjuratos rebantur, quoniam subinde eos quoque, qui antea cum maxime populares fuerant, illorum esse cognoscebant. Concio quidem et Senatus adhuc more antea solito conveniebant, sed actum est nihil, nisi quod conjuratis placeret: conjurati tantum concionabantur, in eorumque concilio, quae dicenda essent, perpendebantur; et necabatur qui obloqui ipsis audebat. Interim propalam edicendum curaverant, mercedem nonnisi iis, qui militarent, solvendam [43]), reipublicae autem administrandae modo quinquies mille cives participandos esse, qui eam facultatibus et corporibus plurimum juvare possent [44]). Quo facto, quamquam infima plebs a

---

Cass. Aug. accedunt, *καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὶ ἄλ.* exhibent: quae haud dubie vera lectio est. Respicitur enim Samiorum seditio, de qua v. c. 21. Sed pro *ἐπαναστάντες αὐτοὶ* praegressum *προτρεψάντων* requirebat *ἐπαναστάντων αὐτῶν.* Simili tamen ratione c. 104. loquitur scriptor: *ἐπειγομένων τῶν Πελοποννησίων πρότερόν τε ξυμμῖξαι καὶ κατὰ τὸ δεξιὸν τῶν Ἀθηναίων, ὑπερσχόντες αὐτοὶ τῷ εὐωνύμῳ, ἀποκλεῖσαι τοῦ ἔξω αὐτοὺς ἔκπλου — οἱ Ἀθηναῖοι γνόντες — ἀντεπεξῆγον.* Cf. V, 36. ibique Schol. Duker. ad VII, 42. 70. Herod. I, 51. Plat. Legg. X. p. 908. a. Hinc vide, ne VII, 50. codicum lectio *ἐπειχθέντων* tuenda sit.

41) V. Thuc. VIII, 64. Subjicit auctor: *περὶ μὲν οὖν τὴν Θάσον τἀναντία τοῖς τὴν ὀλιγαρχίαν καθιστᾶσιν ἐγένετο, δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τῶν ὑπηκόων.* Ex hoc *δοκεῖ δέ μοι* conjeceris, auctorem de caeteris civitatibus rem non exploratam habuisse: quae conjectura eo confirmari videatur, quod praeter Thasum nullas civitates nominatim recenset.

42) V. de eo Ruhnken. hist. crit. p. 128.

43) Eo pauperes a magistratibus et judiciis removebantur. Cf. Aristot. Polit. IV, 7, 2. VI, 1, 9. Boeckh. de Oecon. civ. Athen. T. I. p. 234.

44) Caeteris igitur jus suffragii ferendi competere nolebant.

concione ſecluſa fuiſſet, popularis tamen ſtatus ſervatus eſſet [45]). Sed hoc neutiquam conjuratorum erat conſilium: qui iſtam profeſſionem propterea tantum praetexebant, ut populus, ea delinitus, minus ipſis adverſaretur, cum dominatum paucorum machinarentur [46]). Qui ut proſpero ſucceſſu conſtitui poſſet, omnia nunc conſpirare videbantur. Ejus enim ſemina ſtatim poſt cladem Sicilienſem ſparſa erant [47]); magis etiam, Perſarum auxilio promiſſo, civium animi ad res novas praeparati, mox metu ac terrore agitabantur; cumque mutua omnium erga omnes eſſet ſuſpicio, adverſa coaleſcere non poterat factio. Et quamquam ne ſic quidem ſtatus popularis everſio periculis carebat, ii tamen erant conjurationis principes, qui arte et prudentia evitare illa callerent. Ex his inprimis nominandi ſunt Phrynichus et Theramenes atque Andocides.

Et Phrynichus quidem, etſi obſcuro loco natus [48]), mature tamen rempublicam capeſſiverat, licetque malis potius quam bonis artibus uſus eſſe inſimuletur [49]), eam tamen auctoritatem nactus erat, ut in ſummo civitatis

45) Cf. Boeckh. l. l. p. 289.

46) V. Thuc. VIII, 66: *Ἦν δὲ τοῦτο εὐπρεπὲς πρὸς τοὺς πλείους· ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν, οἵπερ καὶ μεθιστάναι, ἔμελλον.* Quem locum ne nuperus quidem editor intellexit. Senſus eſt hic: *ſpecioſum erat hoc commentum, quo plebem inducerent. Adminiſtrare enim rempublicam volebant iidem, qui ejus formam mutaturi erant.* Neutiquam igitur quinquies mille cives imperii participes facere meditabantur: quos qui nunc ſtatum popularem evertebant haudquaquam ſerio eligere cogitabant. V. c. 86. 89. 92. 93. 97. Omnia confundunt Mitford. Hiſt. Gr. T. IV. p. 310. Manſo Spart. V. II. T. 1. 282. ſq. *Ἔμελλον* bis cogitandum eſt et ad *ἕξειν* et ad *μεθιστάναι*. De poteſtate verborum *ἔχειν τὴν πόλιν* ſimiliumque locutionum v. quae dicta ſunt c. 1. n. 70.

47) V. c. 2. *ἐδόκει τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν τι ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, προβουλεύσωσι.* Haec vero erat *ἀρχὴ ὀλιγαρχική*. Eademque ipſa *τῶν κατὰ τὴν πόλιν τι ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι* videtur. Cf. Ariſtoph. Lyſiſtr. 588. ſqq.

48) Puer *ἐν ἀγρῷ πένης ὢν ἐποίμαινεν*, auctore Lyſ. p. Polyſtr. p. 674.

49) Ib. *ἐπειδὴ ἀνὴρ ἐγένετο — ἐλθὼν εἰς τὸ ἄστυ ἐσυκοφάντει.*

discrimine praetor crearetur, quo munere non ſine laude functus erat [50]). A praetura remotus, quod popularis ſtatus defenſor exſtiterat, mox, cum Athenas reverſus eſſet, optimatesque ab inimico ſuo, Alcibiade, abalienatos videret, horum partes amplexus ſummo ſtudio augebat [51]).

Nec minori ſtudio eorundem conatus adjuvabat callidus ac prudens Prodici diſcipulus [52]), Theramenes, qui tamen, qua erat inconſtantia, mox, metu et honoris cupiditate agitatus, factionem cui ſe addixerat, deſeruit [53]).

Sed conſilio omnibus, quae conjurati facerent inſtituerentque, moderabatur Antiphon, qui cum populo ob inſignem eloquentiae vim ſuſpectus eſſet, ideoque cauſſam ipſe nullam peroraret, quae comminiſceretur, ea Piſandro ſuadenda et exſequenda tradidit [54]).

---

50) Ejus prudentiam effert Thuc. VIII, 27.

51) V. Thuc. VIII, 68. Unde paſſim tanquam princeps eorum nominatur. V. Lyſ. c. Agor. p. 495. Ariſtot. Polit. V, 5, 4. Huc pertinet Ariſtoph. Ran. 701. ſqq. *κεἴ τις ἥμαρτε σφαλείς τι Φρυνίχου παλαίσμασιν, Ἐγγενέσθαι φημὶ χρῆναι τοῖς ὀλισθοῦσιν τότε, Αἰτίαν ἐκθεῖσι, λῦσαι τὰς πρότερον ἁμαρτίας.* Qui locus haud dubie ſic intelligendus eſt, ut ſtatuatur, Phrynichi artibus multos cives, ut optimatum conatus adjuvarent, commotos ac poſtea a populo ejusmodi offenſionum memore, vexatos fuiſſe, quod poeta fieri vetat. Noſtrum Phrynichum intelligi puto etiam Veſp. 1295. ex quo loco conjeceris, eum jam tum ſodalium factione polluiſſe.

52) V. Schol. ad Ariſtoph. Nub. 360. Villoiſon. Anecd. T. 1. p. 231. Eum Iſocratis praeceptorem fuiſſe dubitanter proponit Dionyſ. Jud. de Iſocr. p. 555. Cf. Plutarch. V. Iſocr.

53) De eo cf. Taylor. Vita Lyſ. p. 125. ſqq. Ruhnken. hiſt. crit. p. 126. Fiſcher. ind. gr. ad Aeſch. ſ. n. Manſo Spart. V. III. T. 2. p. 18. ſqq.

54) Eum ſignificari a Platone Phaedr. p. 269. a. Aſtii ſententia eſt. Nota eſt diſſert. de Antiph. orat. Att. quae Ruhnkenium auctorem habet. Thucydidis tamen locum VIII, 68. reſpectum et illuſtratum a Plutarcho Nic. 6. cl. Pericl. 4. nemodum ſatis videtur vel conſtituiſſe vel explicaſſe. Verba dico haec: *καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε θανάτου δίκην, ἀπολογησάμενος.* De particulis *καὶ — τε* alibi dicetur. Pro *ἐπειδὴ τὰ τῶν* Reg. Caſſ. Aug. Cl. Cam. Ar. C. Dan. Moſq. Pa-

Non mirum est, ejusmodi viris ducibus [55]), populum libertate [56]) privatum esse, qua, suspicaci animo custodita, per integrum fere saeculum fructus erat. Summam

---

riss. G. I. K. exhibent ἐπειδὴ μετέστη, ἡ δημοκρατία καὶ ἐς ἀγῶνας κατέστη μετὰ τῶν. Tot codicum lectionem mireris a nupero quoque editore neglectam esse, quae certe unde venisset explicandum erat. Verba quidem μετέστη ἡ δημοκρατία haud dubie spuria sunt et e margine irrepserunt, ubi interpretem ad μεταπεσόντα adscripsisse puto ἐπειδὴ μετέπεσε τοῦτ' ἐστὶ μετέστη et ad τοῦ δήμου — ὁ δῆμος ἤγουν ἡ δημοκρατία; μετὰ defendendum et mox μεταπεσόντων legendum videri possit cum Ar. C. marg. Cass. Equidem tamen vulgarem lectionem praeferam. Sed verba καὶ ἐς ἀγῶνας κατέστη ab auctore profecta, sed post ἐκακοῦτο posita existimo, cum exquisitiora sint, quam ut a scholiasta profecta esse videantur. Et sic fortasse Valla in libro suo iuvenit. Vertit enim: *Qui postmodum, cum, statu quadringentorum collapso, acta illorum populus ultum iret, ipseque in judicium vocaretur* (ἐς ἀγῶνας κατέστη) *tanquam* (αἰτιαθεὶς, ὡς) *unus ex istarum rerum auctoribus, videtur mihi optime omnium ad meam usque memoriam causam capitis dixisse.* Mox Haackius male lectionem αἰτίας defendit, jungens: ἀπολογησάμενος θανάτου δίκην, ὑπὲρ αἰτίας αὐτῶν τούτων, ὡς κατέστησε. Quae ratio et articuli defectu et dictionis insolentia offendit. Vera est haud dubie plerorumqua lectio librorum, male illa a Bauero et Benedicto explicata. Ordo enim verborum hic est: ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ἀπολογησάμενος θανάτου δίκην ὑπὲρ αὐτῶν τούτων, αἰτιαθείς, ὡς ξυγκατέστησε (αὐτά, τὰ τῶν τετρακοσίων). Inepte vulgo post δίκην distingui sponte patet, quod ne Ruhnkenium quidem vidisse miror, cum vel ex Cic. Brut. 12. vera interpunctio disci posset. Hunc locum et Quintil. instit. III, 1, 11. a Ruhnkenio neglectum esse monet Manso vermischte Abhandl. und Aufsätze p. 23. n. o.

55) Aliorum nomina recenset Taylor. Vita Lys. p. 121. sq. In iis Critiam quoque fuisse, τὸν τῶν τριάκοντα νομοθέτην (v. Xenoph. Memor. I, 2, 31.) auctor est Demosth. c. Theocr. 1343. 9 eum factionis principem significans (οἱ περὶ Κριτίαν), quod potius de ejus patre valet, v. Lys. c. Erat. p. 427. Jam quod Xenophon Hellen. II, 3, 15. 36. Memor. I, 2, 24. tradit, Critiam solum vertisse, hoc patet factum esse statu quadringentorum collapso. (Nolim cum Schneidero huc referre quae memorantur Anab. I, 1, 10.) Postea tamen eum revocatum esse colligi potest ex Plutarchi Alc. 33.

56) Hanc enim nonnisi in πολιτείαις s. δημοκρατίαις (cf. Meier. de bonis damn. p. 2.) esse putabant Graeci. V. Aristot. Polit. VI, 1, 6: ὑπόθεσις — τῆς δημοκρατικῆς πολιτείας ἐλευθερία· τοῦτο γὰρ λέγειν εἰώθασι, ὡς ἐν μόνῃ τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ μετέχοντας ἐλευθερίας· τούτου γὰρ στοχάζεσθαί φασι πᾶσαν δημοκρατίαν. Cf. Thuc. VIII, 68. Xenoph. Hellen. II, 3, 24. Demosth. de Rhod. lib. p. 196. 7. 12.

vero cautionem in ea tollenda adhibitam videmus [57]. Ac primum quidem Pisander, ejusque collegae, e legatione reversi, populo coacto, sententiam dixerunt, decem conscriptores cum plena potentia (ξυγγραφέας [58]) αὐτοκράτορας) creandos esse, qui certa die rogationem ad populum ferrent, qua ratione respublica optime admini-

57) Quae cautio talis conspicitur, ut conjurati legem metuisse videantur, qua impune occidere licuerit eum, qui statum popularem evertere conaretur, Nam etsi Meierus recte evincit, Demophanti legem demum post dominatum quadringentorum latam esse, haudquaquam tamen verisimile est, majestatis legem Athenis ante haec tempora non exstitisse. Immo vero, quod Andoc. de myst. p. 47. tradit, ipsum Solonem talem legem tulisse, id eo etiam probabile fit, quod Solon Cylonis turbarum testis fuerat (v. Plutarch. Sol. 12.) iisque haud dubie ut majestatis legem ferret monitus est.

58) Lex. Seg. p. 270. 17. p. 301. 15:. συγγραφεῖς: οἱ ᾑρημένοι παρὰ τῆς πόλεως ἄνδρες, ἵνα συγγράφωσι τοὺς μεθέξοντας τῆς τῶν τετρακοσίων πολιτείας· οἱ δ᾽ αὐτοὶ καὶ ἐκαλοῦντο καταλογεῖς. Phot. p. 103. s.: καταλογεῖς Ἀθήνῃσί τινες ἦσαν κατάλογον διδόντες τῶν ὀνομάτων τῶν τὰ κοινὰ διοικεῖν δυναμένων πράγματα· οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ συγγραφεῖς ἐκαλοῦντο, ὅτι ἐνέγραφόν τινας, ὡς (οὓς?) χρὴ μετέχειν τῆς πολιτείας. Idem p. 403.: συγγραφῆς ἄνδρες ᾑροῦντο, ἵνα συγγράφωσι τοὺς μεθέξοντας τῆς τῶν υ ἀρχῆς καὶ τῆς τῶν λ'. ἐκαλοῦντο δὲ καὶ οἱ αὐτοὶ καταλογεῖς (cf. Lys. p. Polystr. p. 675). Thom. Mag. p. 813. s.: συγγραφεὺς οὐ μόνον ὁ συγγραψάμενος πόλεμόν τινα ἤ τι ἄλλο ἐφ᾽ ἑαυτοῦ γενόμενον, οἷος ἦν Θουκυδίδης, ἀλλὰ καὶ τοὺς γράφοντας ἢ ψηφίσματα ἤ ἄλλο τι τοιοῦτον συγγραφέας ἐκάλουν. Harpocr. s. v. Συγγραφεῖς· Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ (c. 24.)· εἰθισμένον ἦν παρ᾽ Ἀθηναίοις, ὁπότε δέοι, πλῆθός τι αἱρεῖσθαι, ὥςπερ [ὅπερ?] εἰς ῥητὴν ἡμέραν εἰςέφερε γνώμας εἰς τὸν δῆμον· τοῦτο δὲ καὶ πρὸ τῆς καταστάσεως τῶν νῦν (l. υ') ἐγένετο, καθὰ Θουκυδίδης ἐν ὀγδόῃ (c. 67.) φησίν· „ἐν τούτῳ οὖν — οἰκήσεται.“ Ἦσαν δὲ οἱ μὲν πάντες συγγραφεῖς τριάκοντα οἱ τότε αἱρεθέντες, καθά φησιν Ἀνδροτίων τε καὶ Φιλόχορος ἑκάτερος ἐν τῇ Ἀτθίδι· ὁ δὲ Θουκυδίδης τῶν δέκα ἐμνημόνευσε μόνον τῶν προβούλων. Eadem paucis mutatis repetit Phot. p. 406. sq. Sic etiam Etym. M. p. 752. 42. Verum tamen videndum est, ne hic error subsit. Ac primum non perspicitur, qui factum sit, ut Thucydides nonnisi decem ξυγγραφέας nominarit, cum triginta fuerint. Deinde idem προβούλων alio loco mentionem injicit, nec eos cum ξυγγραφεῦσι conjungit, sed statim post cladem Siciliensem creatos dicit. Inde aliquis suspicari possit, eos, de quibus Thucydides loquatur, ξυγγραφέας, a grammaticis cum triginta viris confusos esse, qui et ipsi eo consilio creati sunt, ut τοὺς πατρίους νόμους ξυγγράψουσι, καθ᾽ οὓς πολιτεύσουσι. Cui tamen conjecturae non multum tribuerim, cum plures inter utramque πολιτείαν similitudines intercesserint et altera alterius ἀρχέτυπον fuerit.

ſtrari poſſet. Creantur conſcriptores et ubi dies dicta advenit, concione in Colonum convocata [59]), nihil aliud promulgarunt, niſi hoc, ut liceret Athenienſium cuique quamcunque vellet rogationem ferre, magnisque poenis caverunt, ne quis ferentem vel violatarum legum [60]) accuſaret, vel alio modo laederet. Hoc modo munita via, ſine cunctatione pronunciatum, nec magiſtratibus ex priſtina civitatis forma amplius fungendum, nec ſtipendia niſi militantibus ſolvenda eſſe. Sed quinque praeſides (προέδρους) creari oportere, qui centum viros eligerent, quorum ſibi quisque tres ſocios adjungeret. Hi vero quadringenti numero [61]) ſenatores eſſent, qui plena cum poteſtate rempublicam adminiſtrarent et ubi neceſſarium videretur, concionem quinquies mille civium convocarent.

Minus, quam ſperari poterat, conjuratis repugnatum eſt, rataque habuit concio, quae promulgata erant [62]). Jam quadringenti viri, occulto quisque cum pugione, imminentibus, qui ſe adjuvarent, armatis [63]), curiam

---

59) De Colono v. Bothe ad Soph. vit. T. II. p. 4. Musgr. ad Oed. Col. 15. Sed cur concionem non convocaverunt ἐς τὴν Πνύκα (leg. Πύκνα, v. Buttmann. Gr. Gr. T. I. p. 257.), οὖπερ ἄλλοτε εἰώθεσαν (Thuc. VIII, 97. cl. Schoemann. de Comit. p. 53. ſqq. et Phot. p. 521.)? Propterea, opinor, quod in urbe facilius exſiſtere poterat tumultus. — Praegreſſum ἔπειτα ἐπειδὴ — (c. 67.) non cacophonon viſum eſt Graecis Cf. V, 65. Soph. Aj. 61. Ariſtoph. Veſp. 1515. Eccleſ. 1092. Plut. 695. Demoſth. c. Neaer. p. 1375. 13. Similiter Ariſtoph. Pac. 1194. ἔπειτ᾽ ἐπεἰςφερε. —

60) Huc pertinet Aeſch. c. Cteſ. §. 63. 4. Becker. τηνικαῦθ᾽ ὁ δῆμος κατελύθη, ἐπειδή τινες τὰς γραφὰς τῶν παρανόμων ἀνεῖλον. Cf. Wolf. Prolegg. ad Lept. p. 137. ſq. Schoemann. de Comit. Athen. p. 170.

61) Totidem ante Cliſthenem fuerant (v. Perizon. ad Aelian. V. H. V, 13.). Videntur itaque conjurati ſimulaſſe, Solonicam ſe reipublicae formam revocaturos eſſe.

62) Hinc Theramenes in defenſione ſua apud Xenoph. Hellen. II, 3, 45: τὴν τῶν τετρακοσίων πολιτείαν αὐτὸς δήπου ὁ δῆμος ἐψηφίσατο (ſcilicet conjuratorum metu coactus, non, ut ait) διδασκόμενος, ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι πάσῃ πολιτείᾳ μᾶλλον ἂν ἢ δημοκρατίᾳ πιστεύσειαν. Hoc duntaxat CCCC ſperabant, cum ad Agidem mitterent: εἰκὸς εἶναι αὐτὸν σφίσι, καὶ οὐκέτι τῷ ἀπίστῳ δήμῳ, μᾶλλον ξυγχωρεῖν. Thuc. VIII, 70.

63) V. Thuc. VIII, 69. Qui ibi memorantur οἱ Ἕλληνες νεανίσκοι, οἷς ἐχρῶντο, εἴ τί που δέοι χειρουργεῖν, eos alibi me

adeunt, ſenatoresque, ſtipendio, quod ipſi afferebant, accepto, ea decedere jubent [64]). Quod cum ſine mora fieret, quadringenti illorum locum occupant, prytanes ſortiuntur, aditialia (εἰςιτήρια) [64b]) faciunt. Tum nihil cunctati popularem civitatis formam ſuis accommodate rationibus immutant, alios magiſtratus creant [65]), civium, qui metuendi viderentur, nonnullos obtruncant, alios in vincula dant, alios expellunt [66]). Exſules tamen, quod rebus novatis fieri ſolebat, non reſtituerunt, ne Alcibiades rediret. Contra, legatis ad Agidem miſſis, pacem componere ſtuduerunt [67]). Is vero cum per turbas Athenis ortas niſi urbem, certe longos muros capi poſſe arbitraretur, multis copiis ex Peloponneſo arceſſitis, Athenas aggreſſus eſt. Sed repulſus deceſſit arceſſitasque copias dimiſit. Quo facto cum CCCC iterum legatos ad Agidem mitterent, facilius admiſſi ſunt, eoque adhortante [68]) Lacedaemona quoque legatos miſerunt, qua cum civitate tanto magis pacem componere ſtudebant, cum non Athenis ſolum, ſed ex Samo etiam pericula ipſorum dominatui timenda viderentur. Nam etſi ibi quoque ſtatus pau-

---

offendere non memini. Fortaſſe tamen eorum veſtigia ſunt apud Xenoph. Hellen. II, 3, 23. 50. Quamobrem diſerte Ἕλληνες dicantur ignoro. An propterea, ne cum Scythis confundantur?

64) V. Thuc. l. l.: εἶπον αὐτοῖς ἐξιέναι, λαβοῦσι τὸν μισθόν· ἔφερον δὲ αὐτοῖς τοῦ ὑπολοίπου χρόνου παντὸς αὐτοὶ καὶ ἐξιοῦσιν ἐδίδοσαν. Haec Boeckh. l. l. T. I. p. 250. ita intelligit, ac ſi CCCC. ſenatoribus totius anni reliquae partis mercedem dédiſſent. Sed quamobrem tantos ſumtus fecerint? Equidem τὸν τοῦ ὑπολοίπου χρόνου μισθὸν intellexerim mercedem praeteriti temporis adhuc ſenatoribus debitam.

64b) De iis v. Pierſon. ad Moer. p. 222.

65) Creandos eſſe alios, promulgatum erat; creatos tamen eſſe, Thucydides quidem non diſerte dicit. Qui tamen cum praetores ex optimatibus creatos eſſe ſignificet (c. 89: οἱ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ στρατηγοί. c. 92: στρατηγὸς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας,) quod Lyſias confirmat, προβούλοις eorum creationem tribuens (c. Eratoſth. p. 426.), non dubitandum videtur, quin caeteri quoque magiſtratus immutati fuerint.

66) Cf. Lyſ. p. Polyſtr. p. 670. ſq.

67) V. Thuc. VIII, 70.

68) Οὐ γὰρ εἶναι κύριος αὐτός, videtur reſpondiſſe. V. Xenoph. Hellen. II, 2, 12. cl. Hüllmann. Staatsrecht des Alterthums p. 198. ſq.

corum constitutus fuerat, facile tamen praevideri poterat, nautas, unice populari imperio addictos [69]), mox res novas molituros esse. Quod cum CCCC metuerent, statim postquam rerum potiti erant, legatos in Samum miserant, qui milites docerent demulcerentque. Sed legati cum in Delum venissent, jam restitutum esse in Samo popularem statum acceperunt.

Ab Samiis haec conversio profecta erat. Qui cum antea dominatum paucorum sustulissent, inter eos a Pisandro incitati trecenti conspirarunt, cives suos, tanquam plebem, optimatibus Atheniensium adjuvantibus, aggressuri. Quod ubi reliqui Samii cognoverunt, populares Atheniensium, Leontem et Diomedontem, Thrasybulum et Thrasyllum, adeunt, ut se tueantur rogant. Hi milites sollicitant, eosque ut Samiis, si eos aggrediantur conjurati, opem ferant, obtestantur. Promto animo auxilium promittunt cum alii tum Parali nautae, qui impense paucorum dominatum oderant. His igitur nonnullarumque navium, quas, quoties aliquo navigabant Leon et Diomedon, praesidio Samiis relinquebant, militibus adjuvantibus facile trecenti isti, cum caeteros Samios adorirentur, ab his superati, triginta eorum occisi, tres, qui inprimis sontes videbantur, exsilio multati sunt, caeteris victores ignoverunt [70]).

Haec res, quantumvis exigui momenti, causa tamen erat remptior, ut apud Athenienses quoque paucorum dominatus tolleretur. Ea enim in exercitu populares excitati erant arctiusque se conjunxerant. Cumque se optimatibus superiores intelligerent ac rationes, ob quas eorum imperium passi erant, evanuisse viderent, irritamento tantum opus erat, quo ut vacillantem statum plane everterent commoverentur. Hoc ab ipsis CCCC militum animis est injectum. Etenim exercitus cum illos rerum potitos esse nondum comperisset, Paralum [71]) Athenas

69) Cf. Aristot. Polit. II, 9, 4. 5. V, 3, 5.

70) V. Thuc. VIII, 73. De Hyperbolo ibi memorato v. Plutarch. Nic. 11. Alc. 13. Harpocr. Suid. Phot. p. 456. Scholl. ad Aristoph. Eq. 851. 1301. 1360. Acharn. 846. Vesp. 1001. Pac. 680. 691. 920. 1319. Thesm. 847. Plut. 1038. Nub. 619. 873. ad Lucian. Tim. p. 100. Plutarch. de Herod. malign. 3.

71) De ea v. Sch. Av. 147. 1204. Lex. Seg. p. 267. 21. p. 293. 5. p. 294. 1. Boeckh. de oecon. civ. Athen. T. I. p. 258.

misit, ut quae in Samo evenissent, nunciaret. At CCCC Paralorum duo tresve in vincula dederunt, caeteros in aliam navem impositos circa Euboeam custodiam agere jusserunt. Sed Chaereas [72]), eorum praefectus, evasit atque in Samum reversus, exaggerata CCCC crudelitate, ab iis cum alios tum ipsorum militum mulieres liberosque et propinquos vim et contumeliam pati renuntiavit. Tum exercitus summo furore correptus est, vixque moderatiores, quo minus qui dominatus paucorum auctores exstiterant [73]), lapidarentur, impedire valebant. Non impediri poterat, ne status popularis in castris restitueretur. Thrasybulus et Thrasyllus [74]) sanctissimo jurejurando cum Athenienses, quotquot aderant, tum Samios obstrinxerunt, ut et popularem statum tuerentur et quadringentis viris aeque ac Lacedaemoniis hostes forent [75]). Ita Athenae in duas sibi invicem infestas partes discissae erant, quarum utrique certa erat pernicies [76]), si Spartani hoc tempore non Astyocho, sed Gylippo vel Lysandro duce usi essent. Ac milites quidem non una de causa urbem a se defecisse arguere poterant. Ipsi enim patriam reipublicae formam defendebant, ipsis Athenarum salus nitebatur, unde jam dudum nihil nisi mandata acceperant. Ac tametsi urbe carebant, ipsi tamen erant civitas, insulamque possidebant, quae olim de maris imperio aemulata erat cum Atheniensibus; possidebant classem, qua socios dominari, ab iis tributa exigere, adeoque ex hostilibus Asiae oris praedam et pecunias cogere possent [77]).

---

72) *Τον Χαιρέαν Εὔπολις ἐν Βαπταῖς ὡς ξένον κωμῳδεῖ*, Schol. Aristoph. Vesp. 685.

73) Quorum nonnullos fuga salutem quaesivisse docet Lys. c. Eratosth. p. 411.

74) Hi deinceps, remotis aliis, veluti Charmino (v. c. 73.), praetores creati. Fortasse Chaereas quoque. V. Diodor. XIII, 49. 50. ubi *Χαιρέαν* pro *Χάρητα* leg. nisi scriptor ipse erravit.

75) Cf. Meier. de bonis damn. p. 6. sqq.

76) Isocr. de big. 7. — *ὥςτε μηδ' ἑτέροις μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἔχοντας τὴν πόλιν ἐχθροὺς ἐνόμιζον μᾶλλον ἢ Λακεδαιμονίους· οἱ δὲ τοὺς ἐκ Δεκελείας μετεπέμποντο, ἡγούμενοι, κρεῖττον εἶναι, τοῖς πολεμίοις τὴν πατρίδα παραδοῦναι μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατευομένοις τῆς πολιτείας μεταδοῦναι.*

77) V. Thuc. VIII, 73—76.

Nihilo secius tamen facile perspectu erat, mox superiores fore Lacedaemonios, nisi Persae ab horum societate abalienarentur. Quod cum per Alcibiadem solum effici posse videretur, nullo negotio Thrasybulus [78]), ut ille revocaretur impetravit, ipseque eum, ad Tissaphernem profectus, in Samum duxit. Hic ante omnia eam auctoritatem comparare studuit, qua ad consilia sua exsequenda opus erat. Itaque cum de infortunio suo conquestus esset, multa de civitatis rationibus verba fecit, magnamque futurorum spem ostentavit ac praecipue suam apud Tissaphernem gratiam amplificavit, partim ut exercitus et fiduciam excitaret et favorem sibi conciliaret, partim ut optimates, qui domi res moderabantur, terrerentur, conjurationesque dissolverentur, denique ut satrapa Lacedaemoniis magis suspectus fieret, hique ex spe, quam conceperant, dejicerentur [79]). Ac milites tantis promissionibus commoti extemplo praetorem eum fecerunt, omniumque ei rerum arbitrium permiserunt [80]). Qua potestate statim prudentissime usus est, ut cum plerique in Piraeeum navigare et quadringentos viros ulcisci vellent, a perniciosissimo consilio militum animos averteret. Quo facto ad Tissaphernem profectus est, praetorem se ostentaturus, qui illi et prodesse et obesse posset. Ita factum est, ut per Tissaphernem Atheniensibus, per Athenienses Tissapherni metuendus videretur [81]). Vix ab eo reversus est, cum CCCC virorum legati, qui aliquamdiu, dum exercitus irae sedarentur, in Delo commorati erant [82]), ad Samum appulerunt [83]). Concione coacta, cum dicere inciperent, miles furore exaestuans, proditores interfici jubet. Aegre tandem quies restituitur. Tum legati: „Non in perniciem, sed in salutem civitatis statum paucorum constitutum esse; alioquin

78) Diodor. XIII, 38. 42. ut solet omnia confundit.

79) V. Thuc. VIII, 81.

80) V. c. 82: *καὶ τὰ πράγματα πάντα ἀνετίθεσαν*, sc. *αὐτῷ*, quod propter Portum moneo. Similiter Periclem, Thuc. II, 65. ait, *στρατηγὸν εἵλοντο καὶ πάντα τὰ πράγματα ἐπέτρεψαν*. Ejusmodi praetor *αὐτοκράτωρ* erat. V. Paus. IV, 15, 2. Xenoph. Hellen. I, 4, 20. Schoemann. de Comit. Athen. p. 314.

81) V. Thuc. VIII, 82.

82) V. c. 77.

83) V. c. 86.

se jam hosti urbem prodere potuisse. Neque vero CCCC solos rempublicam tenere, sed tot ejus administrandae participes esse cives, quot raro vel de maximis rebus deliberaturos convenisse [84]). Namque e quinquies mille civibus per vices senatum lectum iri. Propinquos autem militum nulla affici injuria, sed quiete sua quemque possidere." His, similibusque cohortationibus non tam sedatae sunt irae, quam loquentium odio auctae. Cumque alii alia suaderent, uno tamen consensu plerique omnes in Piraeeum navigandum et reipublicae proditores plectendos esse clamarunt. Quod consilium si exsecuti essent, Ioniam, insulas, Hellespontum amisissent, eoque opibus privati essent, quibus diutius bellum gerere possent [85]). Id qui perspexit, Alcibiades solus ea auctoritate erat, ut caecum militum furorem coercere valeret. Coercuit. Legatis respondit, quinquies mille civium imperio se non adversari, sed quadringentis viris abdicandum esse restituendumque priorem quingentorum senatum. Laudem mereri, si qua sumtus contraxissent, quo magis stipendia militibus suppeterent. Caeterum fortiter communi hosti resisterent, nec dubitarent, quin facilis foret gratiae reconciliatio cum militibus [86]).

Haec postquam legati Athenas retulerunt, mox ibi quoque status paucorum est sublatus. Nimirum quemad-

---

84) V. c. 72: *Οὐ πώποτε Ἀθηναίους διὰ τὰς στρατείας* (libri plerique *στρατιάς*, quod merito nuper defensum) *καὶ τὴν ὑπερόριον ἀσχολίαν ἐς οὐδὲν πρᾶγμα οὕτω μέγα ἐλθεῖν βουλεύσοντας, ἐν ᾧ πεντακισχιλίους ξυνελθεῖν.* De dictione *ἐν ᾧ — ξυνελθεῖν* v. Matthiae. Gr. Gr. §. 537. De re cf. Andoc. de myst. p. 9. Boeckh. Oecon. Civ. Athen. T. I. p. 248. T. II. p. 412. Schol. ad nostrum locum haec annotat: *τοὺς Ἀθηναίους διὰ τὸ ἀεὶ πρὸς ὑπερορίους πολεμίους πολέμους εἶναι καὶ τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ἀποδημεῖν οὐδεπώποτε οὕτως ἐν μεγάλῳ* (pro *ἐν οὕτω μεγάλῳ*) *πράγματι γεγενῆσθαι, ὥστε ἀθρόους πεντακισχιλίους συνελθεῖν σκεψομένους περὶ τῶν κοινῶν. Δηλοῦται δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι οἱ τετρακόσιοι δημοκρατικωτέραν τῆς πρόσθεν ἐπηγγείλαντο ποιήσειν* (scribere debebat *ποιῆσαι*) *τὴν πολιτείαν, πεντακισχιλίους κοινωνοὺς παραλαβόντες, ὅσοι οὐδεπώποτε πρότερον βουλευσόμενοι συνῆλθον* (sc. *εἰς ἐκκλησίαν*). Male ibi *ὑπερόριος ἀσχολία* explicatur verbis *πρὸς ὑπερορίους πολεμίους πόλεμοι*, quae notio in voce *στρατιᾶς* inest. Contra *ὑπερόριος ἀσχολία* pacis negotia complectitur, ob quae Atheniensium non pauci vel sua vel reipublicae causa peregrinabantur.

85) Cf. Plutarch. Alc. 26. Isocr. de big. 7.

86) V. Thuc. VIII, 86.

